



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

Tertia pars principalis diuiditur in sex Tractatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

tum est, oratio. Ber. Amorem Dei in homine à gratia gentiū
 ctat lectio, meditatio pascit, oratio cōfortat & illuminat. ¶ Sto
 tū est, tentatio. Greg. in Moral. Electorū desideria in prosperita
 te deprimūtur, aduersitate proficiūt: sicut ignis flatu premitur
 vt crescat, & vnde quasi extingui cernitur, inde roboratur, cum
 per tentationem humilitas proficit. Prospera est ipsa aduersitas
 quæ mentē ab elatione custodit. ¶ Et notādum est quod nullus
 ad tantā perfectionē peruenit in vita ista, ad quantā velle pos
 uenire. Ambr. super Luc. Nemo est qui tantū virtutis apprehen
 dat, quāū desiderat: quia omnipotēs Deus interiora discernit
 ipsis spiritualibus profectibus modum ponit, & ex hoc hominē
 quod apprehendere conatur, & nō valet, in illis se nō eleuat quā
 valet. Item notandum, quod sicut dicit Augu. perfecta charitas
 nec cupiditatem habet seculi, nec timorem seculi, per quas dicitur
 ianuas intrat, & regnat inimicus, qui primò timore, deinde cha
 ritate pellēdus est. i. Io. 4. Perfecta charitas foras mittit timo
 rē. Glo. Timorē illum, scilicet quo timet quisque seciēs operatio
 stitia: ne veniat districtus iudex, & se minus castigatū dāmet.
 ¶ Item notādum, quod sex sunt species perfectionis. ¶ Prima est
 perfectio sufficientiæ: de qua Matthæi 5. Estote perfecti sicut
 Pater vester celestis perfectus est. ¶ Secunda est comparatiua
 quā debent habere clerici respectu laicorum. Genes. 6. Nō est
 perfectus in generationibus suis: id est, cōparatione eorum quos
 erāt de generatione sua. ¶ Tertia est ordinis, ad quā tenentur
 sacris ordinibus constituti, ad quā pertinet continētia. Eisa
 Mūdāmini q fertis vasa Domini. ¶ Quarta est professionis, quæ
 pertinet ad religiosos. Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende
 de omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Quinta est prelatio
 nis. Io. 10. Bonus pastor animā suā dat pro ouibus suis. Greg.
 homil. Cū incomparabiliter longe melior sit anima quæ vult
 mus terrena substantiā quam possidemus: qui non dat pro ouibus
 suis substantiam suam, quo modo pro his daturus est animā
 suam? ¶ Sexta est securitatis: qui hanc habent, cupiunt esse
 solui, & esse cum Christo. Ad Philip. 1.

Tertia partis principalis de 4 virtutibus Cardinalibus

Tract. I. De ipsis Virtutibus Cardinalibus in cōmuni.

Quare istæ quatuor virtutes dicantur cardinales. CAP. I.

DICTO de tribus virtutibus Theologicis, dicendū est
 quatuor cardinalibus. De quibus habetur Sap. 8. Sobri
 tatem, inquit, & prudentiā docet iustitiam, & virtutes
 quibus

quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Sobrietatē vocat, quā
 vtilitate nomine vocamus tēperantiam. Virtutem vocat, quā cō-
 muniter vocamus fortitudinē. Alias duas vocat nominibus no-
 bis vtilitatis. De his hoc modo agetur. ¶ Primò dicitur quare di-
 cantur cardinales: licet non meminerim me legisse eas sic vo-
 cari in canone Sacrae scripturae, vel à prophetis, vel sacris expo-
 sitibus. Secundo, numerus earū ostēdetur. Terriò, de singulis
 agetur. Quartò, diuisio earū quā Macrobius ponit subnectetur.
 ¶ Circa primum notandum, quòd quatuor de causis possumus
 intelligere eas dici cardinales. Primò, propter stabilitatē. Cardio
 stabilis manet, licet ostium in eo vertatur. Prouerb. 26. Sicut
 ostiū vertitur in cardine suo: sic piger in lectulo suo. Sic hęc qua-
 tuor virtutes stabiles sunt, licet ea circa quæ versantur, scilicet
 ea quibus vtendū est, sint mutabilia. Hęc quatuor virtutes ani-
 mam quasi quadratam reddunt, & ideo stabilē vndique. Figura
 enim quadrata vndique stabilis est. Heb. 13. Oprimum est gra-
 dia stabilire cor. Prudentia animam tenet in veritate vtili: ne
 per ignorantiam, vel errorem, vel curiositatem ab ea recedat.
 Temperantia tenet eam in necessitate, ne per superfluitatem
 vel diminutionem ab ea recedat. Fortitudo tenet animum in
 quadam æqualitate, ne aduersitas eum deiciat. Iustitia in pro-
 ximi vtilitate, vt ei non noceat: sed potius vtilitati eius inten-
 dat. ¶ Secundo, quia sicut ostium cardini innititur: sic tota con-
 uersatio bona his quatuor virtutibus innititur, quæ cōuersatio
 consistit in faciendo bonum, & patiēdo malum Bern. Bonam
 vitam ego puto, & mala pati, & bona facere, & sic perseverare
 usque ad mortē. Cōuersatio bona quantū ad duo prædicta quasi
 ostium est quo intratur ad vitam beatam. Mat. 19. Si vis ad vitā
 ingredi, serua mandata. Act. 14. Per multas tribulationes oportet
 nos intrare in regnū celorū. ¶ Terriò, propter præminentia
 quam habent respectu ceterarū virtutū. Cardines enim dicun-
 tur primæ partēs cali, vel terræ, vel maris. Deuteron. 30. Si ad
 cardines cali fueris dissipatus, inde retrahet te Deus. 1. Regū
 1. Domini enim sunt cardines terræ. Job. 36. Cardines quoq; ma-
 ris operiet. Sic virtutes istæ primæ sunt respectu aliarum virtu-
 tum: sicut cardinales præ sunt clero, & summus pōtifex per eos
 tota operatur: Sic hęc virtutes excellentiam habent respectu
 ceterarum virtutum, & anima per eas agit ardua opera, in quibus
 ceteris consistit. Et sunt hęc virtutes cardinales ornatus cōuenien-
 tissimus cardinalibus, vnde specialem amorē debent habere ad
 eas. ¶ Quartò, propter principalitatē. Ceteræ enim virtutes ad

has aliquo modo reducuntur. Præterea istæ virtutes principales motus virtutis animæ dirigunt. Prudencia actum rationalis qui est discernere inter bonum & malum, vel inter duo bona quod melius, vel inter duo mala quod magis malum, Temperantia dirigit actum concupiscibilis, qui est, velle bonum, delectabile. Fortitudo actum irascibilis, qui est aggredi arduum, & sustinere quod est difficile ad sustinendum. Istæ ergo tres virtutes, tres actus principales trium virtutum animæ dirigunt quantum ad se: sed iustitia actus illos dirigit respectu proximi. Ipsa enim circuit omnes vires, ut dicitur gl. Ihd. super Gen.

De numero prædictarum virtutum.

C A P. I I.

Dicendum de numero prædictarum virtutum qui officiarum satis potest declarari. Vnde notandum quod Prudencia cæteris lumen præfert. Temperantia animam perficit respectu eius quod infra nos est. Fortitudo respectu eius quod contra nos est. Iustitia respectu eius, quod est iuxta nos vel supra nos, respectu proximi vel Dei. Aug. Prudencia est, eligere quod eligendum est. Fortitudo, nullis avelli molestiis. Temperantia, nullis illecebris. Iustitia, nulla superbia. In lib. de spiritu & anima: Prudencia est eligendis, temperantia in vitandis, fortitudo in tolerandis, iustitia distribuendis. Tullius in lib. de offi. Honestas à quatuor partibus manat. Vna cognitionis. Altera communitatis. Tercia magnanimitatis. Quarta, moderationis. Cognitionis pertinet ad prudentiam. Communitas ad iustitiam. Magnanimitas ad fortitudinem. Moderatio ad temperantiam. Hæ quatuor virtutes, virtutes esse contra quatuor affectus originales, quos Beda distinguit scilicet ignorantiam, infirmitatem, concupiscentiam, malitiam vel malignitatem. Prudencia contra ignorantiam. Fortitudo contra infirmitatem. Temperantia contra concupiscentiam. Iustitia contra malitiam, vel malignitatem. ¶ His quatuor virtutibus quasi quatuor lapidibus pretiosis constat corona sponse Christi. Prudentiam habet à parte anteriori, ut caueat à futuris. Iustitiam à posteriori, ut satisfaciatur de præteritis. Temperantiam à dextris, ne eleuetur in prosperis. Fortitudinem à sinistris, ne succumbat in adversis. ¶ Cum virtus sit circa bonum, secundum philosophum Sapientis: Quadrupliciter verò peccat anima circa bonum scilicet vel eligendo quod apparet bonum, cum non sit: vel illud quod verè bonum est, ac si non esset bonum, fugiendo, eò quod minus bonum sit: vel appetendo quod simpliciter est bonum, cum sibi sit bonum, eò quod non sit commensuratum: vel appetendo quod proximo est malum, eò quod bonum sibi. Prudencia est contra peccata quæ prodit, & manifestat non esse bonum quod apparet esse bonum.

nam. Fortitudo est contra secundū, quæ amplectitur quod mo-
 lestum est tanquam bonum expediens: vt est medicina amara:
 vel inessio in corpore propter salutē corporis facta. Temperā-
 tia cōtra tertium, quæ cauet superfluum. Iustitia est cōtra quar-
 tum, quæ cauet proximi nocuentū. Prudentia cauet errorem
 qui est principium errorū malorū. Fortitudo excludit timorem
 seculi. Sapiens: Fortitudinis est, non nisi turpia timere. Tempe-
 rantia excludit cupiditatē seculi. Hæc duo principia sunt om-
 nis peccati. Vnde glo. super illud. Psal. Incensa igni, & suffossa.
 Omne peccatū duæ res faciunt, scilicet cupiditas & timor Iu-
 stitia seruat amorem proximi. Est enim vinculū societatis hu-
 manæ: vt ait Senec. in lib. de quatuor virtutibus. Prudentia disci-
 que fallunt. Tēperantia compescit ab his quæ irritant, & al-
 terant. Fortitudo sustinet quæ exterrēt. Sen. in epistolis: Liniē-
 ra sunt quæ me exterrēt, cōpescenda quæ me irritāt, discutiē-
 da quæ fallūt. Iustitia timet quod est timendum, & amat quod
 est amandū. Tul. in li. de Offi. Nemo potest esse iustus, qui mor-
 tum, qui dolorē, qui exiliū, qui egestatē timet. Prudentia facit vt
 homo bene se habeat ad vera, vel falsa. In prospicientia enim
 solertiaq; versatur, iuxta verbū Tull. in lib. de Offi. Tempe-
 rantia & fortitudo, vt bene se habeat ad prospera, & aduersa, Iu-
 stitia, vt bene se habeat ad Deū & proximū. Prudentia, tempe-
 rantia, fortitudo, & iustitia secundū aliquā acceptionē sui: acci-
 piuntur enim diuersimodē, vt patebit eū de singulis ageretur, vi-
 detur operari circa vnū & idem opus meritorū. Prudentia eli-
 git quod agendū est. Tēperantia cauet ne quid nimis. Fortitudo
 ne quid parū. Iustitia opus ordinat ad debitū finē prudentia prou-
 det speciem. Temperantia & fortitudo modū. Iustitia ordinem.
 Numerus harū quatuor virtutū designatur in multis locis in
 Scriptura sacra. ¶ Primo in quatuor fluminib; paradisi. de quib;
 legitur Gen. 2. vbi dicit gl. Gre. Quatuor flumina paradisi irri-
 gantur. ¶ Quia de his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni de-
 teriorū carnaliū æstu tēperatur. ¶ Secundo in quatuor colo-
 ribus quibus decorata sunt cortinæ tabernaculi. Exo. 26. quæ si-
 gnificat has quatuor virtutes in quib; decor ecclesie cōsistit. Hia-
 rura aërei vel celestis coloris, pertinet ad prudentiā, qua Deū
 & angelos specialiter imitamur. Byssus habet candorē pertinet
 ad tēperantiam, quæ candidā, & mundā reddat animā. Purpura
 sanguinei coloris pertinet ad fortitudinem, quæ parata est san-
 guinem pro Christo fundere. Coccus ignei coloris pertinet ad
 iustitiā, propter zelū ipsius. ¶ Tertio, in quatuor speciebus qui-
 bus

bus conficiebatur vnguetum, quo tabernaculū & vasa ipsius ministri vngebatur: De quibus habetur Exo. 30. Myrrha pertinet ad tēperantiā, quæ est in iuuentute. Tunc enim lauibillior est. Cinamomū, quod est cinerei coloris, quod cū frangitur in modū nebulæ, spiramētū visibile emittit, vt dicit gl. Exod. 20. pertinet ad humilitatē, quæ est omnis Iustitia. Sic decet eos implere omnē iustitiā: id est, perfectam humilitatē. Cassia quæ crescit in aquis, pertinet ad prudentiam, quæ aquis doctrinæ nutritur. Calamus arbor aromatica pertinet ad fortitudinem, quæ aduersa tolerādo dat odorem suauitatis. Species aromatica cū conteruntur redolent. His quatuor adito oleo diuini amoris, cōficitur vnguetū bonæ famæ suauissimè redolēs. Eccl. 6. Melius est nomen bonum quā preterita vnguetū. ¶ Quarto, quatuor virtutes sūt quasi quatuor rotæ in curru igneo quo subleuantur amici Dei 4. Reg. 2. Curru igneus est cōuersatio ardentē amantiū Deum. ¶ Quinto, cōmēdatur numerus harū virtutū figuris quatuor animalū, vitulo, leone, homine. De quibus Apoc. 4. & Ezech. 1. In aqua figuratur prudētia, cuius est vigilare in reb⁹ discernēdis, vt Aug. Aquila enim visum habet acutū. In vitulo tēperantiā. Vitulus enim immolabatur in lege. Tēperantiā verò exhibet corpora nostra Deo hostiā viuētē. ad Ro. 13. In leone fortitudo. Proleus Leo fortissimus bestiārū ad nullius pauebit occursum. In homine iustitia, quæ vinculū est humanæ societatis: vt dictū est per Voluit Dominus quatuor esse Euangelistas, & quatuor Euangelia, ad designandū quòd illi qui doctrinam Euangelicā docent & qui eam tenent, his quatuor Virtutibus pollere debeant.

Tertia partis principalis de quatuor Virtutibus Cardinalibus Tractatus II. De prudentia.

De ordine dicendorum in isto tractatu, & de diuersis modis quibus sumitur nomen Prudentia. CAP. I.



Inter has virtutes primò agetur de Prudētia quæ magis dirigit, de qua hoc modo agetur. Primò, dicitur quætur diuersi modi quibus hoc nomen Prudentia sumitur. Secundò, descriptiones eius ponentur quomodo ipsa sit virtus, ostendetur. Tertiò, agetur de diuersis eius actibus. Quarto, cōmendationi eius insisteretur. Quintò, agetur de speciebus eius. Sextò, de his quæ aduersantur. Ceterum primū notandū quòd hoc nomen Prudentia quādoque sumitur pro eo quòd apparet esse prudētia, cū non sit. Sic sumitur

ad Ro. 8. vbi dicitur: Prudentia carnis, mors est. gl. Prudentia carnis habet quis, cum studiosius implet quae carnis sunt, appetendo bona temporalia, & fugiendo, mala, & cum naturas rerum tantum sequitur. Prudentia vero ideo dicitur cum res stulta sit: quia ita videtur secularibus hominibus. Similiter quandoque sumitur pro sapientia appareri, vnde subditur in eodem cap. Sapientia carnis inimica est Deo. Et 1. ad Cor. 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Quandoque autem sapientia dicitur diuinarum & humanarum rerum cognitio, secundum verbum Sen. in epist. & Tull. in lib. de Offic. Et ista cognitio subdiuiditur in tres partes, mortales scilicet, & naturalem, & rationalem, ut tangit Sen. Prudentia vero dicitur scientia operantium. Vnde Damascenus diuidit animam rationalem in duo. In id quod est in ea contemplatiuum, & id quod est in ea actiuum. Contemplatiuum est quod excogitat res prout debent esse. Actiuum vero quod consiliatiuum est, quod agenda dirigat. Et vocat contemplatiuum, intellectum: actiuum vero, rationem. Et dicit sapientia pertinere ad contemplatiuum: prudentiam vero ad actiuum. Quandoque auctores pro eodem videntur sumere prudentiam & sapientiam, vnde Prou. 16. Qui sapiens, est corde, appellabitur prudens. Quandoque vero sapientia sumitur pro cognitione diuinorum, & prudentia sumitur pro cognitione humanorum. Vnde super illud Psal. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam, dicit gl. Sapientia ad diuinas res pertinet. Et post subditur: Prudentia scilicet de moribus. Et nota quod mos est habitus ex quo sine praemeditatione est frequentia operum. Vel de eo quod est mos: quia mora est ex ea operatio. Vel dicitur a mora, id est, a diurnitate assuefactionis. Aug. vero distinguit inter sapientiam & scientiam, in li. de Tri. Haec est, inquit, sapientiae & scientiae recta distinctio, ut ad sapientiam pertineat aeternarum rerum cognitio intellectualis: ad scientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis. Sapientia etiam sumitur pro sapida scientia, ut pro scientia sapore virtutum condita. Eccl. 6. Sapientia dicitur secundum nomen eius. Sapida enim est: sicut nomen eius a sapore dictum videtur. Sapiens: Signum oportet facere habituum suum delectationem & laetitiam. In hoc differt literatus malus a sapiente: quia literatus malus gaudet de hoc quod seipsum opponere, & respondere de his quae pertinent ad mores. Sapiens vero de hoc quod illa sunt. Bern. in sermonibus: Inuenisti plane sapientiam, si peccatis vitae peccata desinas, si huius seculi desiderabilia paruipendas, si aeternam beatitudinem toto desiderio concupiscas. Inuenisti sapientiam, si tibi horum singula sapiunt prout sunt. Quandoque
verè

verò sapiētia dicitur cognitio de Deo quasi per sapore ei⁹
 ra, vt cū aliquis gustauit & vidit quā suavis est Dominus.
 hæc cognitio differēs est ab illa qua aliq⁹ credit Deū esse suauē
 quia scriptura hoc dicit, sicut differt cognitio quā habet alius
 de dulcedine vini per gustū ab illa quæ est per auditū. Pruden-
 tia etiā quādoque sumitur pro virtute. Et hoc multipliciter
 pro virtute, scilicet gratuita: vel pro virtute ex multis ope-
 rationibus acquisita. Item quādoque sumitur largē, vt cōpre-
 dat omnes virtutes cognitiuas. Et sic videtur eā sumere Tu-
 lius, dicens. Prudētia est rerū diuinarū & humanarū cū ratione
 bene viuendi iuncta cognitio. Rationē bene viuendi, intellexit
 discretionē bonæ vitæ. Prudentia enim est cognitio directi-
 bonæ vitæ. Quandoque verò strictius sumitur, vt non com-
 hendat fidem vel donum consilij, vel intellectus, vel scienti-
 a

*De descriptione Prudentiæ. Et quomodo Prudentia sit virtus, &
 videatur esse scientia.* C A P. II.

Prudētia sic describitur ab Aug. in lib. de moribus ecclē-
 Prudentia est amor, ea quibus adiuuatur in Deum, ab
 quibus impeditur, sagaciter eligens. In libro veto de Spiritu
 anima dicitur, quod prudentia est scire quid anima debeat
 cere. Super illud Matt. 15. Erāt qui māducauerunt quatuor
 lia. dicit gl. Greg. Prima scilicet prudentia est cognitio rerū
 randarum & appetendarum. Et potest esse sumptum de ver-
 Tullij in lib. de Offic. dicentis: Prudentia est appetendarum
 giendarumque rerum scientia. Describitur etiam sic pruden-
 in libro de requie mentis. Prudentia est rerum bonarum & ma-
 larum cum alterarum dilectione, & reliquarum derestatio-
 scientia. Tullius eam sic describit in Rhetoricis: Prudentia
 rerum bonarū & malarū & vitrarumque scientia. Hæc virtus
 scernit bona à malis, & bona ab iniicē, ostēdendo quod sit
 lius: & mala ab iniicē, ostēdēdo quod sit maius malū. Sed
 ritur quomodo Prudentia virtus sit, cum videatur esse scientia
 secundū multas descriptiones eius prius positas: Ad quod videtur
 posse responderi, quod Prudentia gratuita virtus est, quia est
 dius viuus à vero sole procedens. Cognitio quam habent
 circa ea quæ pertinet ad mores, cognitio est quasi mortua
 lida ad mouendū voluntatē, vt bono cognito cōsentiatur, vel
 sentiat à malo cognito. Sed prudentia virtus nō solū est
 illuminans intellectū: sed etiā calefacit affectum: nō solū
 ostendit quid, quando & qualiter sit agendū, sed etiam mouet
 voluntatem vt appetat bonū post iudicium, vel fugiat malū
 Ro. 3. Pr
 nalis ex
 est com
 Operatio
 singula
 non secu
 sed secu
 tis, quod
 sunt in i
 tus ex h
 dum vol
 scētia m
 tes. Et vi
 ta music
 in scholis
 a cogniti
 ia quo nō
 apprehen
 morū & c
 det magi
 pertinent
 det cōsue
 prudens p
 intellectū
 ita, & op
 habet, vt i
 prudentes
 vnde pru
 nisi qui p
 volendo, p
 Qui habe
 mendum, p
 quod pru
 gatio bo
 temere: vt
 ipse sit vi
 tas cogn
 bus adiu
 pertinet a
 bationem
 necessari

Ro. 3. Prudētia spiritus, vita. Prudētia verò virtus consuetudi-
 nalis ex frequentia operum relicta, nō est idē cum sciētia, quę
 est communiter de his quę sunt circa operationes voluntarias.
 Operationes verò ex quibus ipsa vt est virtus relinquitur, sunt
 singulares discretiones de singularibus fugiēdis vel appetēdis:
 non secundū quòd sunt in imaginatione tantum, vel opinione,
 sed secundū quòd sunt subiecta sensui. Accidit enim de mul-
 tis, quòd minus mouēt ad hoc q̄ fugiantur vel appetātur dum
 sunt in imaginatione, quā dū sunt in sensu: habitus verò reli-
 ctus ex his singularibus descriptionibus potētiōr est ad mouē-
 dum voluntatē vt consentiat bono, vel dissentiat à malo, quā
 sciētia moralis quę est cōmuniter de his quę pertinet ad mo-
 res. Et videtur differre alter horū habitū à reliquo: sicut sciē-
 tia musicę, quam habet aliquis magister artū qui legit musicā
 in scholis, qui tamen nesciret cantare responsoriū vnum, differt
 à cognitione quā habet ille qui habet magisteriū organizandi,
 in quo nō solū est relictus habitus ad cantandū quantū ad vim
 apprehensiuā, sed etiā quārum ad vim motiuā & imperantem
 motū & exequentē. Similis differentia est inter habitū quē ha-
 bet magister in medicina, qui scit legere libros medicinę &
 pertinentes ad practicam & pertinentes ad theoreticā, qui nō ha-
 bet cōsuetudinem operandi. Et notandū quòd non est aliquis
 prudens prudētia virtute, eò quòd sit prudens intellectu, & affe-
 ctus, & opere. Vnde vsus scripturę & vsus cōmuniter loquentiū,
 habēt, vt imprudentes dicantur qui imprudēter operantur: licet
 prudentes intelligant quid, & quando, & quomodo sit agendū.
 Vnde prudētia virtus cōsuetudinālis nō relinquitur in aliquo,
 nisi qui prudēter se habuit diu prudēter intelligēdo, prudēter
 volendo, prudēter agendo. Iob 12. In multo tempore prudētia.
 Qui habet prudētiā virtutē, habitū habet ad prudēter discer-
 endum, prudēter volendū, prudēter agendū. Ad hoc etiam
 quòd prudētia sit virtus, videtur facere hoc, quòd ipsa est co-
 gnitio boni vel mali, & talis boni ve mali quòd difficile est dis-
 cernere: vt vitij, quòd pręcedit speciē virtutis. Ad hoc etiā quòd
 ipsa sit virtus, videtur facere actus liberę voluntatis pręcedēs
 eius cognitionē, quam Aug. vocat amorem discernendi ea qui-
 bus adiuuamur in Deum, ab his quibus impedimur. Cognitione
 pertinēs ad prudētiā nō est cognitio effecta per violentā pro-
 uocationem: sed est cognitio credulitatis, cuius consensus est sine
 necessaria coactione. Poterit etiā videri alicui q̄ sic tēperantia
 ordina

ordinat vim concupiscibilem ad delectationes sensuū: ita prudentia vt est generalis ad virtutes cognitiuas, ordinet voluntatem liberi arbitrij ad operationes quæ pertinent ad vim rationalem. Voluntas enim liberi arbitrij penes quã est summa potentia in anima, ita potest se inordinate habere circa operationes intellectus vel rationis, sicuti respectu sensuū. Vnde sicut necessaria sunt aliqua virtutes quæ ordinent eã respectu sensuum, necessaria est aliqua virtus quæ ordinet eã respectu intellectus. Et sicuti voluntas respectu eorũ quæ sunt delectabilia secundum sensum, potest esse & virtuosa & vitiosa: sic voluntas quæ est respectu cognitionũ videtur posse esse & virtuosa & vitiosa, poterit forsitan videri alicui quod hoc sit quod Seneca in epistolis nomine Philosophiæ dicens: sapientia bonũ perfectũ est mētis humanæ: Philosophia sapiētiæ amor est & affectio illud quasi consistit inter philosophiã & sapiētiã interelle. que enim fieri potest vt idẽ sit quod affectatur & quod affectatur, quomodo multũ interest inter avaritiã & pecuniã, cum illa concupiat, hæc concupiscatur, sic inter philosophiã & sapiētiã. Ideo Alij philosophiã studium virtutis esse dixerunt, alij studium dirigendæ mētis. A quibusdam dicta est appetitio rectæ rationis.

De diuersis actibus siue officiis Prudentiæ. Et de duodecim stultitiis quibus imprudentes in bello spiritali succumbunt.

CAP. VIII.

Sequitur de diuersis actibus seu officiis prudentiæ. Notandum est quod ad prudentiam pertinet actus aliarum virtutum dirigere. Proverb. 15. Vir prudens dirigit gressus suos: Ipsius ostendere quid, quando, & quomodo sit agendũ. Ipsius est providere, vt opera nostra sint Deo grata, nobis vtilia, proximis iniuriosa. Ad eam videtur pertinere discretio illa de qua dicit Bernardus super Cant. Est discretio nõ tam virtus quam quædam moderatrix virtutum, & auriga, ordinatrixque affectuum & morum doctrix, Tolle hanc, & virtus vitium erit. Et intellegas tibi eam virtutem vocari, in quantum dirigit proprios actus separatos ab actibus aliarũ. Aurigam verò virtutum, in quantum alias virtutes dirigit in actibus suis. Eius est moderari feruorem præcipitantem. Bern. super Cant. Virtus discretionis absque feruoris feruore iacet, & feruor vehemens absque discretionis temperamento præcipitat. Ideoque laudabilis est cui neutrum de quatenus feruor discretionem erigat, & discretio feruorem temperat. Prudentiæ est providere vt operibus nostris Deus glorificetur, & nobis præmium acquiratur, & exemplum bonũ proximis.

praebeatur. Ad prudētem pertinet nolle fallere, & falli nō posse.
 Matt. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices, sicut co-
 lumbae. Prudentes, vt falli non possitis: simplices, vt fallere non
 velitis. Senec. in lib. quatuor principalium virtutum: Prudens fal-
 lere non vult, falli non poterit. Itē prudentiā est, res secundum
 veritatem existimare, nō secundum multorum opinionē. Senec.
 in eod. lib. Quisquis prudentiam sequi desideras, tunc per ratio-
 nem recte viues, si omnia prius existimes & perpēses, & digni-
 tatem rebus nō ex opinione multorum, sed ex carū natura cō-
 stituas. Itē quaecunq; ex rebus transitoriis possides, non mireris:
 nec magnum existimes quod caducum est. Ipsius est non quā
 multis, sed quibus placeas, cogitare: nec quis dicat, sed quid di-
 catur attendere. Senec. in lib. de quatuor virtutibus, c. de pruden-
 tia: Non te moueat dicentis auctoritas: nec quis, sed quid dicat
 incedito: nec quā multis, sed qualibus placeas cogitato. Item
 prudentiā est quae nobis commissa sunt, ad Dei gloriam & vti-
 litatem ecclesiae dispensare. Matthae. 24. Quis, putas, est fidelis
 seruus & prudēs &c. Et Luc. 12. Quis, putas, est fidelis dispensa-
 tor & prudens? Senec. Nō apud te quae habes tanquā aliena serua-
 bis: sed pro te, tanquā tua, & dispenses & vtaris. Item pruden-
 tia est cauere ne aliquid leuiter inchoetur, vel inchoatum ante
 perfectionem de facili relinquatur. Sen. eod. lib. Scito in quibus
 dum te debere perseuerare, quia cōpisti: quaedam verō nec in-
 cepere, in quibus perseuerare sit noxiū. Idem in epistolis: Melius
 est vt proposita custodias, quā vt honesta postponas. Ipsius est
 mutabilitate cauere. Senec. in lib. de quatuor virtutibus, cap. de
 prudentia: Si prudentiam amplecteris, vbiq; idem eris, & prout
 rerum aut temporis varietas exigit, ita te accomodes tempo-
 ribus: nec te in aliquibus mutes, sed potius apertus, sicut manus quae
 eadem est, & quum in palmam extenditur, & quum in pugnum
 constringitur. Eccles. 27. Homo sanctus in sapientia manet si-
 cut folium stultus sicut luna mutatur. Item prudentiā est tur-
 pia in occulto sicut in publico cauere. Senec. in eodem. Id opta-
 quod optari coram bonis potest. Item ipsius est humilem sta-
 tum diligere. Senec. in eodem: Ne altiori te rei imponas, in qua
 statui tibi tremendum, ascendenti cadendum sit. Ipsius etiam est
 in prosperis potius quā in aduersis consultē agere. Senec. in eo-
 dem: Tūc cōsilia salutaria aduoca, quū tibi alludit vitā prospe-
 ritas: tunc te velut in lubrico retinebis ac fistes. Potius indiget
 lumine qui incedit per loca lubrica, quā qui incedit per arida.
 Itē prudentiā est nō solum interiora, sed etiam exteriora ordi-

nare. Prou. 17. In facie prudentis relucet sapientia: oculi stulti
 rui in finibus terræ. Eccles. 19. Ex visu cognoscitur vir, & ab
 cursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis & risus
 rium & ingressus hominis enuntiât de illo. Item prudentia
 actus rationis ordinare. Primus actus rationis est cogitare, &
 liter prudentia ordinat, non solû cogitationes noxias, sed etiam
 otiosas cauet. Hier. 4. Usquequo morabûr in te cogitationes
 noxiæ? Senec. Cogitationes vagas & inutiles & velut somno
 les non recipies: quibus si animum tuum non oblectaueris, quæ
 omnia disposueris, tristis remanebis. Ratio etiã dicitur habere
 quatuor partes prout ad sensibilem comparatur: scilicet inuesti-
 uam, siue inuestigatiuam, iudicatiuam, memoratiuam, & in-
 pretatiuam. Rationem inuestigantem prudentia ordinat, &
 eam cohibet ab inquisitione inutilium vel nimis difficultium.
 uerb. 23. Ne erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes.
 Ibidem: Prudentiã tuã pone modum: Senec. Illud quære, quod
 potes inuenire: id discere, quod potes scire. Eccles. 3. Altiora
 quæseris. Et paulò post: In superuacuis rebus noli scrutari.
 tripliciter: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Ro-
 12. Non plus sapere quàm oportet sapere. Esa. 19. Confundentur
 qui operabantur limum, plectentes & texentes fila subtilia. Prudentia
 rationem inquirentem dirigit, dum causam facti
 requirere facit. Sen. in trac. de quatuor virtut. cap. de Prudentia.
 Cuiuscunq; facti causam requirere: quam initia inuenieris, e-
 tus cogitabis. Item rationem dirigit inquirentem, dum eam
 aliis aliã conijcere facit, vt ex presentibus futura. Senec. Con-
 silium peritorum ex apertis obscura existimat, & ex partibus
 magna ex proximis remora, ex partibus tota. Idem: Si præter
 esse cupis, in futurum prospectum intende. Dirigit etiam ratio-
 inquirentem quantum ad ordinem sciendi, & studium, & studium.
 Bernar. super Cantic. Scire ea prius ampliusque curato quæ
 feris viciniore salutari. Idem: Scias modum sciendi, vt scias quæ
 dine, vt id prius quod maturius ad salutem: quo studio, vt id
 dentius quo vehemētius ad amorem: quo fine, vt tantum ad
 ficationem tui vel proximi. Idem: Sunt qui scire volunt eo fine
 tum vt sciant: & turpis curiositas est. Alij vt sciatur ipsi, & turpis
 vanitas est. Alij vt scientiam suam vendant, aut pro pecunia, vel
 honoribus, & turpis quæstus est. Alij vt adificent, & prudentia
 est. ¶ Rationem iudicantem prudentia multipliciter dirigit. Primum
 modo dum eam cohibet à quibusdam iudiciis quæ ei non sunt
 creta: vt est iudicium de incertis, quod prohibetur Mat. 23.

Luc. 6. Nolite, inquit, iudicare. *Glof.* Duo sunt in quibus iudiciū temerarium cauendum est. Sunt enim quædam mediæ & incertæ quo animo fiant, quæ bene & male possunt fieri. Nescimus enim qualis futurus sit qui nūc apparet malus, de cuius correctione desperare, eūmq; quasi abiectum reprehendere, temerarium iudiciū est. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. Item cohibet rationē à iudicio vsurpauo, quod est quando aliquis iudicat personā quæ sibi subiecta non est. *glo. super Matt. 7.* Temerarium iudiciū est, quando quibus non est commissum iudiciū iudicant. Ro. 14. Tu quis es qui iudicas alienū seruum. Item prudentia rationem iudicantem dirigit, dum eam à leuitate, vel nimia tarditate credendi custodit. Et omnibus enim, & nulli credere vitium est, vt ait Senec. Qui leuiter credit, vitiose agit. Eccl. 10. Qui citò credit, leuis est corde. Senec. Prudentis proprium est examinare consilia, citò facili credulitate ad falsa prolabi. Prudens nō nisi iudicio credit, & non nisi examinatam sententiam in consensum credulitatis admittit. Senec. Opiniones tuæ iudicia sint. Sicut in disputationibus nō admittimus nisi manifestè vera, vel quæ vis probationis extorserit: sic in consensum credulitatis non debemus admittere nisi vel manifesta, vel ea de quibus sit nobis plena fides: quod præcipuè seruandum est his quæ non expedit nobis credere: vt sunt mala quæ nobis dicuntur de proximo, quæ amorē nostrum ad proximum lædere solent, & dare occasionem despiciendi proximum. Item prudentia rationem iudicantem dirigit, dum eam cohibet, ne vel dubia temerè diffinita vel verisimilia affirmet. Senec. De dubijs nō diffinitam, sed suspensam tene sententiam. Nihil inexpertum affirmes: quia non omne quod est verisimile, statim verum est, sicut & sepius, quod primum incredibile videretur, non continuo falsum est. Crebrò faciem mendacij veritas tenet: crebrò mendacium facie veritatis occultatur. Nam sicut aliquando frontem tristem amicus, & blandam adulator ostendit: sic verisimile coloratur, & vt fallat conatur. ¶ Rationem etiā memorantem prudentia dirigit, dum salubria facit reminisci, & noxia obliuisci. Salubria ad reminiscendum sunt vt beneficia Dei vel proximi: noxia, vt iniuria proximi. Item inter bona præsentia mala facit reminisci contra elationē superbiæ, & inter mala præsentia bona cōtra deiectionem nimiam. Eccl. 11. In die bonorū ne immemor sis malorum, & in die malorū ne immemor sis bonorum. Rationē etiā prout eius est sermonem interpretari quod exco-gitauit, prudentia dirigit, dum sermonem moderatur. Prou. 10.

Qui moderatur labia sua prudentissimus est. Eccl. 21. Labia imprudentum stulta narrabunt: verba autem prudentium statim ponderabuntur. Sene. Sermo tuus nõ sit inanis: sed aut suadens aut moneat, aut consoletur, aut præcipiat. Lauda parca, vituperato parcus. Similiter enim reprehensibilis est nimia laudatio, vt immoderata vituperatio. Illa siquidem adulatione, ista malignitate suspecta est. Testimonium veritati, non amicitie reddas. Cum consideratione promitte: plenius quàm promissa præsta. Prudentis est taciturnitatem amare. Prouer. 11. Vir prudens tacebit. Eccles. 19. Est tacens, & ipse est prudens. ¶ Prudentia etiam rationem dirigit circa ipsam prudentiam, vt non prudentiam suam innitatur, nec facile se credat prudentiam habere. Prouer. 12. Ne innitaris prudentie tue. Rom. 12. Nolite esse prudentes in uosmetipsos. Item Isa. 5. Vt qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobismetipsis prudentes. Item ad prudentiam pertinet prouidere ne totum tempus derur actioni. Seneca: Nõ semper in actu sis: sed interdum animo tuo dato requiem, & quies ipsa plena sit sapientie studiis & cogitationibus bene. Bernard. in lib. de consideratione: Non te totum nec semper actioni: sed considerationi aliquid tui & cordis & corporis quaeritra. Consideratio ipsius actionis partes benigna præparatione suas facit, præagendo quodammodo & præordinando quæ agenda sunt necessario. Sanè ne forte quæ præuisa & præmeditata poterat esse proficuo, præcipitata magis pericula sunt. Itè prudentia insidias præcauet. Augu. Prudentia est in præcautione insidiis. Ipsa etiam in bello spirituali triumphat. Exem-
plum habemus de hoc in Christo. Cuius prudentia percussit superbum
Iob 26. Ipse tribus uerbis scripturæ sacræ in deserto diabolum
prostrauit. Matt. 4. Prouer. 24. Vir sapiens, fortis est: & uirtus
robustus & validus: quia cum dispositione inicitur bellum
& erit salus ubi multa consilia. Eccles. 9. Ciuitas parua & libera
subditur: Inuentus est in ea uir pauper & sapiens, & liberauit
urbem per sapientiam suam. Et subiungit Salomon: Dicitur enim
ego sapientiam meliorem fortitudine. Et in eodem: Melior est
sapientia, quàm arma bellica. Et Sapien. 5. Melior est sapientia
quàm uires: & uir prudens magis quàm fortis. Eiusdem
libro: Sapientiam non vincit malitia. Et uicesimoquarto. Eccl.
Baruch 3. Quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt
propter suam insipientiam. Tullius in Rhetoricis: Parua fortis
arma: nisi sit consilium domi.

De stultitiis quibus prudentes in bello spirituali succumbunt.

De stultitiis verò quasi innumeris quibus imprudentes in bello spirituali succumbunt, causa breuitatis pauca enumeremus. ¶ Prima est eorum qui ante pugnam se armare nolunt: sed tunc primo arma accipiunt, cum dolorem vulnere sentiunt. Tunc primo patientiæ vel humilitatis clypeum sumunt, quum gladio maligno linguæ venenatæ sunt vulnerati. Eccle. 2. Preparata animâ tuam ad tentationem. Preparatio ista est excogitatio de modo resistendi tentationi, quod faciendum est ante tentationem. Sæper enim deberent incedere armati qui sunt inter hostes suos. Modum conuenientissimum resistendi tentationi quæ est per linguas venenatas. Christus ostendit, in summa tacurnitate blasphemias persecutorum audiens. Esa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & nõ aperiet os suum. In Psal. Ego tanquam surdus non audiebam &c. ¶ Secunda est eorum qui sumunt arma nimis onerosa, præcipuè quum non habeant eorum consuetudinem, qui quandoque eorû ponderositate deiciuntur, vt qui nimis ieiunât vel orât. Dauid arma Saul deposuit, quia ponderosa erât, & non habebat eorum consuetudinem, & leuibis armis vicit. 1. Reg. 17. ¶ Tertia est eorû qui in bello cõflictu arma sua proiciunt, quando ea fortiter tenere deberent, scilicet patientiâ & humilitatē. Vnde dictû est à Boëtio: Talia tibi cõtuleram arma, quæ nisi prior abieciisses, inuicta te firmitate tuerentur. ¶ Quarta est eorum qui ex ea parte qua debiliores sunt & qua magis à diabolo impugnâtur, minus se mutant, quum contrario esset faciendum. Qui videt se ad auaritiã pronû esse, multum deberet conari ad largitionem eleemosynarû: vt faciunt qui lignorû tortuosa dirigunt, iuxta verbum Philosophi: multum enim insecuntur ea in contrarium, vt ad rectitudinem reducant. ¶ Quinta est eorum qui nolunt resistere hostibus in loco vbi facilius possent. Ad portas castri hostibus resistendû est, aut in aliquo loco alto & arcto, vbi paucitas multis resistat. Et non tunc primo resistendum est, quando totû castrum vel totâ terram occupauerunt. Sic ad portas sentur hostibus spiritualibus est resistendum. In alto etiam eminentis vite ponere nos debemus: quod altum multis occupatio- nibus faciendum est angustû, vt hosti via nõ pateat, & ibi hosti resistendû est. Sic Eliahim præcepit obtineri ascensus montium, per quos via poterat esse in Hierusalẽ, vt legitur Iudith. ¶ Sexta est eorum qui nolunt hostem interficere dum paruus est, non attendentes illud Psal. Beatus qui tenebit, & allidet.

parulos suos ad petram. Tales nolūt hosti resistere donec fuerint ab eo interfecti. Poëta: principis obsta, serō medicina paratur. Hiero. Lubricus est antiquus serpens: & nisi capite teneatur statim totus illabitur. Gen. 3. dictum est serpenti de muliere: conteret caput tuum. ¶ Septima est illorum qui contra suos pugnant, & hostes suos amicos reputāt. Cū pelores inimici non habemus sint proprius sensus & propria voluntas: cōtradições quæ propriū sensum impugnant, & persecutiones quæ impugnant propriam voluntatē, sunt adiutoria nobis à Deo contra la contra pessimos hostes nostros. Vnde contra suos pugnant qui talibus repugnant. Econtrario fauores hominum & appausus, hostes nostri sunt, qui nos decipiunt, licet hoc multi non intelligant. Prou. 7. Vade contra virum stultum, & nesciet. Quia est eorum qui de prope volunt pugnare cum hoste, quæ propinquitate vires assumit, & ex elongatione vires amittit. Est fornicatio, & cætera vitia ad voluptatem pertinētia. Idem dicitur Cor. 6. Fugite fornicationem. ¶ Nona est eorum qui fugiendo hostem vitare volunt, qui fugientes magis insequuntur faciunt illi, qui aduersa huius mundi nimis timēt. Sene. Quoadmodum perniciosior est hostis fugientibus: sic omne formidabile incommodum magis instat cedenti & aduerso. Multum miratus fuit Iosue videns populum domini fugientem. Iosue admine Deus, inquit, quid dicam videns Israël hostibus suis fuga vertentem? ¶ Decima est illorum qui quum pugnant cōtrariis, pugnant similibus, vt odio cōtra odium, garrulitas cōtra garrulitatē, stultitia cōtra stultitiā. Potius amorem cōtra odium pugnandū est, sicut aqua pugnat contra ignem. Ier. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illū. Taciturnitas cōtra garrulitatē. Sapiēs: Garrulo nō respondere, cōuitium est. Eo. Ne litiges cum homine linguato: neque struas in igne ipsa magna. Sapientia contra stultitiam. Prou. 26. Ne respondeas iuxta stultitiā suā, ne ei similis efficiaris. ¶ Vndecima est illorum qui laborāt in impugnatione hostium suorum, quos gloriari sine ictu possent vincere patiēdo. Prouer. 17. Melior est virum viro forti &c. Et eiusdem 20. Ne dicas, Reddā malum pro malo: expecta dominū, & liberabit te. Liberabit, inquit, à labore & periculo vindicādi te. Præterea ad plenū vindicabit te, tuum patibulo infernali tradendo. ¶ Duodecima est illorum qui iuuant hostē suum, ad sui interfectionem. Greg. Non est magis diabolus hostis qui non potest vincere nisi volentem. Sicut diabolus non potest vincere nisi volentem: ita nec occidere nisi in-

rem. Diabolus cordi gladium applicat, quando malam cogitationem immittit. Impingis & infigis gladium cordi tuo, quando consentis, & sic diabolum iuuas. Item diabolum iuuat, qui sciens volens vadit ad foueam in qua diabolus vult eum precipitare. Prou. 23. Fouea profunda meretrix. Deberet proponere qui tentatur de peccato carnis, quod non ibit ad locum vbi illud committat, nisi diabolus illuc eum porter. Item diabolum iuuat qui gladium ei conducit quo ab eo interficiatur: vt qui dat aliquid mulieri vt peccato suo consentiat.

De commendatione Prudentie.

CAP. XIII.

De officio Prudentie, insistendum est commendationi ipsius. Et notandum quod multa quae dicta sunt de officio prudentiae, valere possunt ad eius commendationem. Praeter illa vero, Primò facit ad eius commendationem multiplex admonitio, quam scriptura sacra facit ad eam. Matt. 10. Estote prudentes &c. 1. Pe. 3. Estote prudentes &c. Prou. 4. In omni possessione tua acquire prudentiam. Prou. 4. Attendite vt sciatis prudentiam. Eiusdem 16. Acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Secundo, quod filius Dei ore proprio eam docere voluit. Prou. 1. Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia. Nec solo ore eam docuit, sed opere, persecutores prudenter declinando. Io. 8. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. Tertio, quia ipsa est nobilis species cognitionis. Prou. 9. Scientia sanctorum prudentia. Vnde ad commendationem eius faciunt quae pertinent ad commendationem sapientiae, de qua habetur multum in libris Salomonis, quasi ferè per totum, & specialiter Prou. 3. Vbi dicitur, Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti. Et in eod. Lignum vitae est his qui apprehenderint eam. Et eiusdem 8. Melior est sapientia cunctis opibus pretiosis, & omne desiderabile ei non potest comparari. Et eiusdem 16. Posside sapientiam quae melior est auro. Et 19. Vbi non est scientia anime non est bonum. Et Sap. 8. Omne aurum comparatione sapientiae arena est exigua, & quasi lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Eiusdem 10. Vani sunt homines in quibus non subest scientia Dei. Eiusdem 9. Si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo fuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Esa. 30. Diuitiae salutaris, sapientia & scientia. Osee 6. Scientiam Dei volui plusquam holocaustum. Sapientia Deum letificat. Prou. 10. Filius sapiens letificat patrem suum. Et eiusdem 14. Accepit regi minister intelligens. Eccl. 20. Homo prudens placebit magnatibus. Hominem etiam

à periculo liberat. Prou. xi. Iusti liberabuntur scientia. Simile habetur Eccl. 9. Liberavit urbem per sapientiam suam. Ipsa etiam hominem in bono conseruat. Prou. 2. Prudentia seruabit te. Item domum ecclesie roborat. Prou. 24. Domus prudentia roborabitur. Sapientia astutia diaboli non superat. Esaia 9. Non nocebunt non occidet in uniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia domini. Loquitur de serpentes, per quos intelligere potes serpentes infernales. Serpens ex virga Moysi factus, serpentes Magorum deuorat. Exo. cap. 7. Sapientia enim sanctorum astutiam diaboli superat. Astutia diaboli multae sunt, quas ponit Gre. in Moralibus, Inuictur, inquit, inimicus generis humani uniuersumque mores cui vitio sint propinqui, & illa appropinquante faciem ad quam cognoscit facilius inclinari mentem, vbi dis ac laetis moribus saepe luxuriam, nonnunquam vanam glori-
 am: asperis vero moribus iram, superbiam vel crudelitatem proponit. Ibi ergo decipulam ponit, vbi esse semitam mentis conspiciat. Psal. In via hac qua ambulauit, absconderunt superbi laqueum mihi. Idem in eodem: Saepe antiquus hostis postquam mentem nostram tentationum certamen inflixerit, ab ipso suo certamine tempus recedit: non ut suae malitiae finem prebeat, sed ut coram qua per quietem secuta reddiderit, repente rediens facilius inopinatus irrumpat. Idem: Antiquus aduersarius cum que accedunt mala non inuenit, ipsa ad malum bona inuestigare quaerit. Cum de operibus vincitur, ad accusandum verba perscrutatur. Cum nec in verbis accusationem reperit, intentionem cordis fuscate intendit. Idem: Quia diabolus fructus arboris in hyeme & in zela virides conspiciat: quasi vermum ponere ad radicem quaerit. Securus Greg. Antiquus hostis bona nostra insequitur tribus modis. Primo quando in bono opere intentionem polluit, ut omne quod in actione sequitur impurum sit. Aliquando vero intentionem vitare non praualens in ipsa actione homini quasi se insignem proponit, securior factus de victo vitio quasi insidiis perimatur. Aliquando vero nec intentionem vitiat, nec in itinere supplantat: sed opus bonum in fine actionis illaqueat. Idem in Moralibus: Saepius de ipsa victoria bellum agitur, ut cum immunda cogitatio vincitur, victoris animus elatione pulserit. Quarto facit ad commendationem prudentiae, quod ipsa videtur esse praefectio nobilioris potentiae, quam temperantia vel fortitudo. Vis enim rationalis quae ipsa perficit, videtur esse nobilior concupiscibili & irascibili, quae temperantia & fortitudine perficiuntur: quod autem nobilior est, melius est & magis eligendum. Quinto prioritas quam habet respectu

respectu cæterarum virtutum. Virtus enim cognitiua videtur
 præcedere affectiuam. Aug. Vt maius est voluntatē domini fa-
 cere quā nosse: ita prius est nosse quā facere. Idem. Initium
 obedientiæ est quid præcipiatur velle cognoscere, & pars est ob-
 equij didicisse quod facias. ¶ Sexto magisteriū quod habet re-
 spectu cæterarū virtutū. Ad eam enim pertinet illa discretio. De
 qua dicit Antonius: Discretio conseruat omnes virtutes, & fit
 genitrix & custos moderatrix virtutum, & perducit fixo gradu
 intrepidū monachū ad dominum: quia nulla virtus potest per-
 fici & stare sine discretione, sine hac posse videtur potius nocere
 homini quā prodesse. Gre. Virtus quo plus se posse conspi-
 cit, eò sine moderamine rationis deterius in præceptis tuit. Sine
 prudentia, quasi de homine tenebras incurrimus. Gre. Qui im-
 portunè radios solis aspicit, tenebre scit & inde nihil videre cõ-
 pellitur, vnde amplius videre conatur: vnde nosmetipfos dum
 plus iusto discutimus, & ipso discretionis studio indiscretius
 erramus. Sine hac si virtus teneatur, intermittitur, cū verò per
 hanc intermittitur, melius tenetur. Gre. in Mora. Plerūque vir-
 tus cū indiscrete tenetur, amittitur: cū discretè intermittitur,
 plus tenetur. Ex studio nāque arcus distenditur, vt in suo tempo-
 re cum utilitate tendatur. Idem: Nō eadem res est semper vir-
 tus, quia per momēta temporū saepe merita mutantur actionū.
 Vnde fit vt cū qd bene agimus, plerūque melius ab eius actio-
 ne cessemus: & laudabilis ad tempus deserat, q̄ in suo tempore
 mens laudabiliter tenebat. Ber. in sermonibus: Nō in facto laus
 est, sed in eo quemadmodū fiat. Ennius: Infani sapiens nomen
 feret, æquus iniqui, Vltra quā satis est virtutē si petat ipsam.
 ¶ Septimo, q̄ ipsa bona domini nobis cōmissa multiplicat: sine
 ipsa inutiliter, imò damnabiliter absconduntur vel dissipantur.
 Ad absconsiōē pertinet parabola de talētis, Mar. 15. Et parabola
 de seruis, quibus tradidit paterfamilias decē talētra. Lucæ 16.
 De dissipatione verò habetur Lucæ 16. de villico qui diffama-
 tus est apud dominū suū, quasi dissipasset bona illius. Et Prou.
 27. Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti, & im-
 pondens homo dissipabit illud. ¶ Octauo, q̄ prudētia se habet ad
 iudiciū rationale iudicantē: sicut assessor discretus & fidelis, quo
 assistente laudabiliter iudicatur. Si verò defuerit, peruerit in
 iudiciū. Prou. 28. Dux indigens prudentia, multos opprimit per
 calumniam. ¶ Nono, q̄ ipsa est lucerna in viā paradisi dirigēs.
 Qui non habet prudētia, licet sit magnæ & altæ sciētia, simi-
 lis est homini in altū respicienti, & vbi pedem suū ponat nō
 respicit.

uidentī, qui de facili potest corruere. Aug. super illud 1. Cor. Scientia inflat. Præponenda est scientia sciētię. Melius enim scire infirmitatem nostrā, quā naturas rerum. Laudabilior animus cui nota est infirmitas sua, quā qui ea nō respecta- derum vias scrutatur & terrarū fundamēta & fastigia. Idē per Gen. 2. De forma & figura calī multi disputāt: quas res iori prudentia nostrī omiserunt authōres: discētibus ad beatā vitam non profuturas, occupantes quod prius est malū, puer- sa & rebus salubribus impendenda temporum spatia. Si autē rit prudentia, verē potest homo sapiens reputari. Si verō de- rit, verē potest homo stultus reputari. Prudentiam verō in- ge, cognitionem operandorum. Prou. 14. Callidi est intelligē- viam suā: quid scilicet agendum sit: & imprudētia stultorū- rans. Ignorat enim quid agendum sit. Et in eodē: Facilitas ho- torum imprudentia: id est, ignorantia agendorū. ¶ Decima animalia irrationalia etiā minimā docent nos eam: vt serpen- tes, & formica, & similia. Sene. Pudeat ab exiguis animalibus nos trahere mores. Pto. 30. Quatuor sunt minima terrę, & sapientiora sunt sapientibus: Formica populus infirmus se- præparant in messe cibum sibi: Lepusculus plebs inualibilis collocat in petra cubile suum: Regē locusta, non habet, & ex- ditur vniuersa per turmas suas: Stellio manibus nititur, & ex- ratur in domibus regum. In formica commendatur nobis pru- uidentia. In lepusculo qui est animal timidum velocitate- giēs, & in petra collocans cubile suū, dissidentia de propria- ribus, & confidētia in Deo, quę reperitur in hominibus timo- tis. In locusta verō, quę saltat, & post saltū decidit, ardēs de- riū a terrorū cū cōsideratione proprię infirmitatis. In stellio qui est lacertulus quasi depictus & stellatus, qui alas nō habet sed manibus nititur, diligentia in operatione quę defectus im- plet natura. Vt enim dicit gl. ingeniosi per negligentiam in- remanēt: sed simplices quos ingenij pœna nō adiuvat, ad op- nēda regni æterni mœnia virtus operationis leuāt. Et q. nati- tardi sunt ingenio, solertia industrię suę ad diuinā nō nati- pturarū, vel ad virtutū gratiam quibus celū mereantur, accē- ¶ Prudentia defectus supplet: sicut prouidētia supplet infir- tē formicę. Prudēs. n. tēpus necessitatis præoccupat, prouidēt sibi tēpore opportuno. Itē prudēs in Deo cōfidēs, fortitudinē in Dei fortitudinē mutat. Esa. 40. Qui sperāt in dño, mutabunt fortitudinē. Itē q. p se nō potest, multitudine efficit: sicut mu- tundo locustarū cōcors egreditur ad depascendū viridia. Sup- etiam pr- nos etiā serpentes ditorum c- stodic, pte illal- pro Chri- Prou. 12. ¶ Qua m- detrimen- quia eo f- capicis ve- propter I- tum sper- nit, vbi p- tentia se- Deponite- minem q- dō exig- sallect fe- transiret- nisi enim- lem ibi re- ponunt in- in qua fu- bent prop- cum disp- obstruit, illud Psal- vti aurē- ne propri- ascendē- Memorā- corporis- omnipot- fidiantur- Quasi vn- hic non f- refection- re capitu-

etiam prudēs diligētia, q̄ minus habet à natura. Serpēs docet nos etiā prudentiam astutia sua. Matt. 10. Estote prudētēs sicut serpentes. ¶ Et sunt sex astutia serpētis, quibus prudentia sanctorum debet assimilari. ¶ Prima est, quòd caput suū summè custodit, pro cœtera mēbra exponendo. Nec immeritò: cum capite illa se uiuat quantūcunq; cœtera mēbra lādātur. Sic sancti pro Christo qui est caput eorum, se & sua exponere non timēt. Prou. 11. Qui negligit damnum propter amicū, iustus est. Phil. 1. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christū detrimenta. Nec miram si sancti omnia pro Christo exponunt: quia eo saluo, omnia sunt eis salua, etiā capilli. Mat. 10. Capilli capitis vestri numerati sunt. 2. Mach. 7. E cœlo ista possideo: sed propter Dei leges nunc ista despicio, quia ea me ab ipso receptu sum spero. ¶ Secunda est, quòd serpēs se in arcto foramine ponit, ubi pellem veterē deponit. Sic prudentes in arcta via pœnitentiæ se ponunt, ubi pellem veteris hominis deponunt, Eph. 3. Deponite vos secundū pristinam conuersationem veterem hominem qui corrūpitur, secundū desideria carnis. Et nota quòd duo exiguntur ad hoc quòd serpēs in foramine pellē deponat, scilicet foraminis angustia. Si enim esset latum, sine difficultate transiret & veterem pellem retineret. Et stabilitas foraminis: nisi enim esset stabile, potius foramen secum ferret, quàm pellem ibi relinqueret. Sic pellem veteris consuetudinis non deponunt in claustro, qui in eadem libertate volūt esse in claustro in qua fuerint in seculo. Item qui manentes in seculo nullā habent propositi firmitatem, in pœnitentiis quas agunt de facili seculum dispensantes. ¶ Tertia est, quòd serpens vnā aurem terra obstruit, & aliam cauda, ne vocem incantatoris audiat: secundū illud Psal. Sicut aspidis surdæ & obrutatis aures suas. Sic sancti vnā aurē vnā obstruūt memoria mortis, & aliā consideratione propria fragilitatis, & ne suggestioni diaboli aequiescant, attendentes ex quot & qualibus causis perire possunt. Eccl. 7. Memorare notissima tua, & in aternū nō peccabis. Qui castrū corporis sui luteum intelligit, nō præsumat facere guerram cū omnipotente. ¶ Quarta est, quòd serpens calcaneo mulieris insidiat. Gen. 3. Sic sancti, nisi qui consequitur opera carnis insidiantur, ex eo ostendentes desideria carnis fatua esse. Job. 3. Quasi vna ex stultis mulieribus locuta es. Aug. Deliciæ carnis hic non faciunt, & in futuro damnant. Vbicunq; caro quærit defectiōnem, inuenit defectiōnem. Greg. Qui præsentī suauitate capitur, quasi per amœnā præteritū ducitur. ¶ Quin-

ta est, quòd propter inimicitias quas habet cū homine, habet in deserto, vel laet sub spinis, vel herbis. Sic viri sancti agnoscunt inimicitias quas habet mundus cum eis, fugiūt eum. Ioan. 3. Nolite mirari si odit vos mundus.

De speciebus Prudentiæ, & triplici eius diuisione: de memoria & oblivione: de providentia, de diuisione prudentiæ secundum Senec. de diuisione eius in providentiam, circumspectionem, cautionem, docilitatem. De xij. quæ iuvant ad hoc quòd aliquis bene doceat: & de tribus quæ doctus debeat attendere in sua doctrina, & de septem quæ valent ad hoc ut quis bene addiscat.

CAP. V.

Sequitur de speciebus Prudentiæ. Notandū ergo quòd prudentia prout comprehendit omnem salubrem cognitionem suæ virtutem cognitiuam. Primo modo videtur posse distinguī in virtutem cognitiuam diuinorum & humanorum. Virtus verò cognitiua diuinorum triplex videtur esse. Prima acceptio scilicet authoritaci, scilicet fides. Secunda rationi, scilicet donū intellectus. Tertia est animū diuinā suauitatē gustando experiri scilicet donum sapientiæ. De duabus primis dicit Aug. in illa de Veritate credēdi Quod credimus, debem⁹ authoritari, quia intelligimus, rationi. De tertia dicitur in Psal. Gustate & videte &c. Prima cognitio de Deo, statui incipientium sufficit. Secunda cōpetit statui proficientium. Tertia statui perfectōrū. Bene ad fratres de monte Dei: Sunt animales, qui nec ratione peraguntur, nec affectu trahūtur: & tamē authoritate promouentur doctrina commoniti, vel exēplo prouocati approbant bonū inueniūt, & quasi cæci, sed ad manum tracti sequuntur. Sunt rationales qui per rationis iudiciū & naturalis scientiæ discretiōnem habēt cognitionem boni & appetitum: sed nondū habent affectum. Sunt perfecti qui spiritu aguntur, qui à Spiritu sancto plenius illuminantur: & quia sapit eis bonum cuius trahuntur affectu, sapientes vocātur. Virtus verò cognitiua humanorum vel est cognitiua rerū quæ propter hominē à Deo factæ sunt, quæ specialiter attendit bonum & malū in eis, quæ videntur esse donum scientiæ: vel attenditur circa ea quæ ab homine propter Deum agenda sint. Quæ duplex est: scilicet prudentia in proprio nomine strictè: & hæc attenditur circa agenda cōmunitatis. Et donum consilij, quod attenditur circa ardua quæ propter cōmunitatem suā non sunt in præcepto, circa quæ maxime præcepto tardo cauenda est. Videtur etiam prudentia posse distinguī, sicut Seneca scientiā moralem diuidit. Cuius pars vna rebus pro-

ria imponit, rectè existimans vnâquanque. Secunda affectus ordinat, imperus animi refrenans. Tertia, quid, quâdo, vbi & què admodum agi deceat determinat. Secundam Tullium verò in Rhetoricis, distinguitur prudentia in memoriam, intelligentiâ, prudentiam. Memoria est, per quâ animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia est, per quam ea prospicit quæ sunt. Prouidentia est per quam futuri aliquid videtur antequâ factum sit.

De memoria & Obluione.

Ad memoriâ monemur, Eccl. 1. Memêto quæ ante te fuerunt: Memoriæ mortui viuunt. Memoriæ illa pars vitæ nostræ quæ præterit, manet: sine hac quasi perdita est. Sene. Qui nil de præterito cogitat, vitâ perdidit. Memoria thesaurus est cognoscibilius. Ipsa est velut quoddam seruatoriû, in quo veritas utilis, quâ ratio inuestrigando cepit, fideliter seruatur. Animus obliuiosus est velut locus vbi quicquid repositum fuerit moritur. Obluio enim est quasi quædam mors. Greg. 1. parte Moraliû: Sicut mors quæ interficit, cogit vt non sit in vita: ita obliuio hoc quod intercipit agit, vt non sit in memoria. Animus obliuiosus est quasi stomachus cibum receptum reuicis. Greg. in homil. Cibus mentis sermo Dei est, & quasi acceptus cibus languente stomacho reiciunt, quâdo auditus sermo in vtre memoriæ non tenetur. Quisquis alimenta non retinet, huius profectò vita desperatur. ¶ Et notandum quod multa sunt quorû memoria specialiter est laudabilis, de quibus causa beneficiarum decem ponamus. Primo laudabilis est memoria beneficiorum, & maximè memoria creatoris & redemptoris nostri. Eccl. vlt. Memento creatoris tui. Et Luc. 22. Hoc facite in meam comemorationem. Exod. 13. Memêtote diei huius in qua egressi estis de Ægypto. Eccl. 29. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris. Posuit enim animam suam pro te. Bern. ad fratres de monte Dei. Scit, quicumque habet sensum Christi, quantum Christianæ pietati expediât, quantum seruû Dei, seruum redemptionis Christi mereat, & vile ei sit vna saltem aliqua diei hora passionis ipsius de redemptionis attentius recolligere beneficia, ad fruendum suauiter in consciencia, & recolendum fideliter in memoria. Memoriâ eorum beneficiorum acceptorum videtur habere animalia irrationalia. ¶ Secundo, memoria mandatorum Dei. In Psal. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Deut. 6. Erunt verba hæc que ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens, Numeri 15. Dices ad filios Israel, vt faciat sibi simbrias per quatuor angulos palliorum, ponetes in eis

vitas hyacinthinas, quas cum viderint, recordetur omnium mandatorum Dei. Iosue 1. Non recedat volumen legis huius ab te: sed mediteris in eo diebus ac noctibus. Eccl. 3. Altiora ne quaeseris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecipit tibi Deus, haec cogita semper. ¶ Terrio memoria iustitiae quae Deus exercuit in transgressores mandatorum suorum. In Psalmo Memorabor iustitiae tuae solius. Eccles. 38. Memor esto iustitiae meae, sic enim erit & tua. ¶ Quarto memoria belli spiritualis, quo tot & tanti ceciderunt, quae valet ad hoc ut cautiore simus. Iob 40. Memento belli, & non addas amplius quicquam locustis. Hier. Ne in praeterita castitate confidas: nec David sanctorum Sapsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper quod paradisi columnam mulier de possessione sua erexit. ¶ Quinto memoria diuinae misericordiae, vtilis in tribulatione positus, ne desperent. Eccl. 51. Memoratus sum misericordiam tuam Domine. 1. Mach. 4. Memerote quomodo salui facti sumus sanctorum, quam imitari debemus. Greg. Facta praecedentium scripturae consideremus, & non erunt graua quae toleramus. Io. 13. Memerote sermonis mei quae ego dixi vobis: non est seruus maior Domino si me persecuti sunt, & vos persequentur. ¶ Septimo memoria aduersitatis in prosperitate. Eccl. 18. Memento paupertatis in die abundantiae. ¶ Octauo memoria status honoris a quo quis degenerauit: ut est nobilitas parentum vel carum vel spiritualium: vel propria nobilitas spiritualis a qua quiescivit. Sap. Nobilitatis ad hoc tantum memineris, ut cum claritate generis, morum sanctitate contendas, & cum nobilitate superioris, animi nobilitate proficias. Esa. 51. Attendite ad petram qua excisi estis &c. Attendite ad Abraham patrem vestrum. Apoc. Memor esto vnde excideris, & age poenitentiam. ¶ Nono memoria in eo qui ad prosperitatem deuenit, eorum qui in aduersitate eius socij fuerunt. Gen. 40. Memento mei, cum bene tibi fuerit. ¶ Decimo memoria priorum peccatorum ad dolendum propter. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine mea. ¶ Item norandum quod quatuor sunt quorum obliuio detur esse laudabilis. Primo obliuio iniuriarum. Leuit. 19. Non memineris iniuriam cuius tuorum. Animus obliuiosus beneficiorum tenax, iniuriarum est velut colatorum facies retinens, & quod praeteritum est exire permittens. Secundo obliuio beneficij, alteri dati. In enim est lex beneficij inter duos, ut ait Sapiens, quod alter statim debet obliuisci dati, alter memor accepti esse. Tertio obliuio

delectatio
 cogitat po
 Aegyptum
 medere so
 geres. H
 verba est
 Hoc erian
 obliuio re
 Phil. 3. Qu
 ra exte des
 peratia, in
 obliuisci.
 bonitate n
 dispositio
 est disposi
 circa unu
 mid, firm
 circa mult
 percipiet
 mouit Pla
 eria men
 quate cog
 tu est nou
 dore Testa
 impleta su
 raliu arcu
 sceres nece
 memori
 & in nutri
 sedeat. It
 eas. ¶ Et
 heret supp
 vacuitatis
 lapideis. E
 na in scri
 dat script
 doctus qu
 traq; cum
 quantu leg
 do age ad
 dies et ali
 delect

delectationū quas aliquis habuit in præteritis peccatis. Qui recogitat peccata præterita delectādo in ipsis: mēte reuertitur in Ægyptum, vt filij Israel. Num. 11. Recordamur pisciū quos comedere solebam⁹ in Ægypto gratis: in mētē nobis veniūt cucumeres. Hoc est etiam respicere retro, vt vxor Loth, Gen. 19. quæ versa est in statuam salis. Luc. 17. Memores estote vxoris Loth. Hoc etiam est habere idola apud se, vt Rachel Gen. 31. Quarto obliuio rerū tēporaliū quæ ad cōtēplatiuos perfectos pertinet. Phil. 3. Quæ quidē retro sūt obliuiscēs: ad ea verò quæ sunt priora extēdēs me ipsū. Macrobi. loquēs de tēperātia perfectōrū: Tēperātia, inquit, est terrenas cupiditates nō reprimere, sed poti⁹ obliuisci. Itē notandū q̄ quinque sunt quæ videntur facere ad bonitatē memorię. Primum est sicca cōplexio. Siccitas enim est dispositio cōueniens ad tenacitatē impressiōnū, sicut humiditas est dispositio cōueniēs ad receptiōnē earū: Secūdū est exercitiū circa vnū vel pauca, nō circa multa. Vnde pueri quāuis sint humidi, firmiter in memoria retinēt: quia animæ eorū nō occupātur circa multa, sicut animæ maiorū, Eccl. 38. Qui minoratur actu, percipit sapiētia. Tertiu est, placētia rei cognita. Hęc causam mouit Plato esse in tenera ætate, quare ea quæ addiscuntur firmiter in memoriā retinētur. Tenacior, inquit, & forte maior in illa ætate cognitionis delectatio cognita mētib⁹ alti⁹ infigit. Quartū est nouitas. Horati⁹: Quo semel est imbuta recens, seruabit odorē Testa diu. Ideo vtilia citō addiscēda essēt. Memoria enim impleta superuacuis, vtilia difficili⁹ retinet. Sē. in epistolis: Liberaliū artiū cōsecratio verbosos sibi placētes facit, & ideo nō discētes necessaria, quia superuacua didicerūt. Quintū est, infixio memorię lōga ruminatiōe facta. Sē. Certis ingeniis immorari & in nutriu oportet, si velis aliqd trahere qd in animo fideliter sedeat. Itē cū multa percurrens, vnū excipe quod illo die decoquas. Et notādū, quod nō habēs bonā memoriā, scriptura debet supplere eius defectū. Eccl. 38. Sapiētiam scribe in tēpore vacuitatis. Scripsit Dñs decalogū bis populo Iudēorū in tabulis lapideis. Exo. 31. & 34. Sūt qui nihil ponūt in memoria, sed omnia in scripto. Sūt alij qui cōfidētēs in memoria sua, nihil cōmēnt scripturæ: & utrūq; vitiū est. Pythagoras: Caue ne armariū doctus quā pectus habeas. Sen. Distrahit librorū multitudo. Itaq; cū legere nō possis quantum habueris, satis est habere quantum legas. Bern. ad fratres de monte Dei: Non tantummodo agendū est vt cū aliqua delectatione vel sine grandi nausea cōtrastrigatur: sed etiā vt de peracta dicta ad profectum mētis semper

semper aliquid in cōsciētia resideat, aliquid quotidie in thesaurū cordis cōgeratur. Bern. De quoridiana lectione aliquid in utrē memorię dimittēdū est, quod fideli^o digeratur, & sursum recatū crebri^o ruminetur, quod proposito cōueniat, quod in cōsciētia proficiat, quod detineat animū vt aliena cogitare non libeat. Hiero. Fatuū est propter confidentiā memorię nihil scripro cōmēdare: quia in memoriā primo senectus incurrit, vt ait Seneca.

De Providētia.

Sequitur de Providētia, ad quam monemur exēplo formicę Prou. 6. Vade, inquit, ad formicā, ō piger, & cōsidera vias eius & discite sapientiā: quę cū nō habeat ducē, nec pręceptorem nec principē, parat æstate cibū sibi. Et Gene. 41. exemplo Ioseph qui septē annis fertilitatis cōgregari fecit quę erant necessarię septem annis sterilitatis futura. Prou. 19. Qui cōgregat in mensura, filius sapiens est. Deut. 32. Vtinā saperent, & intelligerent, nouissima prouiderent. Providētia valde vtilis est. Tob. 9. dicit Tobias Azarię: Si me ipsum tradā tibi seruū, nō ero condignus prouidentię tuę. Senec. Qui nihil de futuro pręmeditatur, omnia incautus incidet. Providētia, vel mala futura vitat, vt vitat perat, vel animo pręparat vt ca leui^o ferat. Gre. Eo periculū vitari nō potest, quo nō potuit pręvideri. Senec. Proponere animo vitia & mala futura & bona, vt illa sustinere possis, ista moderari. Senec. in homil. Min^o iacula feriūt quę pręuidētur, & nos tolerabimus, si munda mala suscipimus, si cōtra hęc per pręsciētię clypeū munitur. Itē in Mor. Tāto quisq; minus aduersitate vincitur, quāto cōtra illā pręsciēdo paratus inuenitur. Itē in Pastoralib^o. Hæc callidus tāto liberius pectus percutit, quāto nudū a prouidentia lorica deprehēdit. Itē dū cōtra ictū quisq; paratior redditur, habet qui se inopinatū credidit, eo ipso quod pręuisus est eneruatur.

De diuisione Prudentię secundum Seneca.

Seneca in libro de quatuor virtutib^o principalibus, tangit diuisionem Prudentię similitē diuisioni Tullij iā positę, dicens: Si pateres fueris, animus tuus tribus tēporibus dispensetur, pręsentia ordina, futura prouide, pręterita recordare. Sūt aliqui qui futurum ordināt quę nō sunt in sua potestate, pręsentia verō cōsilia inordinata relinquūt. Act. 1. Nō est vestrū nosse tēpora, vel mētra quę pater posuit in sua potestate. Bern. Quid de futuro presumis, tāquā pater tēpora & momēta in tua potestate & nō in sua posuerit potestate? Tales vitam quam habēt volūt perdere, & quā nō habēt proponunt vtiliter dispensare. Illi qui vitam quā Deus iā dat, in cōtumeliā Dei volūt expēdere: vt

verò quam Deus nondum eis dedit, volunt Deo dare, & de illa gratiam Dei acquirere. ¶ Et notandum q̄ ordo secundū Aug. 19. de ciuita. Dei, est parium dispariumq; rerum sua cuiq; loca tribuēs dispositio. Et facit multū ordinatio ad quietē mentis. Aug. in lib. Confes. Minus ordinata quæta sunt, ordinata quiescunt. Idem: Iussit Deus, & sic est, vt pœna sibi sit inordinatus animus. Debet verò homo ordinare se & suos & sua. Quārum ad se, ordinabiliter ille viuit (iuxta verbum Bern.) qui in conuersatione sua sollicitè conseruat vias suas, & in cōspectu domini, & in cōspectu proximi cauens sibi à peccato, & proximo à scandalo. ¶ Quadruplex verò ordinatio debet esse in homine. Prima est cōsiderationis. Bern. in lib. de cōsideratione: Cōsideratio tua te inchoët, ne frustra extendaris in alia te neglecto. Secunda est affectionis præcipuè illius quæ aliis supereminet: scilicet dilectionis. Cāti. 2. Ordinauit in me charitatem. Tertia est negotiorum secundū diuersitates tēporū. Bern. ad fratres de mōte Dei: Mane præteritæ noctis fac à remetipso exactionē, & vēruræ dictu tibi indicito canonē: vespere præteritæ diei rationē exige, & superuenientis noctis fac indicationē. Sic districto non vacabis lasciuire aliquādo: singulis horis secundū cōmunis instituti cōmonem sua distribue exercitia: cui spiritualia, spiritualia: cui corporalia, corporalia: in quibus sic exoluat omne debitū spiritus Deo, corpus spiritui, vt si quid fuerit intermissum, si quid neglectū, si quid imperfectū suo loco, suo modo, suo tempore non habeat impunitū vel irrecōpensatum. Idem in eodem: Primum cura quotidianū sacrificiū orationum vel lectionis, studiū cōscientiæ quotidianæ discussioni, emendationi, cōpositioni pars sua Dei neganda nō est. Quarta est ordinatio pertinet ad purgationem spiritualem. Virtutes enim animæ præparatæ debent esse ad certamina sibi competentia. Temperantia, cum ad mensam acceditur. Prudētia, cum quid agendū sit, tractandū est, & sic de cæteris virtutibus. Grego. in Moral. Quodlibet certamen exuperat, qui mentē certamini ante certamē parat. Anima virtutes habēs dæmonibus terribilis est, vt castrorū acies ordinata. Can. 1. Pro. 24. Cum dispositione initur bellū. Suos debet homo ordinare ostendendo quid vnicuiq; sit agendū, & quid vnicuiq; sit habendū. Propter primā ordinationem regina Saba admirata est ministros Salom. 3. Reg. 10. Videns regina Saba omnem sapiētiam Salomonis &c. & ordinē ministrantiū &c. non habebat vltra spiritum. De secunda ordinatione habes Esa. 38. Dispone domui quæ quia morieris tu, & nō viues. Debet etiā homo sua ordinare,

ut vtiliter expendantur, vel vtiliter retineantur. Eccle. 7. Pecora tibi sunt, attende illis: & si sunt tibi vtilia, perseverent apud te.

De alia divisione Prudentia.

Prudentia à quibusdam diuiditur in quatuor species, scilicet prouidentia, circumspectionem, cautionem, docilitatem. Quarum specierum numerus sic videtur posse manifestari. Cognitio saluberrima quæ ad prudentiam pertinet, considerari potest absolute prout est in cognoscere, vel prout distribuitur alteri. Est enim thesaurus nobilissimus qui distributus suscipit incrementum. Et sicut dicit Augustinus lib. de doct. Christiana. Omnis res quæ dâdo deficit, nõdũ habetur & nõ datur, si nõdũ habetur, quomodo habenda est? Secundũ ergo quod prudentia dirigit circa distributionem scientiæ seu cognitionis salubris est hæc species eius docilitas. Secundũ verò quod absolute consideratur ut est in cognoscere, tres habet species. Cũ enim lumen rationis perficiens ad videndum quæ agenda sunt: ratio autem perfecte nõ videt nisi videat remota ut propinqua, & nisi videat res interius, & nõ solum superficialiter: & nisi res videat vnde & nõ solum ex parte vna prudentia speciem vnã habet qua videtur remota, scilicet prouidentia, quæ sic dicta est, eò quod procul videat. Et potest extendi nomen prouidentia ad memoriã & prouidentia, quas ponit Tullius. Ratio enim procul videt, siue prævideat futura, siue præterita. Simili modo nomẽ memoriæ quæ doque extenditur ad futura, ut Eccle. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. Aliam speciem habet prudentia qua ea quæ videntur superficialiter bona, agnoscuntur esse mala, scilicet cautionem. Aliam etiam habet qua vndique videt scilicet circumspectionem. Prouidentia proprio sumpto nomine est præsens notio futurum pertractans euentum. Huius officium est, ex præteritis & præsentibus futura perpendere, Boetius in Consolationum: Nõ quod ante oculos situm est, sufficit intuentium rerum exitus prudentiam metitur. Imprudens viam respicit quæ iturus est: prudens verò finem viæ attendit. Si dicatur imprudens, Veni mecum, ducam te honorifice & per viam pulcherrimam paratus est ire, nõ requirens amplius: prudens verò requirit quæ ducendus sit. Et si dictum ei fuerit, ad suspensum: non vult illuc nec eques, nec pedes, nec per viam amenam, nec asperam. Si verò dictum ei fuerit, quod ad locum vbi regnabit: paratus est illuc ire pedibus etiam per vias asperas. Qui sine prouidentia est, est sicuti hominem debilem habens visum, qui ea quæ sunt iuxta oculos videt, remota verò aliquantulum nõ videt. ¶ Circumspectio est contrariorũ virtutum cautela. Officiũ huius virtutis est, per diligentem considerationem

inter cōtraria vitia mediū tenere. Ad hanc virtutem pertinet sic libertatē seruare, vt fugiēdo avaritiā, prodigalitātē nō incurramus, & sic recedere à temeritate, q̄ in timiditatē nō cadamus. Ad illud quod est circumspectionis monet nos. Salo. Prou. 4. dicens: Omni custodia serua cor tuū. Dicitur, custodia, prēmisit omni: ne hinc hostibus fores claudas, & aliunde aditū pandas. Circumspectio cōmendatur nobis. Eze. 1. vbi dicitur, q̄ totū corpus plenum erat oculis. Et Apo. 4. vbi legitur q̄ animalia plena erant oculis antē & retrō. Quid. In vitium ducit fuga culpæ si caret arte: Dū stulti vitant vitia, in cōtraria currunt. Ad circumspectionem etiā videtur pertinere, cum aliquis est vndiq; cinctus malis, minus malū eligere. Gre. in Moral. Qui murorū ambitu vndiq; ne fugiat clauditur: ibi se in fugā præcipitat, vbi murus breuior inuenitur. ¶ Cautio est discernere à virtutibus vitia virtutū speciē præferentia. Isid. Quadā vitia virtutū speciē præferunt: vnde semper perniciosius suos sectatores decipiunt, quia se sub velamine virtutis tegunt. Nam sub prætextu iustitię crudelitas agitur, & remissa segnities māsuetudo creditur. Cicero: Nullæ sunt occultiores insidias, quā hæ quæ latent in similitudine officij. Gre. in Moral. Plerūq; vitia colore virtutū tincta, tanto nequiora sunt, quanto & esse vitia minimē cognoscuntur. Hostis nostri malitia cautē se arte palliat: vt plerūq; ante decipit mentis oculos culpas virtutes fingat, vt inde quis quasi expectet præmia, vnde æterna dignus est inuenire tormēta. Cautio apprensus bonū interitus inspicit, & malitiā ibi perpendit. Senec. Qui decipiunt, nihil habent solidi, tenue est mendacium, perit si diligēter inspexeris. Qui sine cautione sunt, frequenter incurrūt illam maledictionem. Esa. 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonū. ¶ Docilitas est prudentia erudiēdi impletos, quæ cōmendatur nobis exemplo Salo. 1. Reg. 3. Cui cum dominus dixisset, Postula quod vis vt dē tibi: ipse docilitatem videretur prætulisse omnibus, dicens: Dabis seruo tuo cor docile.

De x i i. quæ iuuant ad hoc, quod aliquis debet docere. Et de tribus quæ doctor debet attendere in sua doctrina.

Notandū quod x i i. sunt quæ videntur **facere** ad hoc vt aliquis debito modo doceat, maximē doctrinā salubrē. Primū est, ipse laudabiliter viuat. Aug. in lib. de doctrina Christiana: Nō obediēter auditur, qui seipsum nō audit. Gre. in Mora. Cū impletio docetur quod prius agitur, quā dicitur: Nam doctrinā subtrahit quis fiduciā, quando cōscientia præpedit linguā. Vitiā debet iuuare doctrinā, nō impedire. Et primō debet, qui docet,

informare se in doctrina, postea alios. Pro. 5. Bibe aquam de cisterna tua, & fluēta putei tui. Et post subditur: Deriuētur fontes tui foras. De hoc require in tractatu de Superbia, c. De appetitu magisterij. Secundū est, vt authoritatē magisterij Deo, non sibi attribuat. Aug. in lib. de doctrina Christia. Quoniā Christus seminat, ego qui sum vix cophinus seminantis, in me ipse ponere dignatur quod velit spargere. Nolite ergo atredere ad vtilitatem cophini: sed ad charitatē seminis & potestatem seminantis. Idem in eodem: Christus est qui docet, cathedrā in celo habet, scholam eius in terra est. Scholā ipsius corpus eius est: caput docet membra sua: lingua loquitur pedibus suis. Idē super Can. Io. Magisteria forinsecus, adiutoria sunt & admonitiones: cathedrā habet in celo, qui cōda docet. Tertium est, vt doctrinā oratione præmittat. Aug. in lib. de doctri. Christ. Si regina Esther pro gentis tēporalis salute locutura apud regē, orauit, vt in oratione congruū sermonē dominus daret: quāto magis orare debet vt ille munus accipiat qui pro æterna hominū salute in verbo & doctrina laborat: Idē in eodē: Agat eloquēs quantū potest cū bonis & iusta & sancta dicit, vt intelligēter & libēter, vt obedietur dicitur: & hoc se posse si potuerit, & quantum potuerit præmittat orationū magis quā oratorū facultatē nō dubitet, vt orando se & pro illis quos allocuturus est, sit orator antequam doctus.

¶ Quartū est, vt sententiā plus amet quā verba. Aug. Boni ingeniorū insignis ast indoles, in verbis verū amare non verba. Idem in eodē: Vtrum ignoscere producta syllaba tercia aut quarta repta dicatur, non multum curat qui pro peccatis Deū petere ignoscat: sed tamen eo magis inde offenduntur homines, quod infirmiores sunt, & eo infirmiores, quo doctiores videri volunt.

Idem in eodem: Quid prodest clavis aurea, si aperire quod clauditur non potest? & quid obest lignea, si potest, quando claudimus nisi patere quod clausum est? Idem: Cauendum est diuinis grauib; sententiis dū numerus additur, pōdus detrahatur, Ad numerū, prout hic sumitur, intelligas pertinere portionem syllabarum, metrū & colores rhetoricos. Item Aug. in eodē: In authoribus nostris hoc mihi plus placet, quod liberrime eos inueni numeros: satis est enim ei propter quod scribitur vt verba congruentia, nō oris eligatur industria, sed potius sequantur ardorē. Senec. Oratio quæ veritati dat operam composita esse debet & simplex. Idem: Oratio quæ sanandis moribus adhibetur, descendere in nos debet. Idem nō delectent verba vestra, sed profint: si tamen contingere eloquentia non solent.

potest, si autē parata est, aut pro vero cōstat, affit, & res pulcher-
 rimas prosequatur, si talis, vt potius res, quā se ostendat. Alię
 artes ad ingenium pertinent, hic animi negotium agitur. Non
 querit æger medicum eloquentem, non quærit quare grate-
 tur sibi quod inciderit in medicum disertum, sed si ita compe-
 rit vt ille idem qui sanare potest, comprē de his quæ faciendā
 sunt disserat, hoc tale est, quale si peritus gubernator etiam for-
 mosus est. Quid aures meas scabis? quid oblectas? curare debēs
 morbum veterem grauem publicum: tantū negotij habes, quan-
 tum in pestilentia medicus: circa verba occupatus es, vide si
 sufficis rebus. August. in lib. Confes. Didiceram perinde esse sa-
 pientia & stultitiam, sicut sunt cibi vtilēs & inutiles: verbis au-
 tē ornatis & inordinatis sicut vasis vrbanis & rusticanis vtrosq;
 cibos posse ministrari. ¶ Quintū est, vt in scripturis sensus au-
 thoris requiratur. Aug. in lib. de doctrina Christiana, loquēs de
 illo qui aliud in scripturis sentit, quā ille qui scripsit: ea tamē
 sententia deceptus quæ ædificat charitatem, dicit q̄ illa fallitur
 ac si quisquam deserens viam, eō tamen per agrum pergat, quō
 via illa perducit: corrigēdus est tamē, & quā sit vtilē viā non
 deserere, demonstrandum est, ne in cōsuetudine deuiandi etiam
 intransuersum aut peruersum ire cogatur. Deinde innuit causam
 quare cauendū sit hoc in scripturis, dicēs: Titubabit fides, si di-
 uinarum scripturarū vacillat authoritas. ¶ Sextū est, vt in scri-
 ptura sacra nō vbiq; mysteriū requiratur. Aug. 16. lib. de Ciuit.
 Dei: Non sanē omnia quæ gesta narrantur, significare aliquid
 paranda sunt, sed propter illa, quæ aliquid significāt, & ea quæ
 nihil significant attextuntur. Solo vomere terra profcinditur:
 sed vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri mēbra sunt neces-
 saria. Et soli nerui in citharis & cæteris vasis musicis aptantur ad
 cantum: sed vt aprari possint, insunt & cætera quæ non percu-
 tuntur à canētib; sed ea quæ percussa resonant, his cōnectun-
 tur. Ita in prophetica historia dicūtur & aliqua quæ nihil signi-
 ficant, sed quibus adhæreant ea quæ significant, & quodāmodo
 religūtur. ¶ Septimū est, vt diuidēdo mediocritas seruetur. Senec.
 in epistolis: Philosophiam in partes nō in frustra diuidā. Diuidi
 enim eam, non cōcidi, vtilē est: nā cōprehendere quemadmodū
 maxima, ita minima, difficile est. Itē partes eius quod diuisum
 est, innumerabiles esse & paruulas non oportet. Idem: Vitij ha-
 beret nimia quod nulla diuisio: simile confuso est quicquid vsq;
 in puluere sectū est. ¶ Octauum est, inter tarditatē & præcipita-
 tionem medium in profertēdo seruare. Senec. in epist. Philoso-

phi pronuntiatio sicut vita debet esse composita: nihil ordinatum est, quod præcipitatur & properat. Idem: Aquè stillare nolo, quàm currere. Non extendat aures, nec obruat. Idem: Inopia verborum & exilitas minus intentum auditorè habet, quàm interruptæ tarditatis: facilius tamen insidet quod expectatur, quàm quod præteruolat. Deniq; tradere homines discipulis præcepta dicitur. Nò traditur quod fugit. Quomodo omnino reperire potest, qui regi non potest? Idem: Remedia non proficiunt nisi immoretur. Idem: Dicendi celeritas nò satis decora est philosophiæ quæ ponere debet verba, non prolicere. Idem: Quæ admodum sapienti viro incessus modestior conuenit: ita oratio pressa, non audax. ¶ Nonū est, vt dicendo veritatem nò desinat. Aug. in libro de doctrina Christiana: Minus intelligentur, minus placeant, minus moueant quæ dicuntur, vera tamen dicuntur & iusta. ¶ Decimum est, vt doctrina facile sit aperta. Aug. lib. de doct. Chri. Quid prodest locutionis integritas, quam sequitur intellectus audientis, cum loquendi omnino nulla causa, si quid loquimur non intelligant, propter quos vt intelligant loquimur. Prou. 19. Doctrina prudentum facilis. Eccl. Ne abscondas sapientiam in decore eius. 1. Cor. 14. Si inuocem det tuba, quis præparabit se ad prælium. Idem in eodem: Volo in ecclesia quinque verba sensu meo loqui, vt & instruam, quàm decem millia verborum lingua. Ambro. Modestus est vt nos intelligant populi, quàm vt cõmendent grammatici. Aug. 4. lib. de doct. Chri. Quæ vix intelliguntur vel raro sunt, quid vrgent, vel nūquam, omnino in populi audientiam non sunt. ¶ Undecimū est, vt doctrina sit breuis. Ecc. 21. Verbum entum statim ponderabuntur. Aug. in li. de doc. Chri. Sic in gratum est, qui cognita obnubilat: sic onerosus est, qui cognita inculcat. Ouid. Quicquid præcipies, breuis esto: vt cito percipiant animi dociles, doceantq; fideles. Omne superfluum pleno de pectore manat. ¶ Duodecimum est, vt doctrina sit utilis. Seneca in epistolis: Etiam si multū esset ætatis, parum est, si non sandum erat, vt sufficeret necessariis: nunc quæ demencia est, vt peruacua discere in temporis egestate? Doctrina moralis debet esse contra pestem aliquam, & finaliter ad edificandam dilectionem Dei & proximi in hominibus. Seneca in epistolis: Alioquin quotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem, aliquid compara: nec minus aduersus cæteras pestes. Aug. in lib. de doctrina Chri. Legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo finis, est dilectio rei qua fruendum est, & rei quæ nobilitatem se co-

ta te frui potest. Et paulò post: Quisquis igitur scripturas diuinas vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut eo intellectu nò adificet, geminam charitatem Dei & proximi, nondum intellexit. ¶ Item notandum, q̄ doctor in doctrina sua tria debet attendere: scilicet ut instruat, placeat, & ad agendum moneat. Aug. in quarto lib. de doct. Christ. Dixit quidam eloquens, & verum dixit, ita debere dicere eloquentē, ut doceat, ut delectet, ut flectat. Deinde addidit: Docere necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victoriæ. Docendi necessitas in rebus est constituta quas dicimus: reliqua duo modo quo dicimus. Qui ergo dicit, quum docere vult quamdiu non intelligitur, nondum se existimet dixisse q̄ vult ei quē vult docere. Si verò intelligitur, quocūq; modo dixerit, dixit. Quòd si delectare vult eum cui dicit aut flectere, interest quomodo dicat: sicut autē ut teneatur ad audiendum delectandus est auditor, ita flectendus ut moueatur ad agendū: & sicut delectatur si suauiter loqueris, ita flectitur si amet q̄ polliceris, timeat, quòd miraris, oderit quòd arguis. Itē Aug. in eod. Quis audeat dicere aduersum mendaciū in defensoribus inermem debere cōsistere veritatem: ut scilicet qui res falsas persuadere conantur, nouerint auditorem vel beneuolum, vel attentum, vel docilem facere: isti autem non nouerint, & illi falsa aperte dixerint: similiter isti vera sic narrent ut audire tædeat, intelligere nò pateat, credere postremò nò libeat. Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnēt, asserāt fallaciam: isti nec vera defendere, nec falsa valeāt refutare. ¶ Item notandū, quòd doctor sacre scripturę nò debet esse timidus vel remissus. Aug. in lib. de disciplina Chri. Qui timuerit ne semen cadat in terram malā, nò perueniet ad bonā. Iactamus semina, spargimus semina: sunt qui contemunt, sunt qui reprehēdunt, sunt qui irridēt. Ista si nos timuerimus, nihil habem⁹ seminare, & in messe habemus esutire. 2. ad Timoth. 4. Prædica verbum: in ista oportune. Matth. 9. Circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docēs in synagogis eorū. Marc. 7. Circuibat Iesus castella, in circuitu docens. Luc. 11. Et erat quotidie docēs in tēplo. ¶ Itē notandum, quòd secundū quosdam docilitas est virtus dirigēs hominem tam in addiscendo, quàm in docendo.

De his que valent ad hoc ut quis bene addiscat.

Et secundū hoc sciendum est, quòd septem sunt quæ videtur valere ad hoc ut aliquis bene addiscat maximè scripturā sacrā. Primum est, ut homo bene viuat. Aug. Errat quisquis veritatem se cognoscere posse putat, si adhuc nequiter viuat. Eccle. 1.

Concupiscens sapientiã, serua iustitiam, & dominus præbebit
 eam tibi. Eiusdẽ 27. Volatilia ad sibi similia cõueniunt, & veritas
 ad eos qui operantur illam reuertetur. Apocal. 3. Collyrio inunges
 oculos tuos vt videas. Gl. Collyrio oculi vt videamus inungitur,
 quõs ad cognoscendã veri luminis claritatẽ, intellectus nostri
 acie medicamine bonę operationis adiuuamus: qui male vident
 aunt, quasi spurcitia manũ suarũ lumen diuinę sapientię a se
 prohibet. ¶ Secundũ est oratio. Quõ sapientiã donũ Dei sit, non
 debet aliquis tẽtare rapere eam violẽtia studij Deo irrequiescenti
 Iac. 1. Si quis indiget sapiẽtia, postulet eam à Deo. Aug. Oratio
 ne melius soluuntur dubia, quã inquisitione alia. ¶ Tertiuẽ
 humilitas, & hoc quãtũ ad quatuor. Primo, quãtũ ad hoc vt non
 lã doctrinã contemnãt. Sen. Primũ documentũ est, vt nullã
 doctrinã cõtemnas. Secũdo vt à nullo addiscere erubescas. Sen.
 de quatuor virtutibus: Esto sapiẽtię cupidus ac docilis: non
 nosti, sine arrogantia impartire postulãti, quẽ non nosti, sine
 cultatione ignorãtiã tibi postula impartiri. Etiã à malis de
 homo addiscere. Aug. in lib. de doct. Chri. Audiũtur vtiliter
 vtiliter nõ agunt: sua enim quẽrere studet, sed sua docere
 audent, & ira cathedra Moysi cogit eos bona dicere etiã nõ
 na facientes. Theophilus: Lector Originis ita botrum carpãt
 spinã attingat. Qui solũ à bonis volũt addiscere, similes sunt
 illis qui solũ in scyphis argẽis vel aureis volunt bibere, & non
 tũ in saccis purpureis vel aliter pretiosis frumentum darũ
 pere, quorũ sitis vel fames miseranda nõ est. Tertiũ quãtũ
 hoc vt homo nõ erubescat cõfiteri se nescire, quod nescit. Aug.
 Non erubescendũ est homini se nescire quod nescit, ne dũ
 se mentitur, nunquam scire mereatur. Quartũ, quãtũ ad hoc
 vt humilẽ modũ loquẽdi quẽ habet sacra scriptura, non contem
 nat. Aug. ad Volusianũ: Modus dicendi qui sacra scriptura
 textitur, omnibus est accessibilis, quamuis paucissimis penetra
 lis. Idẽ: Inuitat omnes humili sermone, quos nõ solũ manifeste
 pascit, sed etiam secreta exercet veritate. Idẽ tertio lib. cõfessio
 stitui animã intendere in scripturis sanctis: sed mihi vifa
 sancta scriptura indigna quam Tulliani dignitati cõparare
 tumor enim meus fugiebat modũ eius, illa autẽ erat quẽ
 sceret cum paruulis. Sed ego dedignabar esse paruulus, & tu
 gidus fastu grãdis mihi videbar. Item in eodem lib. Mira
 funditas eloquiorum tuorum, quorũ ecce ante nos superbi
 blãdiẽs paruulis: sed mira profunditas Deus meus, mira profun
 ditas, horror est intendenti in eã ¶ Quartum est librorũ emen
 datio

dationi intendat. Aug. 2. lib. de doct. Christi. Codicibus emendandis primitus debet inuigilare solertia eorum qui scripturas diuinas nosse desiderant. ¶ Quintum est, vt homo sit diligens scripturas sacras indagando. Ad quod primo necessarius est timor Dei. Prou. 1. Timor domini principium sapientie. Ipse inquitentem à malo seruat. Prou. 14. Sapiens timet & declinat à malo. Et ibidem: Timor domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Itē nihil negligit. Ecc. 7. Qui timet Deū, nihil negligit. Secundo mansucto, vt homo credat authoritati diuinæ scripturæ. Aug. 2. lib. de doc. Christiana: Ante omnia opus est Dei timore ad cognoscendam eius voluntatem deinde mitescere opus est pietate, neque cōtradicere diuinæ scripturæ, siue intellectæ si aliqua vitia nostra percutit, siue nō intellectu quasi nos melius sapere meliusque percipere possumus: sed cogitare potius & credere id esse melius & verius, quod ibi scriptum est, etiā si lateat, quā illud, quod nos per nos ipsos sapere possumus. Bernard. ad fratres de monte Dei: In omnibus scripturis legenti, in initium debet esse timor domini. August. 2. lib. de doctrina Christiana: In omnibus canonicis scripturis, timentes Deum & pietate mansueti querunt voluntatem Dei. Quo ordine verò procedendum sit indagando scripturas sacras, August. eodem libro determinat, dicens: Erit diuinarum scripturarum solertissimus indagator, qui primò totas legerit, notasque habuerit: etsi non tam ad intellectum, iam tamen lectione duntaxat eas quæ vocantur canonicæ, non cæteras securius leget fide veritatis instructus. Et infra: In scripturis querentium voluntatem Dei, prima observatio est, nosse canonicas scripturas: etsi notandum ad intellectum, legendo tamen mandare memoriæ, vel omnino incognitas non habere. Deinde ea quæ in eis aperte posita sunt vel præcepta viuendi, vel regulæ credendi, solertius diligentiulque inuestiganda sunt, quæ tanto in eis quisque plura inuenit, quanto est intelligentia capax. In his enim quæ aperte in scripturis posita sunt, inueniuntur omnia illa quæ continent fidem, morēsque viuendi, spem scilicet & charitatem. Tunc verò facta quadam familiaritate cum ipsa lingua diuinarum scripturarum, in ea quæ obscura sunt aperienda & elucidanda pergendum est, vt ad obscuriores locutiones illustrandas, de manifestioribus sumantur exempla, & quedam cæterarum sententiæ testimonio dubitationem in cæteris aufert. In qua re memoria valet plurimum. ¶ Inquisitio verò dupliciter fit. Quandoque ab alio querendo, ad quod pertinet il-

Iud Augustini, secundo libro de doctrina Christiana, dicens
 Nulla res magis memoria mandanda est, quam illa verborum
 locutionumque genera, quae ignoramus, ut quum peritior
 curreat, quæri possint. Quandoque aliquis per se inquit
 scriptura, & tunc cauenda est ei temeritas, ne scilicet ignota
 notis habeat, hisque temere assentiat. ¶ Hæc enim præsumptio
 est, quam effugere qui vult, adhibebit ad res consideran-
 das tempus & meditationem. Augustinus in libr. de Vitiis
 credendi: Duæ sunt personæ laudabiles in religione. Vna est
 qui iam veritatem inuenerunt, quos etiam beatissimos iudicari
 re necesse est. Alia eorum qui studiosissime & rectissime in-
 quirunt. Primi sunt in ipsa possessione: alij in via qua tran-
 eunt periculis perueniunt. ¶ Tria verò enumerantur alia genera
 hominum profectio improbanda ac detestanda. Vnum est
 ignorantium, id est eorum qui se arbitrantur scire quæ nesciunt.
 Terum siquidem qui sciunt se nescire, sed non ita querere
 possint inuenire. Tertium verò eorum qui nescire se
 mant, nec querere volunt. Item cauenda est in inquirendo
 curiositas, quæ est, non magnæ utilitati nimiam operam impen-
 dere. Seneca: Quid te torques in illa questione quam vix
 contempsisse, quam soluere? Cauenda est etiam ibi instabilitas.
 Seneca in epistolis: Vide ne lectio authorum multorum, & in
 his generis voluminum, habeat aliquid vagum & in-
 stabile. Cauenda est etiam rixandi libido, quæ peritos in arte
 ca multum solet vexare. Augustin. 2. lib. de doctrina Christi-
 ana: Disputationis disciplina ad omnia genera obscura qua
 literis sanctis sunt penetranda, plurimum valet, tantum
 uenda est rixandi libido, & puerilis quædam ostentatio
 sariarum decipiendi. 2. ad Tim. 2. Noli verbis contendere. Au-
 gustin. 4. lib. de doctrina Christiana: Verbis contendere, est
 curare quomodo error veritate vincatur, sed quomodo
 dictio dictioni alterius præferatur. Item cauenda est
 in cursu velocitas in transcurrendo: non enim videt animus
 currendo latentem sententiam. Nihil magnum rerum ipsa
 cura citò effici voluit, præposuitque pulcherimo cuique
 rei difficultatem: nascendi quoque hæc legem fecit, ut
 ra animalia visceribus parentum diutius continerentur. Aristoteles
 dicit in lib. de natura animalium: Elephas foemina prægnans
 duobus annis, quæ est animal magnū. Item Sapiens: Omnia
 sra dū nascuntur, placent. Sed redeamus ad iudicium. Cito
 bendo nō fit vt bene scribatur. Bene scribendo fit vt cito, sed

maxime
 vt offerre
 dem qu
 duabus
 aut am
 translat
 propter
 illud ani
 gnadum
 gestam
 linguatu
 ra signa
 das trans
 biguitatē
 voluntatē
 amet cert
 linguatu
 munitus
 vim, nec
 ignotet, a
 ditionis
 scriptura
 verba pro
 male dist
 ta intenti
 et quom
 scriptura
 Quod si
 guitatis
 preceden
 ceamus c
 quam, ean
 git script
 ligat. Si e
 intelligēt
 putas leg
 elligat: q
 mus tenēt
 que ille m
 Sextū est
 pura len

maximè quò facilitas illa cōtingit, resistamus & prouideamus, ut offerentes equos frans quibusdam coërceamus. ¶ Et notandum quòd secundum Aug. secundo lib. de doctrina Christiana, duabus causis non intelliguntur quæ scripta sunt: si aut ignotis, aut ambiguis signis obteguntur: sunt autem signa propria vel translata. Propria dicuntur cum his tribus signandis adhibetur propter quas sunt instituta: ut quò dicimus boue, intelligentes illud animal. Translata sunt, quum ipsæ res ad aliquid aliud signatum vsurpatur: ut quò dicimus bouem, intelligentes Euangelistam. Contra ignota signa propria, magnum remedium est linguarum cognitio, & varietas interpretationum. Cōtra ignota signa translata, remedium est cognitio rerum ad quas signatas transferuntur. Aug. 3. lib. de doctrina Christiana, contra ambiguitatē signorum dat remedium: Homo, inquit, timēs Deum, voluntatem eius in scripturis sanctis diligenter inquirat. Et ne amet certamina pietate mansuetus, præmunitus etiam scientia linguarum ne in verbis locutionibusq; ignotis inhæreat, præmunitus etiam cognitione quarūdam rerum necessariorum, ne vim naturamve earum quæ propter similitudinem adhibetur, ignorer, adiuuante etiam codicum varietate, quam solers emendationis diligentia procurauit, veniat ita instructus ad ambigua scripturarū discutienda atque soluenda. Et paulò post: Quum verba propria faciūt ambiguā scripturā, primo videndum est ne male distinxerimus aut pronuntiauerimus. Cum ergo adhibita intentio incertum esse prouiderit, quomodo distinguendum est quomodo pronuntiandum sit, consulat regulam fidei quādo scripturarū planioribus locis & ecclesiæ authoritate percepit. Quòd si ambæ vel etiam omnes, si plures fuerint partes ambiguitatis, & secundum fidem sonuerint, textus ipse sermonis à præcedentibus & sequētibus partibus restat consulendus, ut videamus cui sententiæ de pluribus quæ se ostendunt ferat suffragium, eamq; sibi contexi patiatur. ¶ Et notandum quòd qui legit scripturas, laborare debet ut eas memoriter teneat & intelligat. Si tamē alterum non possit fieri, præligenda videtur esse intelligentia memoriæ. Aug. 4. lib. de doct. Christ. Sunt qui scripturas legūt & negligunt. Legunt, ut teneant: negligunt, ut intelligant: quibus sine dubio, præferendi sunt qui verba eorū minus tenēt, & sui cordis oculis vidēt sensum earum. Sed vtriusque ille melior, qui & cū vult dicit, & sicut oportet intelligit. Sextū est, ut homo sit assiduus in studendo. Hier. Diuinæ scripturæ semper in manibus & iugiter in mēte voluātur: nec sufficete

ficere putes mandata memoriae tenere, & operibus oblitiscere. Idem: diuinas scripturas sapius lege, imò nunquā sacra lege de manu tua deponatur. ¶ Septimum est, vt de sapientia a Deo accepta non sit ingratus, sed datorem suum glorificet. Eccl. 1. Danti mihi sapientiam dabo gloriam.

De his quae aduersantur Prudentiae. & de 12. stultitiis eorum qui peccant. C A P. V I.

Videtur aduersari Prudentiae, primò stultitia, quae est appetendarū & vitandarū non qualibet, sed vitiosa ignorantia, vt ait Aug. in lib. de libero arbitrio. Est autem ignorantia vitiosa, si afflit affectatio nesciendi quae agenda sunt vel vitia vel negligentia sciendi. Bern. in lib. de 12. gradibus humilitatis. Frustra, inquit, sibi de infirmitate vel ignorantia blandiuntur, vt liberi peccent, libenter ignorant vel infirmantur. Aug. per illud Psalm. Noluit intelligere, potuit intelligere, vt ageret, sed noluit, & ita veniam non habet. Greg. in Moral. scire, ignorantia est: scire noluisse, superbia. Bern. in epistola. Multa nesciuntur, aut sciendi, incuria, aut discendi, desidia, & verecundia inquirendi. Et quidem huiusmodi ignorantia non habet excusationem. Secundo videtur aduersari prudentiae vitii vitiosa prudentia vel sapientia, quae videtur posse distinguui in tres species. ¶ Prima est, prudentia siue sapientia carnalis de qua Ro. 8. Sapientia carnis inimica est Deo. Et in eodem. Prudentia carnis mors est, id est, causa mortis aeternae. Vbi dicitur Prudentia carnis est, eū quis studiosius implet, quae carnis fructus. Aug. in li. de quantitate animae: Est noxium genus arcium animi valerudo fanciatur. Idem: Odore & sapore mire diuina pulmenta, & quo lacu piscis captus sit nosse dicere, quaedam miseranda peritia. Sen. in epistolis: In membris alius peritiam aues scindit & per pectus, & circumferens eruditam manum frustra excutit. Infelix qui huic vni rei viuit, vt altilia deesse fecerit: nisi quod miserior est, qui hoc voluptatis causa docet, quam qui causa necessitatis discit. Ad discere ab his quibus dominari notitia subtilis est, qui sciunt cuius rei sapor illum excutit cuius delectet aspectus. Et haec prima species sapientiae vitiosa ad delicias pertinet. Vnde super illud 2. Cor. 1. Non in sapientia carnali dicitur glo. Quae est voluptates diligere, labores vitare. ¶ Secunda species est sapientia terrena, quae pertinet ad diuina. Bar. 3. Filij Agar qui exquisierunt prudentiam quae de terra est vel malitiam. Diabolus enim primò honorem diuinum appetit.

post hominē malignē inuidit. Ierem. 4. Sapientes sunt ut faciāt
 mala, glo. malitiosi. De his tribus speciebus sapientiæ tangitur
 Iacob 3. Non est, inquit, sapientia ista desursum, sed terrena,
 animalis, diabolica. Animalem vocat sapientiam carnis. Sa-
 pientiæ terrena aduersatur sapientia filij Dei pauperis facti, in
 principio doctrinæ suæ paupertatem commendantis. Matth. 5.
 Beati pauperes spiritu. Et eandem consulentis. Matth. 119. Si
 vis esse perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da paupe-
 ribus. Sapientiæ carnis videtur opponi sapiētia sanctorum, quæ
 secundum August. est hic temporaliter cruciari, & in æternum
 delectari, Sapientiæ verò diabolicæ sapientia humiliati: de qua
 Ecclesiastic. 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius. Sed
 contra illud quod iam dictum est, forsitan obiiciet aliquis:
 Quomodo aliqua sapientia possit esse vitiosa, quum omnis sa-
 pientia à Domino Deo sit? Eccles. 1. & Baruch 3. Hic adinuenit
 omnē viam disciplinæ. ¶ Etiam scientia mali bona est. Si sci-
 entia mali mala esset, & eum in quo est malū efficeret, Deus qui
 omnia mala scit, magis malus esset quàm cæteri. Ad hoc dicitur
 est, quòd sapientia vitiosa pro magna parte sui sapientia
 non est, sed error: sicut dicit Aug. quòd disciplina mali non est
 disciplina. Et super illud Rom. 8. Prudentia carnis mors est, di-
 cit gl. Prudentia dicitur, quum res stulta sit, quia ita videtur
 secularibus hominibus. 1. Cor. 3. Sapientia huius mundi stulticia
 est apud Deū. Mors manifestè ostendit sapientiam huius mudi
 stultitiam esse. Sapientia terrena stulticia esse ostenditur: cum
 ille qui tantum in congregatione diuitiarū laborauit, nudus in
 terra ponitur Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris meæ.
 nudus reuertar illuc. Sapientia carnis stulticia esse ostenditur,
 cum caro deliciis enutrita vermibus esca datur. Sapientia dia-
 bolica stulticia esse ostenditur cū ille qui voluit esse super alios,
 sub terra positus, ab hominibus, porcis & canibus conculcatur.
 Ecclesiastic. 11. Si annis multis vixerit homo, & in omnibus his
 factus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis: id est, mor-
 tis, & dierum multorum, scilicet vitæ futuræ, quæ non habe-
 bit finem, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.
 ¶ Et notandum quòd secundum Gregor. in 1. parte Moralium,
 huius mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum
 verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa
 demonstrare. Scientia etiam aliqua licet sit vera scientia, vitiosa
 potest dici ratione studiositatis quæ eam præcedit. Vnde super
 illud Roma. 8. Prudentia carnis mors est. dicit gl. quæ est quum
 ca

ca studiosus implet quæ carnis sunt. Vel potest dici vitiosus propter vsum vitiosum eius. Eccl. 19. Est prudentiæ nequitia in ipsa execratio: vñ enim nequaquam eius execrabilis est. ¶ Et notandum quòd disciplina mali dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt ille genitiuus notet materiã, de qua est disciplina: & sic disciplina mali bona est, & à Deo est. Vel sic vt notat finem ad quem est disciplina: & sic est disciplina mali, id est, malum: mala est, in quantum est ad malum, & est ab homine vel diabolo. Et idem intellige de illo verbo Eccl. 11. Non est prudentia nequitia disciplina: disciplina enim nequitia si vitandam nequitiam, bona est: si ad faciendum, in quantum est mala. Item videtur quodammodo prudentiæ aduersari aut præsumptio vi elatis. Aug. loquens de illo verbo Apostoli, Dicitis se esse sapientes, stulti facti sunt, ad Ro. 1. Si dicedo, inquit te esse sapientem stultus factus es: dic te esse stultum, & factus eris. Matt. 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Cor. 3. Si quis inter vos videtur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. Prou. 26. Vidisti hominem sibi sapiens videri, magis spem illo habebit insipiens. Greg. 3. parte Moralium: Valde difficile est, vt is qui se sapientem æstimat, mētē ad humilitatem reducat, & recte prædicantibus credat. Greg. Moral. Quia prima stultitia angeli elatio cordis fuit: vera pietas efficitur hominis, humilitas suæ æstimationis. Item prudentiæ quodammodo aduersari videtur cōcupiscentia inordinata. Aug. 1. lib. Conf. Spargis pœnales cæcitates supra illicitas cupiditates. Psal. Supercecidit ignis, & non viderunt solē. Item prudentiæ videtur quodammodo aduersari societas insipientium. Prou. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicum autem stultorum similis eis efficitur. Sen. in epistolis: Rem faciliam ratio exigit, secundum naturam suam viuere: sed haec difficilem facit communis insania. Vocatur insania, insipientia eorū, qui se reputant sapientes. Simplicem stultitiam habent, nesciunt quæ scienda essent, & ignorantiam suam agnoscunt: qui ignorantiam suam non agnoscunt: quasi insani sunt. Insania enim credit se esse sapientē, quū sit valde stultus. Miserabilis cæcitas eorum qui cæcitatem suam etiam non agnoscunt: quæ accidit sicut cuidã fatuæ, de qua loquitur Sen. in epistolis. Ad pastam, inquit, vxoris meæ fatuam scis hereditarium oronem in domo mea remāsisse. Hęc fatua subito desinit videre. Incredibilem rem narro tibi, sed veram: nescit se esse cæcam. Inde dædalogum suum, rogat, vt migret, ait domum tenebrosam esse.

Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi. Nemo se auarum esse intelligit, nemo cupidum, cæci ducere quærun. Nos sine duce erramus, & dicimus: non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter in vrbe viuere potest: nõ ego sumptuosus sum, sed vrbs magnas expensas exigit. Quid nos decipimus: nõ extrinsecus malum nostrum, intra nos est, in visceribus fedet: ideo difficulter ad sanitatẽ peruenimus, quia nos ægrotare nescimus. ¶ Et notandum quod secundum communem modũ loquendi, & secundum modum etiam loquendi quem habet sacra scriptura, insipientia, vel imprudentia, vel stultitia non solum pertinet ad intellectum, sed etiam ad voluntatem & operationem. Vnde stultus est omnis peccator: & maxima stultitia est peccare, & maxima sapientia recte viuere. Chrysostomus: sapientia est, nõ eloquia Dei scire, sed secundũ eloquia Dei viuere, & eloquia Dei timere. Iob 28. Dicit homini diuinitus esse contentum, quod timor Domini ipsa est sapientia: & recedere a malo intelligentia. Ecclesiast. vii. Finem loquendi omnes pariter audiamus: Time Deum, & mandata eius obserua. Loquela est ad sapientiam edocendam: sermo enim proprius nuntius est rationis doctæ. Homini indocto magis conuenit tacere, quã loqui. Finis ergo loquendi, id est, illud ad quod finaliter est loquenda, est sapientia consummata, quæ cõsistit in timore Dei & obseruatione mandatorum eius. Sine timore Dei nihil sapientia videretur haberi, quũ timor Domini principium sit sapientiæ. Prover. i. Sicut non reputaretur sapiens, qui non timeret furari, vel rapere in terra illius domini qui districtissime faceret iustitiam: sic non est sapiens qui non timeret offendere Dominum illum qui nobilissimam creatura damnauit irrecuperabiliter pro vno peccato superbiæ. Luc. 10. Videbam sathanã quasi fulgur cadentem de celo. Et pro peccato primorum patrum, totum genus humanum damnauit exilio & temporali morte. Et pro peccato luxuriæ, totũ mũdum, exceptis octo personis aquis saluauit submersit. ¶ Et notandum quod licet valde necessarium sit sapienter intelligere, quia occasio est vt homo sapienter velit sapienter operetur: & insipienter intelligere valde sit periculosa, eo quod sit occasio insipienter volendi & insipienter agendi: tamẽ sapere vt est in solo intellectu, non est Deo gratũ, nec homini meritorium, nisi attingat voluntatem vel operationem. Nec insipientia in solo intellectu dãnabilis est, donec attingat voluntatem vel operationem: vt scilicet insipienter velit, insipienter agat. Qui sapiens est solo intellectu, insipiens ve-

in voluntate & operatione, insipientius videtur se habere quam si non haberet sapientiam in intellectu. Sicuti duobus procedentibus per viam publicam, si denient in viam quæ mittit eos in manus laronum qui eos iugulent, vnus sciens, alius nesciens, stultior in hoc reputabitur qui sciens deuiauerit, quam qui nesciens. Et insipienter vadit, qui de die corruiit vel occidit, quam qui de nocte. Iob 5. Per diem incurrant tenebras, quasi nocte sic palpabunt in meridie.

De xij. stultitiis, quibus peccantes mortaliter adherent.

Et notandum quod qui mortaliter peccat, multum stultus est. Et tangemus xij. stultitias quæ in eo qui peccat possunt agnari. Prima est, quod ipsemet se excæcat. Sap. 2. Excæcavit malitia eorum. Gregor. Oculos quos culpa claudit, peccata claudit. Secunda est, quod seipsum diabolo illaqueat. Iob 18. Intrauit in rete pedem suum. Gregor. Qui pedes in rete mittit, quum voluerit eicit: sic qui in peccatis se deiecit, non quum voluerit surgit. Prouerb. 5. Iniquitates suæ capiunt eum, & funibus peccatorum suorum quisque cõstringitur. Peccat volens, vincitur ab hoste crudeli qui non miserebitur. Grego. Debilis est hostis qui non vincit nisi volens: ipse enim volens se præcipitat. Matth. 4. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Gloss. In quo infirmus ostenditur, quod nulli nocere potest nisi prius ille se deorsum miserit. Tertia est, quod quilibet fanus in seipsum manus iniicit infligendo sibi vulnus inuisibile. Ecclesiast. 22. dicitur de peccato: Plagæ illius non est curatio: imò quod plus est, seipsum occidit. Sapient. 16. Homo per malitiam occidit animam suam. Ecclesiast. 22. dicitur de peccato: Dentes leonis dentes ipsius interficientis animas hominum. Peccatum dicitur mors animæ: quia à Deo separat qui est vita. Augustin. Vera mors est quam homines non timent: separatio animæ à Deo quæ est beata vita animarum, vel quia auferuntur utilitatem vitæ præteritæ & præsentis. Bern. super Cantic. Quam mitius me priuare ò amara mors vitæ vsu, quam fructu. Vita sine fructu, grauior mors. Denique duo mala parantur homini infructuose, securis & ignis. Quarta est, quod bona sua proicit. Osee 7. Proiecit Israel bonum. Qui cadit per mortale peccatum, omnia bona quæ vnquã fecit amittit. Bona quæ agit in statu illo vera bona non sunt: quia non sunt sibi necessaria, qui mortale peccatum committit, quasi ignem in propria domo ponit, qui omnia destruat. Luc. 10. tangitur de quibus stultitiis modò dictis, vbi legitur de illo qui incidit in

ones, qui despoliauerunt eū, & plagis impositis abierūt semi-
 natio relicto. ¶ Quinta est, q̄ se charissimè emptū à Deo, diabolo
 viliissimè vedit. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento re-
 depti estis, &c. sed pretioso sanguine Agni, &c. Pro. 10. Cor im-
 piōrū pro nihilo. Esa. 52. Gratis venundati estis. ¶ Sexta est, q̄ ab
 auctore omnium bonorum recedit: ideo non est mirum si malè
 sit ei. Aug. Tale bonum est Deus, vt nemini eū deserētī bene sit.
 Olee 7. Vā eis, quoniā recesserūt à me. Aug. in lib. Soliloquiorū:
 Deū relinquere, idē est quod perire. ¶ Septima, q̄ cū omnipoten-
 te guerram facere præsūmit: quā guerra citò finita esset, si mi-
 sericordia Dei permitteret, q̄ diabolus eum iugularet. Thre. 3.
 Misericordiā domini quia nō sumus consumpti. ¶ Octaua est, q̄
 ei seruit cuius gratiā acquirere nequit. Greg. Stultum est seruire
 diabolo offenso, qui nullo placatur obsequio. Quanto aliquis
 ei amplius seruerit, tanto amplius ipse eum torquet. ¶ Nona
 est, quod ipse sibi locū tormētī efficit. Affligitur enim peccator
 in corde suo. Hiere. 2. Scito & vide, quia malū & amarū est reli-
 quille te dominū Deum tuum. Qui peccat, quasi sarcinā super
 se ponit, qua in presentī grauetur, & in futuro in infernū præci-
 piteur. Aug. Quid est mors? depositio sarcinæ grauis: sed si alia
 sarcina nō porteretur, qua homo in gehēnam præcipitetur. ¶ De-
 cima est, quod ipse in inferno portam facit. Matt. 16. Porta in-
 feri nō præualebūt aduersus eam. Porta inferi dicūtur peccata
 mortalia: quia qui in eis decedunt, in puncto ad inferna descen-
 dunt. Job 21. Sicut qui ad portā est, propinquus est domui. ¶ Un-
 decima est, q̄ portā paradisi sibi obstruit, & regnū calorum mo-
 dico pretio vendit, similis Esau, qui pro lenticula vendidit ius
 primogenituræ suæ. Gen. 25. Bern. Vā vā, vapor est ad modicum
 patens, quod æternæ felicitatis aditū intercludit. ¶ Duodecima
 est, q̄ ad suspēdiū sciens & volens vadit: quis non reputer in-
 sanum eum qui requisitus quò vadat, & respondet, suspendere
 me vado: Sic nullus sapiens reputandus est, qui in mortali pec-
 cato est, cum singulis diebus vnā diētam magnam faciat ad
 infernale suspēdiū. Eccl. 6. Quid habet amplius stulto sapiēs,
 & quid pauper nisi vt pergat illuc vbi est vita? Hic discernit ve-
 re inter sapientes & stultos, quòd sapientes vadunt ad vitam
 æternam, stulti verò ad mortem æternam. De stultitiis singu-
 lorum peccatorum, require in tractatu de Vitiis.

*Tertia partis principalis de quatuor virtutibus car-
 dinalibus Tractatus III. De Temperantia.*

Dico de prudentia, quæ est inter cardinales virtutes, quæ
ordinet ceteras, & sit in vi rationali quæ videtur
nobilior concupiscibili & irascibili, quia ea discernit
homo ab animalibus brutis, dicendum est de aliis tribus. Et
modo de Temperantia & Fortitudine, quàm de Iustitia: quia temperan-
tia, & fortitudo ad iustitiã disponunt & præparant, sicut
pudicitas quæ temperantia refranat, & timor cui fortitudo
stir, iustitiã à suo officio impediunt. Et prius dicitur de Tem-
perantia, quàm de Fortitudine: quia temperantia animam
nat ad id quod est infra se, scilicet ad bona quæ corpori feruntur
fortitudo ad id quod est contra, scilicet aduerfa. Itē temperan-
tia regit homo seipsum, fortitudine & iustitia alios. Prius
& homini vtilius est regere se, quàm regere alios. Sene. si vis
tibi subiicere, subiice te rationi: multos enim reges, si
te rexerit. Itē temperantia refranat concupiscentiam animæ
ca bona modica & inferiora, fortitudo verò roborat eam
bona ardua. Illa spiritualem descensum animæ cohibet, illa
rituale ascensum promouet. Cohibitio verò à spirituali descen-
su est prior ascensu spirituali. Item temperantia est in concu-
piscibili: fortitudo verò in irascibili. Operatio verò concupiscibilis
naturaliter videtur esse prior, quàm operatio irascibilis. Vis
concupiscibilis est appetitiua boni delectabilis. Irascibilis est
petitiua boni ardui expediētis: vt est medicina vel scissura
fit propter salutē corporis. Bonū verò expediēs bonū est
dū quid bonū verò delectabile, bonū simpliciter, & propter
est bonū expediēs. Vnde appetitus boni delectabilis naturaliter
est prior appetitu boni expediētis, & est naturalis. Atque
de naturis animalium: Omnia naturaliter appetūt delectationem
Itē vis concupiscibilis motiua est, secundū apprehensionē
vis irascibilis secundū apprehensionē mali. Sicut enim per
apprehensionē boni expectati in concupiscibili fit motus cupiscentis,
& per eius adeptionē seu cōiunctionē fit quies, vel gaudium
anima: sic per apprehensionē mali quod aliquis opinatur subuen-
turū, est timor in irascibili: & per illationē mali quod præuen-
mebat, siue per ablationē boni quod concupiscebatur, fit percu-
tio vel ira in irascibili, & sequitur appetitus vindictæ. Vnde
Auiicēna, quæ vis concupiscibilis est imperās moueri, vt appropin-
quetur ad ea quæ sunt necessaria, aut vtilia appetitiu delectationis
ti. Irascibilis verò est vis imperās moueri ad repellendū id quod

putatur nocium, aut corrumpes appetitu vincendi. Vnde cum bonum prius naturaliter sit, quam malum: malum enim dicitur aliquid, secundum Aug. quod adimit bonum, vel nocet bono, operatio concupiscibilis quæ est secundum apprehensionem boni, prior est naturaliter, quam operatio irascibilis quæ est secundum apprehensionem mali. Præterea primus insultus à diabolo factus primis parentibus videtur fuisse contra temperantiã. Et in pugna Christi prima tentatio fuit contra virtutem temperantiæ. Prima etiã pars vitæ nostræ alluescit voluptatibus, quarum refrægnatio ad temperantiã pertinet. Propter istas causas merito temperantia fortitudini præponetur: & secundum hunc ordinem modo ostensum numeratur quatuor virtutes, super illud Matt. 23. Erant qui manducaverant, quatuor millia hominum. Gloss. quatuor, propter quatuor virtutes, quibus recte vivitur, prudentiam, temperantiã, fortitudinem & iustitiã. Eodem etiã ordine enumerantur Genes. 2. in glo. super illud, Qui dividitur in quatuor capita. De temperantiã verò hoc modo dicitur. Primò dicitur acceptiones huius nominis, Temperantia, assignabuntur. Secundo descriptiones eius ponentur. Tertio ea quæ pertinent ad eius commendationem. Quarto agitur de partibus temperantiæ.

De diversis acceptionibus huius nominis Temperantia. CAP. II.

Notandum quòd nomen temperantiæ tripliciter accipitur. Primo pro temperantia in generali, ad quam pertinet cetera circa omne opus virtutis, ne quid parum vel nimis fiat. Ad eam pertinet moderari opus virtutis illo modo de quo loquitur Horatius: Est modus in rebus, sunt certi denique fines: Quos ultra citraque nequit consistere rectum. Sic sumere videtur nomen temperantiæ Bernar. in lib. de consideratione: Temperantiã est, inquit, non solum iustitiæ, sed & fortitudini, & prudentiã, modum imponere. Secundo modo dicitur temperantia virtus animi imperus non rectos cohibens. Sic sumitur à Tullio in prima Rhetorica. Tertio dicitur temperantia virtus animam regens circa delectationes corporales, siue circa delectationes quinque sensuum. Gloss. super Matth. 15. Temperantia est refrægnatio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant. Et Aug. dicit temperantiã esse in coërcendis delectationibus pravis.

De descriptione Temperantiæ.

CAP. III.

Temperantia sic describitur à Tullio in prima Rhetorica: Temperantia est rationis in libidinem atque alios non rectos animi impetus firma & moderata dominatio. Libidinem hic intellige cupiditatẽ carnalis delectationis. Alios impetus animi

non rectos intellige, vt cupiditatem habendi, vel proximo cendi. His cupiditatibus ratio animi dominatur: non q̄ motus in eis non surgant, sed quia cum emergunt, non fit processus consensus. ¶ Et notandū quod secundū Tullium in lib. de Off. duplex est vis animæ, vna est ratio, altera est appetitus quæ animū rapit. Rationis est dominari, appetitus obtemperare. Tullius in lib. de Offic. sic describit temperantiā: Temperantiā est dominium rationis in libidinem, & in motus alios importunos. secundū Aug. verò in lib. de moribus ecclesiæ, Temperantiā est amor sese integrum Deo incorruptūque seruans. Secundū Macrobiū, Temperantiā est, nihil appetere p̄nitendum in moderationis legem excedere, sub iugo rationis cupiditatem domare. Item Aug. dicit in lib. de Libero arbitrio, quod temperantiā est affectio coercens & cohibens appetitū ab his quæ p̄ter appetuntur. ¶ Et notandum q̄ modus à quo moderatio dicitur, quadruplex est. Primus est, restrictio inordinati appetitus in vi concupiscibili, quæ prona est ad concupiscendū delectatione temporale: vel in vi irascibil, quæ impetuosa est ad repellendū nocium vel corruptens. Secundus cōsistit in priuatione quod est nimis & parum. Tertius in hoc quod opus debitis cūstantiis induatur: & huius tertij modi secundus modus est. Quartus modus est, à quo virtus modestiæ dicitur, quæ huius ponit tertiam partem temperantiæ. De quo infra dicetur.

De commendatione Temperantiæ.

CAP. IIII.

AD commendationem temperantiæ, primò facit quod homini honorem suū custodit. Honor hominis est libertas voluntatis quæ appreheso delectabili, potest illud velle non velle. Genes. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. In brutis est seruitus appetitus huic libertati opposita: apprehenso enim delectabili accenditur concupiscentia cordis, & non habent in potestate sua eam extinguere vel temperare. Qui virtutem temperantiæ habet, viuit vt homo, qui eam nō habent brutum. Hiero. Qui post carnem ambulant in ventre & libidine prona, quasi irrationabilia iumenta reputantur. In Psal. Hic cūdo, quod ipsa hominem spiritualiter circumcidit, & inter eos qui sunt de populo Dei, & qui non sunt, vere discernit. Secūdo lib. de quatuor virtutibus: Continentiā si diligis, circumcidet te perflua, & in arctum desideria cōstringe. Continentiā ubi est temperantiā. Iere. 4. Circumcidimini domino, & auferre putium cordiū vestrorum. Deut. 30. Circumcidet dominus De-

trus cor tuū, & cor seminis tui, vt diligas Dominū Deum tuum
 in toto corde tuo. Téperantia opprobriū Ægypti, scilicet mun-
 di superstitiū, aufert à populo Deo. Iosue 5. Hodie abstuli oppro-
 brium Ægypti à vobis. Ambr. Ipsa cauet ne quid nimis. Sapiēs:
 Id arbitror primo esse vtile in vita, Ne quid nimis. ¶ Tertio, q̄
 familiarē Deo reddit. Sap. 6. Incorruptio facit proximum Deo.
 Temperantiā est, vt amor Deo incorruptus atque integer cu-
 stodiatur. Secundum Aug. in lib. de moribus ecclesiā, Ipsa Deo
 seruat integrum cor, quod ipse specialiter requirit. Proverb. 23.
 Præbe fili mi, cor tuum mihi. Aug. 10. lib. Cōfē. Domine, per cō-
 tinentiā colligimur in vnū à quo in multa defleximus. Minus
 enim te amat qui tecū aliquid amat quod nō propter te amat.
 Ipsa assimilat hominē Deo, qui spiritus est, eum spiritualem fa-
 ciendo. Senec. in lib. de quatuor virtutibus cardin. de Cōtinen-
 tia. Desideria tua paruo redime: quia hoc tantū curare debes vt
 desinant, atq; ita quasi ad exēplar diuinū compositus à corpore
 ad spiritum quantum potes adducere. Ipsa filios Dei quasi abla-
 ctat, separando eos à solatio temporalium deliciarum: quod Deo
 valde gratum est. Gene. 27. Abraham in ablactatione Isaac fecit
 conuiuium magnum. Ipsa ad contemplationem Dei præparat.
 Aug. Temperantia est amor ab amore inferiori pulchritudinis
 nos remouens & eleuans ad superiorem. Item in libro Solilo-
 quiorum: Vnum est quod tibi possum præcipere: nihil nobis
 plus penitus esse fugiendum, quam ista sensibilia: cauendumq̄
 magnopere dum hoc corpus agimus, ne quo eorum visco pen-
 az nostræ impediatur, quibus integris atq; perfectis opus est,
 vt ad illā lucem ab his tenebris eualemus, quæ se nec ostendere
 quidē dignatur in hac cauea inclusis, nisi tales fuerint, vt ista vel
 extracta, vel dissoluta possint in auras suas euadere. Temperantiā
 Deo thronum eburneum præparat, significatum per thronum
 eburneum quem fecit rex Salomo. de quo 3. Regum 10. & 2. Pa-
 raliptom. 9. Ipsa etiam in domo eburnea cum delectat. In Psal. A
 domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filia regum in
 honore tuo. Ipsa Dei tabernaculum sanctificat. Psal. Sanctificauit
 tabernaculum suum Altissimus. Et vt vno verbo dicamus, adeo
 placet, quod sine ipsa nullus Deo placere potest. ad Rom. 8. Qui
 in carne sunt, Deo placere nō possunt. ¶ Quarto, quod ipsa fræ-
 num est quo corpus humanum à spiritu regitur. Sine quo spiri-
 tus corpori periculose præsidet: sicut aliquis periculose insidet
 equo sine fræno, si equus sit indomitus, & aqua vel aliud peri-
 culum sit propinquū. De hoc fræno Seneca dicit: Impone cōcu-

pifcentiæ tuæ fr̄nũ. ¶ Quintò, quòd ipfa diabolũ offendit mul-
 tum, ficut oppositum eum gaudere facit. Ecclefia. 18. Post coc-
 cupifcẽtias tuas nõ eas, & à volũtate tua auertere. Si enim pro-
 ftes animã tuã cõcupifcẽtias eius, faciet te gaudium inimico-
 tois. Temperantia diabolũ in arido ponit, vbi non habet re-
 quietem. Matthæi 12. Cũ immũdus fpiritus exierit ab homine,
 ambulat per loca arida quærens quietem, & non inuenit. In-
 perantia verò diabolo locum quietis parat, fcilicet humidum.
 Vnde Iob 40. dicitur. Dormite in locis humentibus. Temperan-
 tia liberat ab hofte qui diu hominẽ poffedit, fcilicet à volup-
 tate cui à cunabulis afueuit. Sapiens. Vfus agrẽ dedifcitur. Iden-
 Difficile eft repellere paffionẽ vitæ contemporaneam. Tẽp-
 rãtia hofte cauet, cuius ingreffus pacificus videtur: fcilicet ve-
 lupratem blandientem. Seneca: Voluprates inter res viliffimas
 præcipuẽ extirpa, quæ more latronũ ad hoc nos amplectun-
 tur vt rugulã. Ipfa in prosperis custodit vbi maius periculũ e-
 Greg. Cũ omnis fortuna timenda fit, magis proſpera timen-
 da eſt quàm aduerſa. Hæc enim ſæuiedo crudis, illa blãdimento
 ſeducit. Ipfa vitia carnalia quæ maioris ſunt infamie extinguit.
 ¶ Sextò, quòd ipfa eſt ſtola prima. Luca 16. Proferre citò ſtolam
 primam. Ipfa eſt veſtis de byſſo. Prou. vii. Byſſus & purpura
 dumentum eius. Ipfa cãdor eſt quali materialis reſpectu aliarũ
 gratiarum. Ipfa eſt principium ſpiritualis pulchritudinis, quæ
 conſiſtit in candore & rubore. Cant. 5. Dilectus meus candidus
 & rubicundus. 1. Cor. 15. Qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Cũ
 primò, quòd vas corporis lyneetũm cuſtõdit. Sapiens: Syno-
 rum niſi vas quodeunque infundis aceſcit. Theſſa. 4. Hæc eſt
 volũtas Dei, ſanctificatio veſtra &c. vt ſciat vniuſquiſque v-
 vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. Ipfa honellus
 prouidet illi parti hominis quæ magis ea indiget, fcilicet carni.
 ¶ Octauò, quòd hominem munit ea parte quã infirmior eſt, ſci-
 licet ex parte carnis. Matthæi 26. Spiritus quidem promptus eſt,
 caro autẽ infirmã. Ipfa etiam à deceptione hoſtis familiaris
 ſtõdit. Boët. Nullã verò peſtis efficacior ad nocendum, quàm
 miliaris inimicus. Et vt vno verbo comprehendamus, nõ eſt ali-
 gna ponderatio continentis animæ, id eſt, temperatæ. Eccleſia.
 Quod vocamus cõmuniter tẽperantiam, vocat Sen. cõtinentiam.
 Tẽperantia turpitudinẽ fugit, & ſic munditiã ſeruãt. Sen. Si
 tinentiã diligis, turpiã fugito antequam veniãt, nec quẽquam
 aliũ vereberis plus quàm te. omnia tolerabilia præter turpitudi-
 nem crede. Ipfa decorem prouidet motibus noſtris. Sen. Si cõ-
 tinentiam

inens es, & animi tui & corporis motus obserua ne indecori
fuit. Nec ideo illos contempnas quia latent: nam nihil differt, si
nemo videat, dum tu illos videas.

*De partibus Temperantie secundum Tullium. Et de prima eius par-
te, scilicet continentia: & de duodecim quæ nobis dissuadent inor-
dinatum amorem voluptatum.*

CAP. V.

Notandū quod secundū Tullium in prima Rhetorica, Té-
perantia tres habet partes. Prima vocatur ab eo Cōtinētia,
secūda Clemētia, tertia Modēstia. Prima videtur regere animū
quantū ad appetitum boni. Secunda, quantum ad appetitū alic-
ui mali. Tertia, quantū ad exteriora horum indicia. Cōtinētia,
ut ait Tull. est per quā cupiditas cōsiliij gubernatione regitur.
Cōtinētia verō sic sumpta videtur posse diuidi sicut cupiditas,
quæ ipsa refrænatur. diuiditur: & quæ habet duas species, scilicet
inordinatum appetitum delectandi, & inordinatū appetitū ha-
bendi. Sic cōtinētia videtur habere duas partes: vnā quæ refrē-
nat appetitū voluptatū, & aliā quæ refrænatur appetitum diuitia-
rū. Ad quod videtur pertinere quod dicit gl. super illud Luc. 6.
Beati pauperes. Ecce tēperantia, temperantiam vocat paupertatem
spiritus, quæ refrænatur appetitum diuitiarum. Has duas par-
tes continentia tangit Seneca, dicens: Hac mediocritatis linea
cōtinētia obseruabis, vt nec voluptati deditus, prodigus & luxu-
riolos appareas, nec auara tenacitate sordidus aut obscurus exi-
stas. Circa illā partē cōtinētia quæ appetitum voluptatum re-
frænatur, notandū quod duodecim sunt quæ nobis dissuadent inor-
dinatum amorem voluptatū. ¶ Primū est, locus in quo sumus. Au-
gustinus: In valle miserie sumus, vbi eō magis sedū quo minus
bemus. Idē: Nescimus quo sine claudimur in hoc exilio: nō eie-
cit Deus hominem, vt hic faceret alium paradysum. ¶ Secundū
est, tempus in quo sumus. Bern. Vniuersum tempus pœnitentiæ
vigilia quædā est solēnitatis magnæ, & æterni sabbathi quæ præ-
stolamur. Vigilia non est tēpus deliciarū, sed festū. ¶ Tertium
est, exemplum Christi & sanctorum. Ber. Christus qui nō falli-
tur, elegit quod carni molestius est: id ergo meli⁹, id vtilius, id
magis eligendum, & quisquis aliud docet, vel suadet, ab eo tan-
quā a seductore cauendū est. 2. ad Cor. 11. In fame, & siti, in ieiū-
niis multis. ¶ Quartū est exemplū eorum quibus amor volupta-
tum nocuit: vt exemplum matris Euæ, de qua Gene. 3. Vidit mu-
lier quod bonū esset lignum ad vescendū, &c. & tulit, & comē-
dit. Exēplum Salomonis, de quo Ecclesiast. 20. Nō prohibui cor
meū quin omni voluptate frueretur: propter quod infatuatus

est. 3. Reg. 3. Quintum est periculum in acquirendo, sumptus
deliciarum multoties enim acquiruntur, vel per mortē propriam
vel per mortem alterius. Noluit Dauid bibere aquam quā
attulerāt tres fortes: sed libavit eam Domino, dicens: Propitius
sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinē hominum
rum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Melius
esset sine periculo tantū panē & aquam sumere, quā cum pe-
riculo delicias habere. 2. Machabeor. 5. Judas secesserat in de-
tum locū, ibique inter feras cū suis vitam in montibus agebat
& scēni cibo vescētes demorabātur ne participes fierent con-
quinationis. ¶ Sextum est, labor qui est in præparando. Epicurus
voluptatis assertor omnes libros suos implevit oleis &
mīs & cibis vilibus, dicēs his esse viuendū: quia carnes & ex-
ta epulæ ingenti cura ac miseria præparētur: maioremque pe-
nam habent in inquirendo, quā voluptatē in abutendo. ¶ Septimū
est, voluptatum breuitas. Senec. Voluptas est brevis, sed
dit obiecta: quo avidius hausta est, citius in contrariū recitat.
¶ Octauum est, earum indignitas. Senec. In voluptate nihil
magnificum, aut quod naturam proximam Deo deceat. Nō
animi virilis, sed puerilis, voluptates carnales amare. Ideo
significatur in Scriptura sacra carnalis voluptas, quod est
puerorum: non decet in ætate virili vel senili à mammillis
sugere. Genes. 18. Postquam consenui, voluptati operam
¶ Nonum est penuria fratrum nostrorū & filiorū Dei. Non
debet Christianum delicias querere, cum sciāt Christū in tot
tribus suis necessaria nō habere. ad Hebræos 11. Fide Moyses
dis factus negavit se esse filium filix Pharaonis, magis eligens
affigi cum populo Dei quā temporalis peccati habere
diratē. Iniqua est partitio, quod inter filios Dei alij super
habeant, alij necessariis indigeant. Bern. Clamant nudi, clama-
serabiler laborantibus, quid conferūt tot muratoria, vel
sa in perticis, vel plicata in manicis: nostrū est quod effundit
nobis crudeliter subtrahitur quod inutiliter expenditis. Ideo
Inueniunt otiosi quo delectentur, & non inueniunt miseri
sustententur. ¶ Decimum est, voluptatū impuritas: habet enim
multam amaritudinem annexam. Rectē Deus congregatio-
a quarum appellauit maria. Genes. 1. Multitudini enim dele-
tionum est annexa multitudo amaritudinum. Boët. Dulcedo
licitatis humanę multis amaritudinibus resperfa est. Job 30.
se sub sentibus delicias reputabā. Eccl. 7. Inueni amariore

te mulierem. Hæc est, voluptas carnis animam separas à Deo: & ideo amarior est morte corporis quæ corp^o ab anima separat. Cùm enim Deus melior sit anima, separatio eius erit deterior. ¶ Undecimum est, voluptatum vanitas. Eccl. 11. Adolescentia & voluptas vana sunt. Vanum est quod nõ confert plenitudinem continenti. Hier. Voluptas habita, famem, non facietatem parit. Eccl. 1. Nõ saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Io. 3. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Aug. Anima humana delectationis avida, ex quo recessit ab vnitare, cùm rerum qualitate non possit, rerum varietate satiari desiderat. Eccl. 20. Dixi in corde meo: Vadã, & affluã deliciis, & fruatur bonis, & vidi quod hoc quoque esset vanitas. ¶ Duodecimum est, eorum noxiteras. Nocent autem homini multipliciter. ¶ Primò, quod multoties sunt corpori occasio mortis vel infirmitatis. Senec. Voluptatibus maior pars corporũ perit. Idem: Corpus suggerit vanas voluptates, breues, pœnitẽdas, ac nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Idem: Ipsæ voluptates in tormenta vertuntur. ¶ Secundò, quia hominem in seruitutem ponunt. Senec. Voluptatibus se immergunt, quibus in consuetudine adductis carere nõ possunt: & ob hoc miserrimi sunt, quod experuerunt, quod illis quæ sunt superuacua, facta sunt necessaria. Voluptas a manibus se quinque iuga supraponit, scilicet consuetudines delectationum, quæ sunt secundũ quinque sensus. L. 14. Iuga bouum emi quinque. ¶ Tertio, in hoc quod corpus spiritui contumax reddit. Prou. 29. Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Voluptas carni concupiscenti aduersus spiritum in adiutorium fit: vnde multoties spiritus succumbit. Ber. Si concupiscentia cœperit habere irritamenta, fiunt duo contra vnum, & periclitatur conscientia. ¶ Quarto, quia licet videatur esse medicamentum: tamen facit ad infirmitatis augmẽtum. Gre. in Moral. Ipsum medicamentum in vulnus vertitur: quia exquisito remedio, paulo citius inhaeretur, ex eo grauius deficimus, quod prouide ad resolutionem paramus. ¶ Quintò, quia multum à salute impedit. Ipsa est quasi forte glutinum. Lib. 14. Vxorem duxi, & ideo nõ possum venire: hæc est voluptas carnis. ¶ Sextò, obliuionem inducit. Eccl. 5. Non satis recordabitur dierum vitæ suæ, eò quod Deus occupet deliciis cor eius. ¶ Septimò, hominem à sapiẽtia impedit. Job 38. Sapiẽtia non inuenitur in terra suauiter viuẽtium. ¶ Octauò, sterilitatem bonorum operum inducit. Esa. 47. Et nunc audi hæc delicata. Et paulò post: Venient tibi hæc due

subito in die vna, sterilitas, & viduitas. Ipsa hominē quasi paralyticum efficit. Iere. 31. Vsq̄quo dissolueris deliciis filia vage. Deute. 28. Tenera mulier, & delicata, quę super terram ingreditur non valebat, ipsa virilitatem aufert. Esa. 19. Erit Aegyptus quasi mulieres. Ipsa fluuius est in quo Pharaō infernalis mactulos proiici. Exo. 1. Ipsa est aqua Aegyptiis in sanguinem verſa. Esa. 7. ¶ Nonō hominem loquacē facit. Ipsa est fluuius ranas eliciens. Exo. 8. ¶ Decimō, reddit hominem impatientem, ut patet in epulone Euangelico. Luc. 16. Amos. 6. Bibentes vinum phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph. ¶ Vndecimō, melioribus diuitiis privat licet spiritualibus. Ber. Delicata est diuina consolatio: & non rur admittentibus alienam. Columba aquam refugit: aqua licet carnalis voluptatis. Gene. 8. Ber. loquens de illo verbo: si ego abiero, paraclētus non veniet. Io. 17. Quis, inquit, aude de cetero carnis illecebris fantastiis deditus paraclētum expectare. ¶ Duodecimō, in pœnā aternā cōmutatur. Apo. 18. Quis glorificauit se, & in deliciis fuit, tātum date illi tormentum & luctum. Aquę inferiores in mare mortuum descendūt. Ier. 3. Voluptates enim temporales ad amaritudinem aternam cōducunt. Multa quę valent ad refrenandum amorē diuitiarū, inuenies in tract. de Auaritia. De paupertate etiā spiritus quę amor diuitiarū refrenat, dicitur in tractatu de Beatitudinib⁹. c. 22. quę pertinet ad resignationē huius amoris pretermittimus.

De descriptione Clementiæ. Et quod principi sit maximē necessaria, quot sint etiam quę possint incitare principem ad clementiam.

CAP. VI.

Clementia est virtus per quā animus in odiū alicuius temperē cōcitus benignitate retinetur. De his quę valent ad refrenandū odium, multa inuenies in tractatu de Ira. secundū Senecam. Clemētia est tēperantia animi in potestate vlciscēdi, vbi lenitas superioris aduersus inferiore in pœnis constituēdis. Et attendū, q̄ licet clemētia necessaria sit omnib⁹, maximē tamē principibus. Vnde Dominus, primū principē populi sui Moysen constituit, qui erat vir mitissimus super omnes homines qui morabatur in terra. Num. 12. & 3. Reg. 20. legitur: Audiuius, q̄ regnum Israel clemētes sunt. Hester 17. Volui potētes nequaquam abuti magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subditos. Et Esa. 16. Emitte agnū Domine dominatorē terrę. Et Christo legitur Matt. 21. Ecce rex tu⁹ venit tibi māfuet⁹. Et ceterus vocabitur lex clemētiæ. Prou. vlt. in signum etiā clemētiæ.

unguunt reges Christiani & ecclesiæ prælati. Sen. Nullum
 ex omnibus clementia magis quam regē aut principem decet.
 Item: Clementia efficit ut inter regem tyrannumque discrimen
 sit, id est differentia. ¶ Item notandum quod clementiæ virtus
 mediocritatem servat in parcendo & in ulciscendo. Senec. Tam
 omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Modum tenere
 debemus: sed quia difficile temperamentum est, quicquid plus
 quo futurum est in partem humaniorem præponderet. In arcu
 erat virga Aaron cum manna. Ad Hebr. 9. Ille enim qui præest,
 quandoque debet parcere, quandoque ultionem sumere. ¶ Virga
 autem extensa signum erat clementiæ. Hester 8. Ad clementiã
 pertinet maxime temperantia in ultione propriarum iniuriarum.
 Sen. Quemadmodum magni animi non est qui de alieno libe-
 ratis est, sed ille qui quod alteri donat, sibi detrahit: ita clemẽtẽ
 neco non de alieno dolore facile, sed cum qui cum suis stimulis
 irascitur, non profliit, qui intelligit magni animi esse iniurias
 summa patientia pati, nec quicquam esse gloriosius principe
 impune læso. Ultimo duas res præstare solet: aut solatiũ affert
 ut qui accepit iniuriã, aut in reliquũ securitatẽ. Principis maior
 est fortuna, quam solatio egeat, manifestiorque vis quam ut alicui
 malo sibi vitium opinionẽ quarat. Hoc dico, cum ab inferioribus
 peius violatusque est: clementia principem servat, ne impatiẽtia
 vel aliqua alia inordinata affectione ultionem præcipitet. Tul-
 lius in li. de offic. Optandum est ut qui præ sunt reipublicæ, legum
 similes sint, quæ ad puniendũ non iracundiã, sed æquitate ducuntur.
 Ad principem verò clemẽtem pertinet illud verbũ Sen. In hac
 vita facultate rerum non ira me ad iniqua supplicia cõpulit, non iu-
 venilis impetus, non temeritas hominum & cõtumacia, quæ saepe
 in nullissimis quoque pectoribus paciẽtiã extorsit. Clemẽtia est
 causas parcendi querere. Sen. Alterius etate prima mors sum, alte-
 rius vitima: quoties nullã inveni misericordiẽ causam, mihi pe-
 peti. ¶ Itẽ notandũ, quod 12. sunt quæ possunt valere ad incitandũ
 principes ad clemẽtiã. ¶ Primũ est, exemplũ excelsi principis, scilicet
 Dei, de quo Ioel. 2. legitur, quod ipse benignus & misericors est,
 & prestabilis super malitiã. Et Sap. 12. Pareis omnibus, quoniã
 tua sunt. Sen. Si Deus placabilis est, & delicta potest non statim
 fulminibus persequitur: quãto equius est hominẽ hominibus præ-
 positũ, miti animo exercere imperiũ? ¶ Secũdũ est exemplũ crea-
 turarum inferiorum, ut exemplũ quod ponit Sen. de rege apum: Ira
 cundissima, inquit, ac pro captu corporis pugnacissima sunt
 apes, & aculeum in vulnera relinquunt. Rex ipse sine aculeo est.
 Noluit

Noluit ipsum natura nec sauum esse, nec vltione magno
 turā petere, telumq; detraxit, & irā eius inermē reliquit. Ex
 plar hominib⁹ regibus ingēs. Pudeat ab exiguis animalibus
 trahere mores, quū tanto moderatior hominū animus esse
 beat, quāto vehementius nocet. ¶ Tertiū est naturalis nobilitas
 animorū qui regēdi sunt. Sen. Remissius imperanti melius
 tur: cōtumax est animus humanus, & contrariū atque arduū
 tēs, faciliusq; sequitur quā ducitur. ¶ Quartū est, quōd clemē
 naturæ humanæ cōgruit: crudelitas verò videtur esse cōtra
 turā humanam & quasi bestialis. Sen. Quid istud delectari
 catenarū quocunq; ventū est multū sanguinis fundere, alpe
 suo terrere & fugare? quæ alia vita esset, si leones vrsq; rep
 rēt, si serpentibus in nos ac noxiosissimo animali cuiq; dante
 potestas: ipsa rationis inexperta natura abstinet tuis; & tunc
 inter feras similitudo morū est. Arist. in li. de natura animal
 cit q; nō est auū vnus speciei vt se comedāt. Sen. Ferina rati
 est sanguine gaudere ac vulneribus, ac abiecto homine in
 stre animal trāsire. ¶ Quintū est humani sanguinis pretio
 quo parcissimē vtēdū est. Sen. in epist. Clemētia sanguinis
 tanquā suo parcat, & scit homini non esse homine prodig
 dum. Itē. vtens verbis quæ cōpetunt clemēti principi, Cō
 inquit, imō strictum apud me ferrum est: summa parsimō
 etiā vilissimi sanguinis. Vtinā gladius spiritualis ecclesie
 ctus esset, & vsus ei⁹ parcus. Et subdit Sen. Seueritatē abdi
 clemētiā in procinctu habeo. Greg. Nazianzenus ad Imper
 rē: A christo tibi in homines vita & venia, potestas mortis
 dultā est, & gladius tibi datus est, nō tam vt opereris quā
 mineris, quā eriam depositū quoddā incruentū & impol
 restituas commendanti. ¶ Sextum est, finis propter quem
 cōpēs sunt constituti: vt scilicet medeātur generi humano.
 dicebat Sen. quōd non minus turpia sunt principi multa
 plicia, quā medico multa funera. 2. ad Cor. 10. Potestāte
 nobis Deus in ædificationem, & nō in destructionem vestre
 Idē: Sapiens multa remittet, multos parum sani, sed sanā
 ingenij seruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantū
 rectas procerasq; arbores colunt, sed illis quoq; quas alio
 deprauauit causa, ad minicula quibus regantur applicant
 circuncidūt, quosdam infirmas vitio loci, nutritur: videbit
 ingeniū, quā ratione tractādū sit. Idē: Princeps alios ex cū
 suis, quia viles boniq; sunt, libens videat: alios in numero
 linquat, quosdā esse gaudeat, quosdā esse pariat. ¶ Septimū

est, quod oppositū clemētia, scilicet crudelitas, hostes multipli-
 cat. Sen. in li. de clemētia: Voluntas oportet ante saviendi, quā
 causa deficiat. Alioquin quē ad modū præcisæ arbores plurimis
 ramis repullulāt, & multa satorū genera vt dēsiora surgāt reci-
 duntur: ita regia crudelitas auget inimicorū numerū tollendo:
 parentes enim liberiq; eorū qui interfecti sunt, & propinqui &
 amici in locū singulorū succedūt. ¶ Octauū est quod crudelitas
 audaciam maleficiēdi dat. Sen. Temperatus timor cohibet ani-
 mos: assiduus vero & acer & extrema admonens, in audaciā ia-
 cētēs excitat, & omnia experiri suadet. Acerrima virtus est quā
 vltima necessitas extendit. Idē: Videbis sæpe cōmitti, quia sæpe
 vindicatur. Idē: Sūma prudētia, summi viri & rerū naturæ peri-
 tissimi maluerunt velut incredibile scelus & vltra audaciā po-
 tētē præterire, quā dum vindicāt ostendere fieri posse. ¶ No-
 nū est, quod clemētia principi securitatē dat. Sen. Errat si quis
 existimat ibi tutum esse regē, vbi à rege nihil tutum est. Securi-
 tas securitate mutua pascenda est. Non est opus latera mōtium
 calcindere, multiplicibus se muris turribusq; sepire, saluū regē
 clemētia in aperto præstabit, vnū est inexpugnabile munimē-
 tum, amor ciuium. Prou. 11. Clemētia præparabit vitam, & se-
 cūto malorum mortem. ¶ Decimum est, quod clemētia re-
 gem roborat. Prouer. 20. Misericordia & veritas custodiunt
 regem, & roboratur clemētia thronus eius. ¶ Undecimum est,
 quod bonitatem & principis & populi consummat. Prouer. 16.
 Clemētia regis quasi imber serotinus. Sicut imper tempora-
 neus est ad germinationem: sic serotinus est ad maturationem.
 Temporaneus inchoat quod serotinus consummat. Sic clemē-
 tia regis beneficia est his qui malè se habent quod est consum-
 matæ bonitatis, & facit vt populus vitam suam bene consum-
 met. Multi enim bene finiunt vitā suā, qui malè finiissent, ni-
 si clemēter cum eis actum fuisset. ¶ Duodecimū est, quod cle-
 mētia facit vt princeps temporalis in futuro iudicē vniuersa-
 lem clemētem inueniat, secundū illud Luca 6. In qua mensura
 mensi fueritis, remetietur vobis. Ad illud potest referri illud
 Prouerb. 11. prius positum: Clemētia præparabit vitam.

De modestia.

CAP. VII.

Tullius in primo Rhetoric. Modestiā sic depingit: Modestia
 est, per quā pudor honestatis purā & stabile cōparat autho-
 ritatē. Et innuitur in hac descriptione causa & effectus mode-
 stia. Pudor enim qui est timor turpitudinis vel fuga rei inde-
 cētis, declinādo indecētiā in exterioribus efficit ordinationem

extcr

exteriorē que modesta est: & sic cōparatur authoritas seu
 uitas pura nō habēs admisionem sui cōtrarij, scilicet uolūtatē
 & stabilitatis: nō enim est momentanea, sed pmanēs. Et motus
 q̄ ordinatio interior, quæ est cū ratio præest & appetit⁹ ob
 rat, causa est exterioris ordinationis: inordinatio uero interior
 quæ est cū appetit⁹ nō subest, rationi, causa est exterioris in
 ordinationis. Vnde quū animus est iratus, aut metu cōmōtus
 nimis voluptatē appetēs, exteriora mutātur, cor accensum
 multis ire palpitāt, corp⁹ tremīt, lingua præpeditur, facies
 seuit. Vnde uerū est illud Poëtē: Deprendas animi tormenta
 rentis in agro Corpore, deprendas si gaudia sumit utriūque
 de habitu facies. Ordinatio uel inordinatio exterior figurat
 interioris. Eccl. 19. Amictus corporis, & risus dētū, & ingre
 hominis enūtiāt de eo. Grē. in Pastoralib. Intus est cultodina
 cōposita seruat exterius mēbra. Qui ergo statū mētis per
 foris in inconstantiā motionis suū, atque exteriori mobilitate
 indicat, q̄ nulla interiori radice subsistat. Notādū quōd modestia
 quo modestia dicitur, est tenerē decorē. Ex est decor iste
 ctu aspectus hominū. Ad cognoscēdum uero aliquid decorē
 nō, attendēdū est an sit naturę cōsentaneū, & an sit personę
 gnū quæ hoc agit, uel cū qua agit. Attendēdū est etiā ad
 gruentiā tēporis uel loci. Decorū est in homine, quod est
 sentaneū naturę excellenti hominis, & est indecens in homine
 aliquid quod nō esset indecēs in bruto. Itē aliquid est indecens
 in persona prælati, quod non esset indecens in persona p
 Aliquid etiā indecēs est, quia deest cōgruentia tēporis, sicut
 illud Eccl. 20. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim
 eit eā in tēpore suo. Et ponit exēplum Tullius de duobus
 legis seu conuicijs, scilicet Pericle & Sophocle, corā quibus
 sedētib⁹ pro tribunali quū trāsiret quidā iuuenis pulcher
 xit Sophocles socio suo, O puerū pulchrū. Cui Pericles: Præ
 decet habere nō solū manus, sed & oculos cōtinētes. Si Sop
 cles uerbū prædictū in Athletarū probatione dixisset, iusta
 hensione caruisset. Tullius: Vitiosum est derisorie delicatū
 ferre sermonē. Ratione etiā loci aliquid indecens est: ut in
 cro loco sit aliquid indecēter quod alibi fieret decēter. Not
 notādum quōd modestia indecentiam cauēt in uerbo, in
 motu corporis, in mēbrorū situ, in habitu uel cultu in occa
 sione uel actu. De indecentia in uerbo, risu, & motu, tangit
 in libr. de quatuor Virtutibus, dicens: A uerbis turpibus ab
 neto: quia licentia eorum imprudentiam nutrit. Sermones

les mag
 obsecun
 sine det
 nius est
 ctus. Od
 malign
 iocos ex
 ralis, sed
 sine uilit
 tumulu
 tū curio
 bratione
 errori fa
 requiren
 g a exec
 us ipse, se
 asperans.
 nimia ec
 morus ob
 ris uel sit
 cū uatē
 bus oculi
 suis cōm
 filiarum
 Prou. 6. d
 gito loqu
 primū de
 aduersus
 bēdus est
 tur munc
 pait mod
 Senec. No
 lieres ora
 nantes se
 ad quid
 est corpo
 sed studi
 tepugnā
 dum est
 uel corpo
 bent eni

les magis quam facetos & affabiles ama, rectos potius quam obsecundantes: miscbis interdum seriis iocos, sed temperatos & sine detrimento dignationis & verecundie. Nam reprehensibilis risus est, si immoderatus, si pueriliter effusus, si muliebriter factus. Odibilem hominem facit risus, aut superbus & elatus aut malignus & furtiuus, aut alienis malis euocatus. Si ergo tempus iocos exigit, hos cum dignitate sapientie gere: non erit tibi stertilis, sed grata urbanitas. Urbanitas tua sine dente sit, ioci tui sine vilitate, risus sine cachinno, vox sine clamore, incessus sine tumultu, quies tibi non desidia erit. Idem in eodem: Non sis alioquin curiosus scrutator, neque acerbus reprehensor, sed sine exprobratione corrector, ita ut admonitione hilaritate praeuenias, & errori facile veniam dato, nec extollas quenquam, nec deiicias: requirenti facile responde, contendenti facile cede, nec in iurgia execrationesque discedas. Idem in eodem: Rari sermonis sis ipse, sed loquentium patiens: seuerus ac serius, sed hilari non asperans. Circa motum corporis cauenda est nimia tarditas & nimia celeritas. Senec. Si continens es, & animi tui & corporis motus obsecrua, ne indecori sint. De indecentia in motu corporis vel situ membrorum, tangitur Esaiæ 3. Pro eo, inquit, quod deuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decaluaabit Deus verticem filiarum Sion. Ezech. 24. Lateribus & humeris impingebatis. Prou. 6. dicitur de homine apostata: Annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Et in eodem dicitur: Sex sunt quae odit Deus, & septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes. Iob 15. Currit aduersus Deum erecto collo. In habitu vel cultu iste modus habendus est, ut vitetur agrestis & inhumana negligentia, & habeatur munditia, non tamen nisi exquisita. Hier. Ornatus & sordes pari modo fugienda: quia alterum delicias: alterum gloriam redoler. Senec. Non splendeat toga, nec sordeat. 1. ad Tim. 2. Volo mulieres orare in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se. In occupatione vero attendendum est ad naturam: ad quid scilicet aliquis a natura sit dispositus. Qui enim debilis est corpore, & ingeniosus, & viuacis memoriae, non militiam, sed studium literarum sectari debet. Fatuum enim est naturam repugnare, & illud sequi quod non possit assequi. Attendendum est etiam ad aetatem. Aetas enim adolescentiae labore animi vel corporis est exercenda, & authoritati senum subiicenda. Debent enim adolescentes senes vereri, consilio eorum regi, &

exemp

exemplo informari. Senibus verò labores corporis videtur esse minuendi. Animus verò his exercendus est, consilio debent alim iuuare, & exempla imitatione digna eis ministrare. Priuata personæ est pari iure cum ciuibus viuere: prælari verò est æstimare se gerere personam ciuitatis. retinere decus, seruare leges.

De partibus Temperantia prout ipsa est virtus regens animam circa delectationes sensuum, & de ordine dicendorum de eis. CAP. VIII.

DICTO de partibus temperantiæ secundum Tullium, dicitur dum est de partibus temperantiæ prout temperantia virtus est regens animam circa delectationes sensuum. Notandum ergo quòd illæ partes temperantiæ quæ regunt animam circa delectationes quæ sunt secundum gustum & tactum, satis sunt notæ & nominatæ, quæ sunt sobrietas & continentia. Illæ autem partes quæ pertinet ad delectationes quæ sunt secundum visum & auditum & olfactum non sunt ita notæ nec habent specia nomina. Et potest esse in causa vtilitas dictarum virtutum: quia de sensus, scilicet gustus & tactus pertinent ad esse: tres alij pertinent ad bene esse. Mediante gustu assumitur quod per vim nutritiuam corpori vnitur: & sic cõseruatur esse indiuidui. Vnde prout est ad cõseruandum esse indiuidui. Mediante verò tactu vim generatiuam transfunditur quod erat in vno corpore in aliud corpus: & sic fit multiplicatio indiuiduorum, & saluatur species in multis indiuiduis, quæ non posset saluari in vno indiuiduo si corruptibile. Itæ tactus & gustus sunt principales sensus, alij verò tres sunt ordinati ad illos. Visu enim & auditu & olfactu nutrimentum à lōge agnoscitur, quæ gustu de prope agnoscitur. Vnde dicitur in lib. de natura animalium, quòd autem visus acutus est acuti visus, quoniam indiget vt cibum suum videat à motis. Visu etiã, auditu, & olfactu agnoscitur de longe delictiuum corporis, vel delectabile secundum tactum quod de prope tactu decernitur. Prius vidit mulier quòd bonum lignum ad vescendum, quàm de illo gustaret. Gen. 4. & prius vidit Dauid mulierem lauandem se ex aduerso, quàm adulterium eam committeret. 2. Reg. 11. Item sicut dicitur in lib. de natura animalium, sensus tactus in homine subtilis est plus quam alij sensus, & post ipsum gustus. Ceteri sensus in homine hebetiores, quam in aliis animalibus. Idẽ dicitur in codẽ libro quòd sensus visus in omnibus animalibus est supra auditum sub his olfactus. Tactus & gustus operantur secundum propequitatem obiecti, alij, secundum distantiã. Vnde delectationes quæ sunt secundum tactum & gustum, maiores sunt, quam

quæ sunt secundum alios tres sensus. Et pronitas ad operationes & delectationes, secundum illos duos sensus, maior est quam secundum alios tres. Et vitia quæ sunt circa operationes & delectationes illorū duorū sensuū magis sunt periculosa: ideo virtutes quæ sunt contra illa vitia, magis sunt necessariae & magis notæ, & habet specialia nomina. Inter virtutes verò pertinentes ad delectationes quinque sensuū, Primò prosequemur de sobrietate. Secundò de continentia. Tertio tangemus de illa temperantia quæ est circa delectationes aliorum trium sensuum.

De ordine dicendorum de Sobrietate. De diuersis acceptionibus huius nominis Sobrietas. De eius commendatione ac officio. CAP. IX.

Circa Sobrietatem verò primo distinguemus diuersas acceptiones huius nominis Sobrietas. Secundò ponemus ea quæ pertinent ad eius commendationem. Tertio tangemus de officio ipsius. Circa primū notandū quod nomen sobrietatis quadrupliciter sumitur in Sacris. Quādoq; enim sumitur large pro temperantia, quæ est vna quatuor cardinaliū virtutū; vt Sap. 8. Sobrietate, ait, & prudentiā docet, &c. ad Titū 2. Sobriè, & iustè, & p̄, &c. ¶ Secundò sumitur pro temperantia quæ est generalis: vt ad Tit. 2. Iuuenes hortare, vt sobrii sint. Glof. in omnibus. ¶ Tertio sumitur pro temperantia quæ est circa potū & cibū, vt ad Tit. 2. Adolescentulas, vt viros suos amēt, filios suos diligant, prudentes, castas sobrias. Glo. in cibo & potu. ¶ Quarto sumitur sobrietas pro temperantia circa potū tantum, & sic ebrietas est ei opposita. Sic sumitur Eccles. 31. Aequa vita hominibus, vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius. Tertio modo sobrietas hic sumitur, scilicet pro temperantia circa cibum & potum, & circa delectationes quæ sunt secundum gustum.

¶ De commendatione Sobrietatis.

Ad commendationē verò huius virtutis notandū, quod sobrietate suadet nobis natura, scriptura, vniuersa creatura. ¶ Natura, modicitate oris humani suadet nobis mediocritatē in sumptione cibi & potus. Homo enim in cōparatione sui corporis parui oris est: vt dicit Arist. in lib. de natura animalū. Oris verò modicitate suadet nobis natura charitatē in sumēdo cibū & potum: vnicū enim os habem⁹, cū duos oculos, & duas aures habeam⁹. ¶ Reuerentia verò delectationis quæ nō habetur, nisi in trāsitu cibi, dissuadet nobis sumptuositatē ciborum delectabilium. Bern. in sermone: Huius tā modicæ partis, scilicet gutturis, tam exigua delectatio quāta paratur sollicitudine, quātam deinde molestiā parit: hinc & morbi variij generātur. Idem: Eriā dissuadet nobis

corruptio cibi & potus, quæ fit postquã in stomachũ descenderit.
 Ioël. 1. Ululate omnes qui bibitis vinũ in dulcedine: peccat enim
 ex ore vestro. Nõ sic est in aliis sensibus: nõ enim corrumpitur
 pulchra quæ videtur, quum semel visa fuerit: nec res odorifera
 quum semel odorẽ eius aliquis perceperit. Naturales appetitus
 animæ nõ sunt deliciarũ. Eccle. 29. Initiũ vitæ hominis aqua &
 panis. Eandem escam assignauit Deus homini & brutis. Genes.
 Ecce, inquit, dedi vobis omnem herbam afferentẽ semen super
 terrã, & vniversa ligna, quæ habent in semetipsis semen super
 generis, vt sint nobis in escã, & cunctis animantibus terræ. Sen.
 Cõsiderate quantũ natura poscat, & quãrum cupiditas exspectat.
 ¶ Scriptura verò sacra dupliciter suadet nobis sobrietatẽ. Al-
 cet admonitionibus multis, & sanctorũ exemplis. De admoni-
 tionibus verò paucas ponere sufficiat. 1. ad The. 5. Vigilemus
 quit, & sobrii simus. Et in eodẽ. Nos qui dei sumus, sobrii simus.
 2. ad Tim. 4. Ministeriũ tuum imple, sobrius esto. 1. Pet. 4. Estote
 itaq; prudentes, sobrii, &c. Eiusdẽ 5. Sobrii estote, & vigilate.
 De exẽplis hæc pauca ponere sufficiat. Dan. 1. dicunt pueri
 indolis. Dentur nobis legumina ad vescendũ, & aqua ad bibendũ,
 dum, cibo regio contẽpto. Dan. 10. Trium hebdomadarum es-
 bus panem desiderabile non comedi, & caro, & vinũ nõ intin-
 runt in os meum. Matt. 23. & Marc. 7. dicitur de Ioanne Baptista
 quod esca eius erat locustæ, & mel syluestre. Et Luc. 1. Vinum
 ficeram nõ bibet. Bern. super Cãt. Abstinebo à carnibus, ne
 nimium nutriũt carnem, simul & carnis nutriant vitia. Pater
 ipsum cum mensura studebo sumere, ne onerato vterẽ stant
 orandum tædeat. Et de beato Nicolao legitur, quod cum lacte
 reret, quarta & sexta feria semel tantũ in die mamillarũ lacte
 gebat. Omnis etiã creatura sobrietatẽ suadet, quia in omni crea-
 tura est modus, & mẽsura, secundũ illud Sap. 11. Omnia in me-
 sura, & numero, & pondere disposuisti. ¶ Item ad comẽdandũ
 nem sobrietatis valere potest, si ostendatur quot & quanta
 eius effectus, & quã periculosus est homini eius defectus. ¶
 tantũ ergo, quod sobrietas valet ad sanitatẽ, secundũ illud Eccl.
 Sanitas est animæ & corpori sobrius potus. Sen. in epistola
 pler erit ex causa simplici valetudo: multos morbos, multa
 cula fecerunt. Chry. super epistolã ad Hebr. Nihil sic salutẽ
 sic sensũ acumẽ operatur, nihil sic ægritudinẽ fugat, sicut
 derara refectio. Itẽ sobrietas valet ad virg diuturnitatẽ. Eccl.
 Qui abstines est, adiciet vitam. Item sobrietas valet ad
 ditarem & corporalem, & spiritualem. Eccle. 30. Exultatio

mae & corporis vinum moderatè poratum. Greg. in Moralib. Si à carne hoc quod libet abscondimus, mox in spiritu hoc quod delectat inuenimus. Homo sobrius delectabiliter viuit & dormiendo, & vigilando. Ecce. 31. Somnus sanitatis in homine parcor: dormiet vsque mane, & anima ipsius cum ipso delectabitur. Homo sobrius differt comedere donec esuriat, & tunc etiã panis & aqua delectabiliter ei sapiunt. Augu. in lib. de verbis Domini: Vix fastidiosus satiaris, nescis quomodo sapit q̄ flãmas accendit. Senec. in epistolis: Solus panis bonus fiet, & tibi cum tenerum, & similigineum fames reddet. Ideo non est antè edendum, quàm illa imponat. Expectabo ergo, nec antè edam quàm aut bonum panem habere potero, aut malum fastidire deliero. Bern. in epistolis: Prudenter sobrieque conuersanti, satis est ad omne condimentũ, sal cum fame. Sapiens: Desiderij condimentum, sal cum fame. Sap. Desiderijs omnia condiuntur. Darius in fuga, cum aquam turbidã ex cadaueribus inquinatam bibisset, negauit vnquam se bibisse iucundius. Bern. ad fratres de monte Dei: Panis fursureus & simplex aqua, olera vel legumina simplicia, nequaquam res delectabiles sunt: sed in amore Christi & desiderio eternæ delectationis ventri bene morigerato gratanter ex his satisfacere posse, valde delectabile est. Quot millia pauperũ ex his vel aliquo horũ delectabiliter satisfaciunt naturæ? Facillimum quippe & delectabile esse adiuncto amoris Dei condimento, secundũ naturam viuere, si insania nostra nos permitteret, qua sanata statim naturalibus natura arridet. Chryso. Conferamus, inquit, mensam diuitis & mediocris: discutiamus utroque conuiuas: qui magis, quæso, sunt qui puram verãmq; mensam capiunt voluptatè: illiue qui cœnas prædijs iungunt, quicque ventris distensione rumpuntur, atque oppressione ciborum suorum præmũtur, in quorũ corpore vino inuidante velut naufragij cuiusdã suctu obruta anima necatur, vbi nec oculus, nec lingua, nec pes propriis deseruit officiis, sed omnia mēbra corporis vini vinculis iacent vincta grauius, quàm carenis, vbi nec labor eis ad quietem datur, nec ad salubritatē cedit. Idē Chryso. Hi qui in delicijs & luxurijs vitã ducunt, resoluta quidē corpore, & omni cera molliora circumferunt, atq; infirmitatibus repleta, quibus ad cumulum malorum podagræ tremor & immatura senectus accidit, & est eis vita semper in medicis & in medicamentis. Sensus aucē tardi graues & obtusi, & quodammodo iam sepulti. Idem: Quis hæc iucunda dicat & grata, qui tamen nouerit, quid sit iucunditas & voluptas? Voluptas à prudentibus

ita diffinitur: Voluptas est, quā quis suis desideriis fruitur. Vt
 verò desideriis frui non potest, dum vel aegritudo non sinit, vel
 facietas ipsa desiderij facit ea quæ onerosa sunt ingrata, sine
 dubio etiā voluptas in eis pariter & iucunditas perit. Idē: Con-
 sidera agros qui fastidio perurgētur, quomodo quanuis suaves
 & lauti cibi apponantur, oneri eis magis sunt, quā voluptas
 sicut quum per abundantiam cupiditas fuerit extincta, pariter
 voluptas, & iucunditas, perimitur: quia non tam ciborū gratia
 quā desiderij gignit satisfactio voluptatū. Vnde anima satia
 ta calcabit fauam. Prou. 27. Item de petra melle saturatū
 quandoquidem post multam itineris fatigationem & labora-
 tibus, aquis frigidis ex saxo fluētibus fruebantur, easq; cū mu-
 to desiderio hauriebāt. Hoc ipso ergo quod dulcissimæ, & de-
 derabiles potandi cupiditas explebatur, aquas illas mel appo-
 lauit. Igitur dubitari nō potest, q̄ simplicior victus & mēsa mo-
 dioeris plurimū iucunditati s habeat & voluptatis. Et econt-
 rario diuitum mensæ execrabiles & horridæ, & morborū, & con-
 taminacione plenæ, in quibus molesta sunt hæc quæ delecta-
 lia videntur. Item sobrietates gratiam hominum comparat, huius
 etiā oppositum hominibus exosum reddit. Eccle. 31. Vere quum
 homo frugi his quæ tibi apponuntur, & nō cū māducas mē-
 tum odio habeatis. Item Deum glorificat. 1. ad Cor. 10. Si
 meditis, siue bibitis, siue aliud facitis, omnia in gloriam De-
 eite. Glo. Si quid manducas & bibis, sumis ad refectiōem cor-
 poris reparacionemq; membrorum, gratias tribuens et qui
 tribuit mortali & fragili ista supplementorum solatia: Cibus
 tuus & potus laudat Deū. Sobrietates etiam in conuiujs nolitas
 Deum pascit, prouidendo ibi puritatem in qua ipse delectatur.
 Can. 20. Qui pascitur inter lilia. Item sobrietates mundiciam
 uidet, vbi maximè immundicia displicet: scilicet in ore
 mensam. Inter membra in ore maximè displicet immundicia.
 mensa etiam multum placet mundicia. 2. Paral. 14. Proponuntur
 panes in mensa mundissima. Et Leui. 24. iubetur duodecim
 panes propositionis statui super mēsam purissimam. Sobrietates
 namentum mensæ est. Bern. ad fratres de monte Dei: Si man-
 cas, mensam tuam per se satis sobriam sobrietates tua per-
 Item sobrietates offensam Dei cauet, vbi maximè caueda est.
 licet cū bonis Dei vtimur. Magna iniquitas est cum Deo
 stuliter agere, quū in mensa eius sumus. Cauent latrones ne
 eant aliquot diebus his cum quibus comederunt. Itē sobrietates
 seruat rationis libertatem quam eius oppositū impedit. Eccle.

Ne comprimar in conuiuio vini. Hiero. in epistolis: Qui inebriatur & mortuus est, & sepultus. Aug. Non est aliud ebrietas, quam manifestissimus dæmon. Huiusmodi enim vir cum se bibere putat vinū, bibitur à vino. Sobrietas pessimā seruitutem excutit, scilicet seruitutē corporis quod ad seruiendū datū est spiritui, & nobilitatē animę seruat. Eccl. 10. Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendū, & non ad luxuriam. Item sobrietas membrū valde nobile regit, os scilicet: sensum etiā pertinētē ad esse, scilicet gustū dirigit, circa quem vitium valde periculosum est. Destructiuum enim esse potest ipse, & esse occasio magnę infirmitatis, vel mortis. Itē sobrietas opus necessitatis regit, in quo sine ipsa frequenter erratur & à iuuenibus, & à senibus. Item ad intelligentiam parat. Vnde Dan. 1. Pueri qui cibos regios, contempserunt grossis cibis cōtenti, intelligentiores ceteris inuenti sunt. Item vigilantiam seruat ad quam Deus monet, Matth. 14. & 25. & 26. Et Luc. 21. Et Marc. 13. Vnde notabiliter sobrietas, & vigilia fouetur. 1. ad Thes. 4. Vigilemus, inquit, & sobrij simus. Et 1. Pet. 5. Sobrij estote, & vigilate. Item ministerio Dei idoneū efficit. Vnde 1. ad Timot. 3. vbi ostenditur qualis debet esse minister Dei, dicitur: Sobrium, ornatum, &c. Et ad Tit. 1. Prudentem, sobrium, cultum, &c. Item ab igne infernali, scilicet luxuria seruat. Vnde poeti qui abstinentes fuerunt, à fornace Babylonica illæsi exierunt, Dan. 3. Sobrietas filios Dei fugientes Ægyptios infernales, per siccam ad terrā promissionis perduxit. Exod. 14. Filij Israël ambulauerunt per siccū, &c. Qui sobrietatē nō habent, in aquis voluptatū submerguntur. Sobrietas primum congressum habet in bello spiritali. Sine ipsa ceterę virtutes frustra pugnāt. Glo. super Matt. 4. Nisi gula prius refrænetur, frustrā contra alia vitia laboratur. Qui poplite flexo aquam biberunt: non permisi sunt ire ad bellum cum Gedeone. Iudic. 7. Poplite flexo aquam bibis, qui voluptuose comedit. Itē sobrietas diabolo aufert ingressum in homine: & sic videtur ei auferre dominiū. Non videtur dominus esse castri, qui non habet ibi ingressum. Sobrietas diabolum in arido ponit, vbi ipse non quiescit. Matt. 12. Ambulat per loca arida quarens requiem, & non inuenit. Piscis infernalis in arido positus palpitat: vt de pisce Tobie legitur Tobie 6. Esa. 50. Computrescent pisces sine aqua. Fames lupum de nemore exire facit, sic sobrietas diabolum de homine. Ipsa anni concupiscenti aduersus spiritum victualia aufert, & igni concupiscentiarum ligna subtrahit; vnde diminuitur vel de-

ficit. Ipsa carnem in potestate sua habet. Gen. 16. Ecce ancilla in manu tua est, utere ea, ut libet. Ipsa. n. ad modum lapidis pretiosi hominem custodit, ne cibus vel potus ei noceat. Si sobrietas defuerit, dum corpus repletur, anima euacuatur, homo depauperatur. Pro. 21. Qui diligit epulas, in egestate erit. Deus blasphematur. Gl. per illud 1. ad Cor. 10. Siue comeditis, siue bibitis, &c. Si modum iurae debitum immoderatione voracitatis excedis, & vinolentia iningurgites, quae a seculum laudes lingua sonet, vita blasphematur. Item venter deificatur. ad Phil. 3. Quorum Deus venter est. Porro oris aperta, exercitio vitiorum ingreditur. Iob. 30. Quasi ruptum rostrum & aperta ianua irruerunt super me. Sine sobrietate mensura homini est in laqueum. Eccl. 9. Sicut pisces capiuntur hamo, & aves comprehenduntur laqueo: ita capiuntur homines tempore malitiae. Tempus malum & periculosum est homini non habenti virtutem sobrietatis tempore praedij. Sap. 14. Creaturae Dei in odium factae sunt, & in tentationem hominum, & in insipientiam pedibus insipientium.

¶ De officio Sobrietatis.

Sobrietatis officia duo sic distingui possunt. Vnum est cauere excessum in cibo. Aliud est cauere excessum in potu. Seneca dicitur: bibere citra saturitatem, bibere citra ebrietatem. Luc. 21. Attendite ne prouentur corda vestra crapula & ebrietate. Crapula quandoque sumitur pro excessu cibi solum, ut in praedicto verbo: Quandoque vero communiter pro excessu in cibo, vel potu: ut Eccl. 31. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est, auerget vitam. Et in Psalm. Tanquam potens crapulatus a vino. Similiter nomen ebrietatis quandoque sumitur pro excessu in potu solum: ut ad Ro. 13. Non in comestationibus & ebrietationibus. Glo. Etiam genere masculino dicimus calicem aptum potationi, a quo dicitur ebrietas, quae est nimia potatio vini. Quandoque vero nomen ebrietatis sumitur communiter pro excessu in cibo vel potu. ¶ Et notandum quod sobrietas non ponit modum mensuram solum circa quantitatem cibi, vel potus, sed ponit modum quantum ad omnes circumstantias. Qui enim sobrius est, solum cibum & potum quantum debet, & quando, & quomodo debet. ¶ Vnde possumus distinguere quinque officia sobrietatis. Primum est, cauere ne statutum prandendi terminum praueuiamus. Qui tempus praueuit, non expectat donec salsa praeparata sit, scilicet fames, unde cibum insipidum comedit. Ecc. 10. Beata mensura cuius rex nobilis est, & cuius principes comedunt in tempore suo. ¶ Secundum est, cauere ne cibos lautiores queramus. Victus sit tibi ex facili re: nec ad voluptatem, sed ad cibum accipere.

Talatum tuū fames excitet, nō sapores. Desideria tua paruo redime, quia hoc tantum curare debes, vt desinant. ¶ Tertium est deuitare studiositatē preparandi cibos. Studiosē cibos preparare est hostis nostri gladiū acuerē. Cibus enim delicatus est gladius quō caro vitur contra spiritum. 1. Pet. 2. Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militāt aduersus animā. ¶ Quartum est, niniū appetitū cibi vel potus refrænare: August. Fieri potest vt sine aliquo vitio cupiditatis vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens vitur. Inspiciens autem fœditissimæ gulæ flāma in vilissimū cibū addebeat: & satius quicquid more Domini maluerit piscibus vesci, quam lenticula more Esau. Nō propterea cōtinentiores nobis sunt plerūq; bestię, quia vilio. ibus escis alūtur. Quintū est, mensuram refectiois non excedere: Ezech. 4. Cibus tuus quo vesceris, erit in pondere. De hac materia requirē in tractatu, de vitio Gulæ. Solet autem quæri, vtrum qualibet ebrietas seu quilibet excessus in cibo vel potu virtutē sobrietatis destruat, quod si verū esset, omnis excessus in cibo, vel potu mortale peccatū esset: virtutē enim eius nō destruit, nisi mortale peccatū esset. Ad hoc dicendū, quod duplex est modus siue mensura ad sobrietatē pertinens. Vnus attenditur in cōmensuratione nature. Vnde mensurā sumit cibū, vel potū qui sumit quod necessariū est, & sufficit nature. Immoderatē verō qui sumit plus quā necessariū est. Et iste excessus potest esse & venialis & mortalis. Vnde nō omnis talis excessus destruit virtutē sobrietatis. Alius modus attenditur in comparatione boni tēporalis ad æternū. Vnde secundū hoc modū seruat quis in sumendo cibum & potū, quādo tēporale bonum non præfert vel æquat æterno bono. Immoderatē verō se habet sumendo cibum & potum, quum tēporale bonum præfert vel æquat æterno. ¶ Et talis excessus mortale est peccatum, & destruit virtutē sobrietatis.

De diuisione Temperantia que est circa delectationes que sunt secundū tactū. Et de ista parte temperantia que pertinet ad mēbra generationi deputata, que potest continētia appellari, ac eius descriptione, commendatione, & diuisione.

CAP. X.

DICTO de sobrietate, quæ est temperantia circa delectationes secundum gustum, dicendum est de temperantia illa quæ attenditur circa delectationes secundū tactum. Multiplex verō est delectatio secundū tactum. Quædam est in suauitate vestitū, quædam in suauitate lectorū, quædam in suauitate vngentorū, quædam in suauitate balnearū. Quædam verō in carnali cōta-

Etu, quæ duplex est: quædam pertinens ad membra generationi
 deputata, quædam pertinens ad cætera membra. Temperantia ve-
 rò circa delectationes prædictas vocari potest continentia. Maxi-
 mè verò vfitato sermone, continentia vocatur temperantia illa
 quæ cauet illicitas delectationes secundum tactum quo ad membra
 quæ generationi deseruiunt, quæ sic describitur: Continentia est
 abstinètia ab omni coitu illicito. Et est hæc virtus multum neces-
 saria: regit enim membra illa in quibus maxime sequitur concupiscentia:
 mouentur enim quædoque homine inuito, vel dormiente. Et
 dicitur in lib. de natura animalium, quod accidit hominibus, & qua-
 drupedibus coitum desiderantibus subito spermatizare, quibus
 dam ad tactum mutuum, aliis ad solum aspectum. Horum membra
 effranchatio multum periculosa est, vt ostensum est in tracta-
 tu de vitio Luxuriæ. Cum generatio sit ingressus in esse, ipsa est
 velut quædam porta diligenter custodienda. Cuius Deus vult Do-
 minus esse: ideo in membro generationi deputato, specialiter ve-
 luit signum suum ponere, scilicet circumcisionem. Circumcisio
 specialis figura videtur fuisse continentie. Continentia in Scrip-
 tura sacra multum nobis suadetur. Exod. 10. Renes vestros accinge-
 tis. 4. Reg. 4. Accinge lumbos tuos. Job. 38. Accinge sicut vir lum-
 bos tuos. Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti. ad Ephes. 6. Sint
 succincti lumbos vestros. Continentia zona aurea est sponsæ
 regis cælestis ad decorum data. Daniel. 10. Ecce vir vnus vestitus
 lineis, renes eius accincti auro obrizo. Apocal. 1. Vidit Ioannes
 similem filio hominis præcinctum ad mammillas zona aurea.
 Eiusdem 17. Exierunt septem angeli præcincti zonis aureis circa
 pectora. Zona aurea circa mammillas vel pectora, est continentia
 cordis. Aurum obrizum circa renes, est continentia carnis. Au-
 rum in igne seruatur: continentia igne luxuriæ non laeditur. Ad
 commendationem continentie faciunt ea quæ valent ad detesta-
 tionem luxuriæ. De quibus require in tractatu de Luxuria. Et
 tantum quod tres sunt partes continentie. Inter continentes enim
 qui à coitu illicito abstinēt, quidam sunt qui ita abstinēt à co-
 itu illicito, quod vtuntur licito, quorum continentia dicitur con-
 iugalis. Quidam verò non solum abstinēt ab illicito, sed etiã ab
 licito. Quod contingit in duplici statu. Vel in eis qui habent in-
 tegritatem carnis, quorum continentia dicitur virginalis: vel in
 eis qui habent carnem corruptam, quorum continentia dicitur
 vidualis, quantum, ad personas illas quæ fuerunt in matrimo-
 nio. Quantum verò ad personas quæ non fuerunt in matrimo-
 nio, non habet speciale nomen quod vocetur.

De continentia virginali, & primo de distinctione nominis virginitalis ac eius descriptione, de eius commendatione, de his que virgines timere debeant, de triplici aureola, & quinque causis propter quas multum competeit officio predicationis abrenuntiatio priorum.

CAP. XI.

Inter has verò tres species continentia, primo dicitur de virginali, quæ caeteris prior est & tempore, & dignitate. De qua hoc ordine dicitur. Primo ostenditur quot modis nomen virginitalis sumitur. Secundo, descriptio virginitalis ponetur & exponitur. Tertio, commendationi eius insistetur. Quarto, de his que specialiter virginibus sunt timenda. Quintò, tangetur de triplicia aureola virginitali debita.

¶ De distinctione nominis Virginitalis.

Circa primum notandum q. nomen virginitalis quadrupliciter sumitur. Quandoque pro incorruptione fidei 2. ad Cor. xi. Respondi vos vni viro virginem castâ exhibere Christo. Glo. Virginitas cordis fidelis est incorrupta. Quandoq; carnis integritas. Vnde glo. Aug. super verbû prædictû: Virginitas carnis corpus est intactû. Idè cõtra Iulianum: Pudicitia est res mentis, virginitalitas corporis. Quandoq; autem pro pudicitia mentis cû integritate carnis, quantum ad propositû seruandî eam. Sic virginitalitas mansisset in Lucia, si inuita fuisset corrupta. Quandoque verò pro pudicitia mentis cum integritate carnis, non solû in proposito seruandî eam, sed etiam in re. Et virginitalitas sic sumpta excellenter accipitur: & habentibus virginitalitatem talem, cõueniunt deferre anulum aureum in ecclesia militante, in signum, quod sunt sponsæ Christi. In triumphante verò ecclesia merito huius virginitalitatis aureola reddetur.

¶ De descriptione Virginitalis.

Circa secundum notandû. q. Virginitalitas sic describitur: Virginitalitas est in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio, ad est, propositû seruandî perpetuâ incorruptionem. Carnem corruptibile, intellige carnem possibilem corrûpi: siue necessario corrûparur, vt in statu peccati: siue possibilem corrûpi, & nõ corrûpi, vt fuit caro Adâ in statu innocentie. ¶ Et notandû quòd corruptio carnis quæ accidit ei quæ habet propositû cauendî carnis incorruptionem omnino cõtra suam voluntatè, nõ priuat eam aureola. Vnde dixit Lucia: Si inuitâ me violaueris, castitas mihi multiplicabitur ad coronâ. Aufert tamè insignia quæ dantur specialiter sponis Christi in ecclesia militante, vt est anulus aureus. Aug. Virgines quæ corruptæ sunt semel, nõ audeât se sacris virgin-

bus adæquare. Leo papa: Familia Dei quæ oppreffione beatæ
ca integritatē perdiderūt pudoris, laudabiliores erūt si se
taminatis non audeant comparare virginibus. Ratio huius
quia in militante ecclesia operamur secundum iudicium
nū q̄ est secundū illud quod apparet. In triūphātē verò fecit
diuinū. Deus autē intuetur cor. i. Reg. 16. Vnde cū nō apparet
quod inuita sit corrupta non defert insignia virginalia. Cor
prio verò carnis ex volūtatē mētis preueniens, siue cū culpa
extra matrimoniū, siue sine culpa, vt in matrimonio priuat
lo aureo in præfenti, aureola in futuro. Corruptio verò mētis
si p̄ pœnitentiā reparata fuerit, & finale propositū seruati car
integritatē affuerit, non priuat anulo aureo in præfenti, nec
reola in futuro. Integritas verò carnis in ea quæ carnis opus
perit, non est digna aureola. Hier. Nihil prodest carnem beat
virginale; si mētē quis nupserit. Aug. de virginitate: Felicitas
hi viderūt nupta mulier, quā nuptura virgo: habet enim in
quod ista cupit, præfertim si nondū sponsa cuiusquam fuerit
vni studet placere, cui data est: hæc multis, incerta cui datur.
Hæc vni pudicitiam cogitationis defendit à turba, quod
adulterum, sed maritum querit in turba.

¶ De commendatione Virginitatis.

¶ Notandū q̄ virginitas est; pretiosus thesaurus absconditus
in agro corporis. Mat. 13. Pretiositas huius thesauri tanta est
ipse nō solū sit pretiū gloriæ æternæ, quæ omnib⁹ ecclesiasticis
munis, sed etiā specialis gloriæ. Debetur enim ei nō solū aurea
sed etiā aureola. Exo. 25. Præceptū est, vt fieret mēsa, & super
sā corona, & sup coronā coronula, qua figurata est aureola
thesaurū qui inuenit, abscondit: quia qui eius pretiositatē
git, seculo renūtiās mōnasteriū sibi elegit, vbi in abscondito
Dei viuit. Ber. Necessē habemus abscondere siqd habemus
quoniam thesaurū regni cælorū qui inuenit homo abscondit
pter q̄ in claustris, & syluis abscondimur. Nec hoc infirmitas
Credo enim hic esse, si quartā partē corū quæ faciunt in seculo
taret, q̄ nō vt sanctū adoraretur, reputaretur vt angel⁹. Nō
tē quotidie tāquā negligēs increpatur. Thesaurus iste regni
lorū similis est. Vita enim virginū cælesti vitæ multū affert
tur. Mat. 23. Simile est regnum cælorū decē virginibus. Virg
tas ponit in statu cælesti, quantū ad incorruptionē carnis.
24. In resurrectione neque nubēt neque nubētur, &c. Ber. Hoc
de castitate, cuius dignior species est virginitas: Hæc in
hoc mortalitatis loco, & tēpore quendā statū immortalis

representat. Hæc instar odoriferi balsami, quo cõditã cadauera
 corrupta seruãtur, sensus, & artus cõtinet & stringit. Virgines
 designatæ sunt per pelles hyacinthinas: quæ in tabernaculo su-
 periores fuerũt. Exo. 26. Et ibi dicit gl. Beda: Hyacinthus est cæ-
 lestis coloris. Et subditur: Per pelles ergo hyacinthinas exprimi-
 tur virtus illorũ, qui mortificatis illecebris carnis, cælestẽ in ter-
 restri vitã gerunt, & inter homines positi angelicã puritatẽ imitã-
 tur, quia neq; nubẽt neq; nubẽtur. Et subditur Meritõ ergo pel-
 les hyacinthinae supremũ locũ tenẽt, & color cælestis celo pro-
 moũt. Cyprianus: Imaginem eius qui de cælo est, portat virginĩ-
 tas. Amb. super illud 1. Cor. 7. Bonũ est homini sic esse. Super-
 additur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quã ho-
 mines angelis assimilantur. Maior tamen victoria est virginũ
 quàm angelorũ. Angeli enim sine carne viuunt: homines verõ
 virgines in carne triumphant. Hier. In carne præter carnem vi-
 uere nõ terrena vita est, sed celestis. Bern. in epistolis: Angelus
 habet virginitatẽ, sed non carnem. Sanè felicior, quàm fortior
 hac parte. Optimus & optabilis valde ornatus ille, qui & an-
 gelis possit esse inuidiosus. Renuit angelus adorari à Ioãne vir-
 gine. Apoc. vii. Vide, inquit, ne feceris: cõseruus tuus enim sum.
 Virgines etiã similes regno cælorũ sunt diuina in habitatione.
 Deus enim habitat in cælis. Regnũ cælorum absconditum est.
 Mira res, cum terra in cælo recludi debeat, in virginibus cælum
 terræ includitur. Esa. 50. Induã cælus tenebris, & ponam sacco
 operimentũ eorũ. Luca 12. Regnum Dei intra vos est. ¶ Vita
 virginum vita regia est, cum ipsæ sint sponsæ regis cælestis, &
 cõreginae. Ipsæ etiam regnant in regno sui corporis. Virgines
 enim figurã tenent ecclesiæ triumphantis, ideo nõ consecratur
 nisi virgo, licet episcopus consecratur qui virgo non est. Sancti-
 tas enim virginis, sanctitatem signat ecclesiæ triũphantis, cõtra
 sanctitas episcopi significet sanctitatẽ ecclesiæ militantis. Vir-
 ginibus cõpetit illud 2. ad Cor. 4. Habemus thesaurum in vasis
 fictilibus. Virginitas thesaurus est niueus. Job 18. Nunquid in-
 gressus est thesaurus niuis? Thesaurus est propter pretiositatẽ.
 Ecl. 26. Non est digna ponderatio continentis animæ. Niueus
 propter puritatẽ. Virgines propter puritatẽ lilio comparantur.
 Cant. 2. Sicut liliũ inter spinas, &c. Item, Qui pascitur inter
 lilia. ¶ Et notandũ, q; virginitas flos est, qui si debito modo ser-
 uetur, non decidit: quem ventus vanæ prosperitatis non deicit,
 nec hyems aduersitatis ladir. Hunc Ioãnes Euãgelista ferè cen-
 tũ annis seruauit. Hic est flos qui omnẽ fructum terrenũ exce-
 dit.

dit cum etiam fructui conjugali componatur, hac occidit
 beat⁹ Mathæus occisus est, quia noluit cōsentire, vt Iphigenia
 quæ virginitatem nouerat, euidam regi nuberet. Flori virginitatis
 Deus pro fructu accedit. Sap. 3. Felix sterilis & incolore
 nata, quæ nesciuit thōrū in delicto, habebit fructū in respectu
 ne animarū sanctarū. Super hūc florē Spiritus sanctus quiescit
 Esa. 11. Flos de radice eius ascendet, & requiescet super cū
 ritus Domini. Virgo non est arbor sterilis & maledicta: sed in
 reno fructui præponit caelestem, & carnali spiritualem. Esa.
 Non dicat eunuchus: ego lignum aridum. Ibidem promittit
 Dominus nomen eunuchis melius à filiis & filiabus. Non
 angelus arbor sterilis vel maledicta, et si fructum carnalem
 habeat. Hier. Nuptiæ terrā replēt, virginitas paradisi.
 notādū, quod liliū sex habet folia cādida, & aliqua grana
 aurea. Velut sex folia in virgine sunt sex quæ valēt ad cōser
 tionem incorruptionis. ¶ Primum est sobrietates, quod foras
 lacerat: excessus in cibo & potu, quasi quædā spina, quæ via
 ad luxuriam. Loth inebriatus perpetravit incestum Genes.
 Prou. 20. Luxuriosa res est vinum. ¶ Secundum est labor. Quæ
 spina lacerans est quies ignauia, vel otiositas quæ est via ad
 xuriā. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomę fororis tuæ: super
 bia, saturitas panis, & abundantia, & otium. ¶ Tertium est
 bitus asper & humilis. Ber. in epist. Vt atate tenerā ordinis
 ritas teneat, memēto quod asperior carduus pannū facit: leu
 rem, & conuersatio conscientiam. Velut spina lacerans est
 perbus habitus vel mollis, quæ via est ad luxuriā. Num. 25.
 Israël fornicati sunt cū mulieribus Moabitarū quæ se ornate
 rant. 1. ad Tim. 2. Non in tortis crinibus, aut auro vel margaritis,
 vel veste pretiosa: sed quod decet mulieres promittentes
 tatem. ¶ Quartum est, custodia sensuum, præcipue illorum
 qui nobis remota ostendunt, vt est visus vel auditus. Velut
 na lacerans est curiositas videndi vana vel audiendi noua.
 via est ad luxuriam, vt patet in Dina filia Iacob, quæ egressa
 videret mulieres regionis illi⁹, corrupta est à Sichē filio Emor
 Gen. 34. ¶ Quintum est, modestia sermonis. Velut spina lacerans
 est loquacitas, vel turpitudine sermonis. Seneca: A verbis turpibus
 abstineto, quia licentia eorū imprudentiā nutrit. Prouer. 7.
 mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capiend
 animas garrulas. 1. ad Cor. 5. Nolite seduci: Corrumpunt
 bonos mores cōfabulationes pessimæ, vel colloquia mala. H
 si sermo virginis prudēs, modestus, & rarus: nec tam eloqu

pretiosus, quàm pudore. ¶ Sextum est, fuga occasiõu peccandi. Velut spina lacerans est nimia domesticitas: virgo debet esse aliquantulum syluestris: Syluestria animalia solent habere pulchriorem pellem quàm domestica. Opportunitas peccandi est ad luxuriam: vt patet in Thamar corrupta ab Amon fratre suo, quia sola cum solo fuit in thalamo. 2. Reg. 13. Gen. 18. Ne stes in omni loco circa regionem. Ber. Solent virgines quæ uirgines sunt, semper esse pauidæ & nunquã esse securæ: & uirgines timenda, etiam cura pertimescere. Quasi grana aurea sunt tres modi diligendi Deum, quos distinguit Bernar. diligens: Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter ne illecti: prudenter, ne decepti: fortiter, ne oppressi ab amore domini auertamur. Vel grana aurea possunt intelligi amoris diuini amoris ex diuersis causis procedentes. Amandus enim est Deus, quia creator, quia recreator, quia remunerator. Quæ uirginitas principium est spiritualis pulchritudinis. Pulchritudo sponsæ sicut & pulchritudo sponsi consistit in cãdore & robore. Cant. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. 1. Cor. 13. Qualis cælestis, tales & cælestes. Dignior uerò species candidior spiritualis est uirginitas. Bern. Candor lucis æternæ est sapientia, & cãdidam oportet esse animam in qua ipsa sedere elegit. Uirginitas thronus eburne⁹ veri Salomonis est. 3. Reg. 10. Fecit Salomon thronũ de ebore grandem. Uirginitas animam Dei sponsam efficit. Vnde Leuit. 21. Dicitur de summo sacerdote: Uirginem ducet uxorem. 3. Reg. 1. Quæramus domino nobis regi adolescentulam uirginem. Esther 2. Quarantur regi puellæ uirgines. Psalm. Adducentur regi uirgines. Uirginitas omnibus modis Deo coniungit. vnde Cantic. 5. dicitur uirgini à Christo: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Eiusdem 4. Veni de libano spõsa mea, &c. Libanus interpretatur candidatio. Uirginitas Deo & hominibus gratia est. Eccles. 40. Edificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hanc mulier immaculata cõpurabitur. Hier. Multũ distat inter puritatem uirginalis animæ nullã contagione polluta, & libidines eius quæ multorum libidini subiacuit. Isid. Quidam in uenustate luxuriose uiuentes, in senectute continentis fieri delectantur, & tunc eligunt castitati seruire, quando libido seruos habere contempsit. Uirginitas uelut campus est torius picturæ spiritualis, super eam picturam aliarum gratiarũ ponit Deus. Eccles. 25. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Uirginitas Dei amicum & familiarem reddit. Vnde Ioannes uirgo special

specialiter vocatur discipulus quē diligebat Iesus. Ipse tāquam
 familiaris Christo supra pectus domini recubuit. Ioan. 13. Ipsi
 penult. Amantissimus domini habitabit confidenter. Sap. 6. 11.
 corruptio facit esse proximum Deo. Beda super Lucam: Sicut
 Christus in summa pace natus est, ut se pacem diligere ostē-
 deret: ita de virgine natus est, ut se virginē decus diligere os-
 traret. Ad literam: Christus toto tempore vitæ suæ fuit virgo
 & virginem matrem habere voluit, & virginem patrem. Iohannes
 creditur virgo fuisse, & Ioannes familiaris eius virgo fuisse.
 Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Virgines
 dulcius & tenerius à Deo diliguntur. Vnde Ioānes virgo
 tuus est ad patres suos, tā extraneus à dolore mortis, quam ad
 corruptione carnis noscitur alienus, ut dicitur in prologo
 Ioannē. Nō enim trāsit de mundo per dolorē martyrii, ut
 sancti & apostoli. Virgines merito in Deo delicias inueniunt
 quia amorē eius delicias carnis relinquunt. Bern. in epistola
 Quomodo ignis & aqua simul esse nō possunt: sic spiritus
 & carnales deliciae in eodem se non patiuntur: ubi curiositas
 rum diuersitas, ubi diuitis supellectilis discolor varietas, non
 pariter pascit & caelestis panis ieiunam deserit mentem. Num
 31. dicit Moyses: Mulieres quæ nouerunt viros in coitu, ingre-
 te: puellas autem & omnes fœminas virgines reseruare, min-
 agens cum virginibus, quàm cum corruptis. Virginitas agens
 sequitur quocumque ierit. Apocal. 14. Ipsa etiam cātar cantum
 nouum, quod aliis cantandum non conceditur. Ad literam
 lent virgines dulcius cantare, quàm corrupte. Apoc. 14. Et
 bant quasi canticū nouū ante sedem, &c. & subditur: Et non
 poterat dicere canticum illud, nisi illa centum, &c. Hi sunt
 cum mulieribus nō sunt coinquinari: virgines enim sunt
 in Pastora. Singulariter canticum Agno cantare, est cum
 perpetuum præ ceteris fidelibus etiam de carnis incorrupte
 gaudere. Virgines enim sunt superior pars ecclesie. Cyprianus
 Virginitas est portio illustrior gregis Christi. Aug. Nunc
 virgines, sermo est, ad quarum quo gloria sublimior, maior
 cura. Apocal. 14. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Dei
 Agno. Hier. Si virgines primitiæ sunt: ergo vidua, & quæ
 trimonio sunt erunt post primitias. Idem: Ecclesia matrimonio
 non damnat, sed virginitati subiicit. Idem: Virgo maioris
 apud Deum est, dum id contemnit quod si fecerit nō delinquit
 Idem: Plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt quæ
 sibi non fuit imperatum. Itē Hier. loquens de illo verbo Apoc.

ad Cor. 7. De virginibus præceptum domini non habeo. Quare, inquit præceptum domini non habet de virgine? Et respondet, quia maioris meriti est quod non cogitur & offertur. Virginitas difficile seruetur, & ideo maioris meriti est. Idem: Libido honestas mentes libentius persequitur. Et iterum: Libido virginibus maiorem parit famem. Dulcius enim æstimatur quod neferetur. Virginitas expeditum & liberum reddit ad seruiendum Deo. ad Corin. 7. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, &c. Et subditur: Mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta in corpore & spiritu. Hier. Si nil aliud esset, & nulla merces virginem amplior sequeretur: sufficeret ei hæc sola prælatio, cogitare quæ domini sunt. Osee 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Virgines habet Deus tanquam proprios seruientes. Vnde ad virginatatem pertinet illud Cant. 1. Dilectus meus mihi, & ego illi. Virginitas in veste immaculata Deo ministrat. Apo. 14. Sine macula sunt ante thronum Dei. Et competit illud Eccles. 24. In habitatione sancta coram ipso ministravi. Luxuria vestem corporis maculat. In canonica luxuria: Odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Esa. 9. Vestimentum mistum sanguine erit in combustionem & cibus ignis. Virgo castrum debilissimum tenet toto tempore vitæ suæ contra illum. De quo scriptum est Iob 41. Non est potestas in terra, quæ comparatur ei. Et ideo merito super alios coronatur. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. 2. ad Tim. 2. Virginitati debetur fructus centesimus, cum continentia viduali debeatur fructus sexagesimus, & coniugali tricesimus. Matt. 13.

De his quæ specialiter virgines timere debent.

Notandum quod sex sunt virginibus multum timenda. Primum est superbia. Aug. in lib. de virginitate. Non solum prædicanda est virginitas vt ametur, verum etiam monenda ne inflectatur. Idem in eodẽ: Superbia amplius amplioribus insidiatur. Non ego talibus magnam curam humilitatis ingero, in quibus superbia ipsa confunditur: quo magis inest alicui vnde sibi placeat, eo magis vereor ne sibi placendo illi displiceat, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Idem in eodem: Metuo tibi vehementer, ne quæ te agnum quocunq; ierit secururâ esse gloriaris, eum per tumorem superbiæ sequi per angustia ne possis. Et iterum: Bonum virginitatis quæto magnam video, tanto ei ne pereat futuram superbiæ pertimesco. Bern. super Missus est: Pulchra permillio virginitatis & humilitatis: non mediocriter placet Deo illa anima, in qua humilitas comendat virginitatẽ, & virginitas

exornat humilitatē. Poteſt placere humilitas quæ virginem
deplorat amiſſam: ſine humilitate audeo dicere, nec virginem
Mariæ placuiſſet. Maria virginitatē oblita gloriatur de humi-
tate, & tu negligēdo humilitatem blandiris tibi de virginitate.
Aug. in lib. de virginitate: Facilius ſequuntur agnū, & ſi nō
cūq; ierit, certe quocūq; potuerint, cōiugari humiles, quam
perbiētes virgines. ¶ Secundū eſt fatuitas. Hanc fatuitatē
cialiter intelligo defectū charitatis. Si dilectio Dei eſt hono-
lis ſapiētia, Eccl. 1. defectus diuinę dilectionis eſt deteſtabilis
tuitas. Magna fatuitas non cauere defectum illius rei, ſine
cætera nō profunt. Fatuę virgines nō ſumpſerunt oleum ſecū
cū lampadibus, Matt. 25. Bern. in epiſt. Caſtitas ſine charitate
pas eſt ſine oleo: ſubtrahē oleū, lampas non lucet: tolle chari-
tem, caſtitas non placet. Exempla quōd magis tenetur virgo
& caſta perſonæ diligere Deum & proximū, quā alie. Præ
exēplum eſt iſtud. Magis tenetur diligere medicū ille qui ſe
per cōſeruatus eſt ab eo in ſanitate, quā ille qui incidit in
bus inſirmitatibus, & poſtea ſanat⁹ eſt ab eo. Sic qui cōſeruatus
eſt à Deo in virginitate, vel in caſtitate, magis tenetur diligere
Item magis tenetur diligere ille aliquem dominū qui dedit
equū bonū, qui bene & ſanè duxit & reduxit eū, quā ille qui
buit ab eo equū licet bonū, tamē cecidit & leſit eū. Itē magis
netur diligere ille, qui multa bona recipit ab aliquo domi-
quā ille qui recipit ab eo debita dimiſſa. ¶ Tertiu eſt tepiditas
quę ſolet accidere in virginibus ex hoc quōd cōſiderant ſe
peccaſſe. Cōtra quod dicit Aug. in lib. de virginitate: Quod
riras dixit q; ille cui modicū dimittitur, modicū diligit
ardentiſſimē diligatis cui diligendo à coniugiorum nexu
berī vacatis, deputate vobis tanquam omnino dimiſſum, quā
quid à vobis nō eſt illo regente cōmiſſum. Multo ardētius
bes diligere illum qui ſagitiōſis ad ſe cōuerſis, quęcūq; cō-
fit, in ea te cadere non permiſit. Quid habes quā nō accepit
qua peruerſitate min⁹ diligis à quo pl⁹ accepit? Cogita omnia
peccata ſic habenda tanquam dimittantur, à quibus Deus ce-
dit ne committantur. Noli modicum diligere, quaſi à quo
modicū dimiſſum eſt: ſed potius multū dilige à quo tibi
rum tributum eſt. Contra hanc tepiditatem valet virginitas
habeant frequenter vinum ſacrę ſcripturę, quod eſt vinum
minans virgines. Zac. 9. id eſt affectiones virginales. Ad iſtā
let meditatio Domintę paſſionis. Thren. 1. Torcular calce
Dominus virgini filiæ Iuda. Iſtud torcular fuit preſſura

In hoc corculari fuit præssa vua illa, de qua Gen. 49. Lauabit in vino stolam suã, & in sanguine vuc palliũ suũ. Mach. 6. Oſtenderũt elephantis sanguinẽ vua: & mori, ad acuedos eos in prælium. Hoc vinũ Dei amore inebriat. Psal. Calix meus inebrians quã præclarus est. ¶ Quartum est macula peccati, quã in virgine est macula in gloria. Macula turpior est in veste alba: virginitas est vestis alba. Vnde bysso comparatur. Prou. vlt. Byssus & purpura indumentũ eius. Ideo macula peccati valde indecẽs est in virgine. Hier. Præclara est virginitas & pudicitia virtus, si non aliis macularũ lapsibus infirmetur. Qui virginitatẽ carnis habent cũ corruptione mentis similes sunt sepulchris quã cretius apparẽt hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorũ. Matth. 23. Hiero. Nihil prodest virginitas corporis, vbi operatur corruptio mentis. Idem: Illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentẽ cogitatio, nec carnẽ libido cõmular. Ad cauendã maculã peccati necessariũ esset spõsa Christi frequenter inspicere in speculo. Speculum est scriptura sacra. Greg. Specula sunt Dei præcepta, quibus animã sanctã semper inspicunt: & si quã in eis sunt fœditates deprehendunt. Cant. 6. Oculi eius sicut columbã super riuulos aquarũ quã lacte sunt lota, & residet super fluenta plenissima. Columba lacte lota est spõsa Christi cũ puritate virginali, quẽ super fluenta sacre scripturæ sedet, vt vmbra accipitris infernalis videat. Hier. in epistolis: Tanto maiori studio placendi opus est, quãto maior est illi cui placendum est. Impossibile est quenquam Deo placere, si quicquid ei placeat ignorat. Fieri potest vt & obsequendi voto ostendar, si quomodo obsequi debeat, antè non didicit. Aliud speculum est vna sponsa. Bern. super Cant. Vtrunq; es mihi domine Iesu, & speculũ patiendi & præmium patienti. Cum speculo etiam necessaria est ablutio quã per cõfessionem fit: vnde cum lauatorio erant specula. Exo. 38. Bernard. in epistolis: Audi cui places, ama vnde places: ama confessionem ob quam amas, ama confessionem si affectas decorem. Confessioni iungitur decor. Psal. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Lota facie, humilitate confessionis grata est Deo cõfessio laudis. Cant. 1. Ostẽde mihi faciẽ tuam. Ibidem. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. ¶ Quintum est, diuino cordis. Augu. loquens de virginibus: Toto vobis figatur in corde, qui pro vobis fixus est in cruce: totũ teneat in animo vestro, quicquid nolistis occupari connubio. Vã duplici corde. Eccl. 1. Duplici corde est virgo, quẽ scilicet vult placere & Deo

& mūdo. Greg. Nemo potest in vna eademq; re omnipotēti domino atq; eius hostibus gratus existere. Nā Deo amicu se dēgat, qui eius placet inimico. Bern. in epistolis: Volēs placere hominibus, Deo nō placet. Si nō places, nō placeas. Signum q; vno cor diuisum habeat & velit mundo placere, est exterior ornatus. In Psal. Omnis gloria filię regis abintus. Amb. de virginitate: Deiecta decoris cura plus placet, & hoc ipsū, quod vos ornatis, ornatus est. Hic. in epist. Satis pulchrā Deo erede facit sed hominib. apparere pulchra non studeas. Bern. in epist. Filie Babylonis quarum vere gloria confusio est, induuntur purpura & bysso, & subinde contentia pannosa iacet: fulgent montibus, & sordēt moribus. Ecōtra, Tu foris pannosa, intus speculata resplendes sed diuinis aspectibus, non humanis. Idē: Decōr enim cum veste induitur, & cum veste deponitur, vestis proculdubio est nō vestiri. Tu ergo noli emulari in vanitatibus & medicamentis pulchritudinē alienam vbi perdidērūt suam. Indignū tibi iudica formā à pellibus murium & operibus vermium mutare tua tibi sufficiat. Ille est verus propriusq; curusq; rei decor, qui nulla interiacente materia per se inest. Idem: Vidēs neimpe aurum, argentū, lapidibus pretiosis, & omni denique cultu regionum tam ornatas, quā oneratas. Vides post se longas trahentes in brias, & dēfas pulueris nubes excitantes in aëra. Hęc nō te moueant: illa illa in morte deponēt, te tua sanctitas nō relinquet. Non sunt sua quæ portant, & quum interierint nō sument onera. Mūdo cuius sunt illis exeuntibus retinebit. ¶ Sexto timendum est ne dēsit perseverantia. Aug. in lib. de virginitate: Sequimini agnū tenendo perseverāter: quod nouistis, ardentē facite quū potestis, ne virginitatis bonū à vobis pereat, cui facere nihil potestis vt redeat. Virginitas amissa nō recuperatur, si lapsa fracta non reintegratur. Amos 3. Virgo Israel profusa est in terram suam: nō est qui suscitaret eam. Cū aliqua amissa virginitatē, si totū mundum daret pro ea, & totus esset aurum non recuperaret eam. Bern. in epistolis. Studete perseverantiam quæ sola coronatur. Idem: Scias diabolus soli semper perseverantia insidiari, quā solam virtutum nouit coronari.

De tripli. aureola, scilicet et predicatorum, virginum, & martyrum.
 Sequitur de aureola, quæ est additio ad gloriam electis delectam. Et notandū quod multis modis potest fieri additio ad gloriam. Vno modo per augmentū charitatis secundū quam datur præmiū: vnde charitate augmentata maior gloria datur. ¶ Secūdo in resurrectione per gloriam corporis, vnde

illud Exod. 25. Et super illam alteram coronam aureolam dicit glo. Corona aurea labio mense opponitur, quum in scriptura dicitur: timus egredientes de corpore animas in celis aeterna recipere premia. Hæc aureola superponitur quum in scriptura dicitur, quod est sublimior gloria in receptione corporum seruetur. ¶ Tertio per opera supererogationis sue per impletionem consiliorum. Vnde dicit quædam glo. super prædictum verbum Exod. Corona aurea additur, quum per euangeliū his qui madata custodierunt vita æterna promittitur. Matt. 19. Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Huic corona aureola supponitur, quum dicitur: Si vis esse perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Triplex autem est additio gloriæ, quæ communiter aureola dicitur. Prima est quæ debetur his qui excellenter officium prædicationis exercent. Vnde super prædictum verbum Exo. dicit interlin. In hoc figuratur remuneratio eorum qui in doctoribus excellunt: excellentia verò ista secundum quosdam in hoc attenditur, quod cum prædicatione sit illud opus supererogationis, quod est abrenuntiatio priorum, quæ supererogatio fuit in primis ecclesiæ prædicatoribus, scilicet apostolis. ¶ Et notandum est quod quinq; de causis multum competit officio prædicationis abrenuntiatio priorum. ¶ Prima, ne hi qui cõtempnunt temporalium prædicant, hoc facere videantur vt ea soli habeant. ¶ Secunda est, quia qui habet officium prædicationis, oculi sunt ecclesiæ. Oculos autem expedit longe esse à terra: modicum enim terræ oculo iniectum multum impedit visum. Sic amor terrenorum multum impedit spirituale visum. Eccl. 10. Encania & dona excæcant oculos iudicum. ¶ Tertia est, quia secundum Dei ordinationem officio prædicationis debita est ministratio necessariorum à subditis: vt probat Paul. 1. ad Corin. 9. Quis, inquit, militat suis stipendiis vnquam? Et paulus post: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus. Et iterum: Deus ordinauit his qui euangeliū annuntiant, de euangelio viuere. Item Gal. 6. Communiter is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Matt. 10. Nolite possidere aurum &c. Et subditur: Dignus est operarius cibo suo. Hic. Considerandum est quod vni operi nostro duplex merces debetur: vna in via, alia in patria. Vna quæ nos in labore sustinet: altera, quæ nos in resurrectione remuneret. Beata: Hic merces inchoatur, & in celo perficitur. Idem: Qui faccum & peram prohibuit, sumptus ex prædicatione concedit. Deute. 11. Non alligabis os boui trituranti. Luc. 9. Nihil tuleritis

in via. In signum quòd prædicator non debet ferre secum necessaria, sed alius debet ei ministrare, fert alius pulvinar dicitur no lecturo Euangelium. Cantico. 2. Laua eius sub capite meo.

¶ Quarta est, quia exercetes prædicationem specialiter reputatur operarij in vinea Dei: vnde prouiso eorum specialiter pertinet ad dominum vineæ. De operarijs habetur Math. 9. Misit quidem multa, operarij pauci. Et eiusdè 20. Misit operarios vineam suam. Non reputat Deus operarios illos, qui tantum propter corpus laborant: sicut non reputat dominus vineæ vendematorem qui nõ diligit nisi quod comedit. Chry. Opera nostra sunt opera iustitiæ, non vt agros colamus, nõ vt diuitias acquiramus. Idè: Sicut nemo conducit operariũ vt hoc solũ faciat quod manducat: sic nos nõ ideo vocati sumus vt hæc sola operemur quæ ad nostrum pertinent vsum, sed ad gloriam Dei. Sicut mercenarius totã diẽ impendit circa opus, modicam habet circa cibũ: sic nos omne tempus debemus impẽdere circa gloriam Dei, modicã partem circa terrenos vsus. Beda: Tanta prædicatori debet esse fiducia in Deo, vt præsentis vitæ sumptus non ferat. ¶ Quinta est, vt liberius operi prædicationis possint impendere maxime vtili. Qui enim habent diuitias, vel in toto vel in parte sunt diuitiarum, nec proprij seruitutes possunt esse Deo. Vnde Matth. 6. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Misit in Syra lingua diuitiã. Chry. Diuitiã à seruitute Dei nos emolunt in suã captiuitatẽ. Vnde diuites dicuntur viri diuitiarum. Psal. Sen. Nostri essemus, si nostra non essent. ¶ Secunda additio gloriæ quæ aureola dicitur, est illa quæ debetur virginitati. Quæ glo. super Exo. 21. Ad hanc coronã pertinet canticũ nouũ quod virgines tantũ corã agno cõcinunt, & quæ sequitur, quocumque ierit. Et super illud Apoc. 14. Cantabant quasi canticũ nouum ante sedem. dicit interlin. id est, de integritate animæ & corporis exultabant. ¶ Tertia additio ad gloriã quæ aureola dicitur, est illa quæ debetur martyrio. Prima videtur pertinere ad vim rationale & ad virtutem prudẽtiæ secundũ illam speciem prudentiæ quæ dicitur docilitas, quæ videtur dignior operum prudentiæ. Excellentissimũ verò opus pertinens ad virtutem docilitatis, videtur esse euangelizare. Hoc opus est valde difficile. Vnde super illud 1. ad Cor. 1. Non misit me Deus baptizare & euangelizare, dicit gl. Aug. Perfectè baptizare etiã minus difficile est operis. Ad hoc quòd aliquis perfectè euangelizet, oportet quòd totus à Spiritu sancto occupetur: vt scilicet scientia

Intellectu, charitas in affectu, dulcedo in sermone, lux boni exempli in opere. Opus istud angelicum est. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum, dixit angelus. Imo quodammodo diuinum est opus. Ad illud enim Deus in mundum venit. Esa. 61. Euangelizare mansuetis misit me. Mar. 1. Eamus in ciuitates & vicos proximos vt ibi predicet: ad hoc enim veni. Vnde quum istud opus excellentissimū sit & quasi supra hominē, nō est mirū si exercentes opus istud, supra ceteros homines remunerentur, maxime si excellēter illud exercent: scilicet totaliter illi officio dediti sincere & liberē. Synceitas in hoc attēditur, vt exerceatur sine cupiditate tēporalis lucri. Libertas in hoc, quod sine timore tēporalis damni. Exercentes hoc officiū hic p̄honorandi sunt, & similiter in futuro p̄honorabuntur. 1. ad Tim. 3. Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant verbo & doctrina. Et super illud ad Eph. 1. Vt sciatis quę sit supereminēs magnitudo virtutis eius in nos. dicit Gl. Quodam incrementum habebunt summi doctores, yltra illud quod omnes cōmunitur habebunt. Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamēti: & qui ad iustitiā erudiunt plurimos: quasi stellę in perpetuas aternitates. Sicut claritas stellarum excedit claritatē firmamenti: sic claritas doctorū claritatē ceterorum. Ipsi habebunt coronam non solum pro se, sed etiam pro aliis qui per eos saluari fuerint. Vnde super illud Phil. 4. Fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudiū meum & corona mea. Dicit glo. Amb. Per quos in praesenti latificor, & in futuro coronabor. Discipulis enim in agone victoribus, dignus est corona magister aureola. ¶ Secūda videtur pertinere ad vim concupiscibilē & ad virtutē temperantię secundū illam partē eius quę dicitur continentia virginalis. Virginitas triumphat de cōcupiscētia illa quę seuior est. In mēbris enim generationi deputatis maxime seuit cōcupiscētia. Ipsa refrēnat maxime delectationē quę sit: illam scilicet quę est secundū tactū, & excellēti modo: integritate scilicet carnis, vel incorruptione seruata. Ipsa etiā gloriam filiorū amore Dei contemnit: vnde non est mirū, si gloria eius in futuro cumuletur. ¶ Tercia aureola videtur pertinere ad vim irascibilē & ad virtutē fortitudinis. Martyrio enim superatur mors, quę est maximū terribiliū. Vnde nō est mirū, si martyres p̄ ceteris remunerantur. Et vt vno verbo dicatur, in carne p̄ter carnē viuere, euāgelizare, mortē nō timere, supra hominē esse videntur, vnde merito horū operum sicut remuneratio super ceteros. Aureola videtur pertinere ad

virtutē iustitię: q̄ hoc triplex meritū habēt, speciales imitatores Christi sunt in presenti vita, & speciales imitatores eius cetera gloria. Christus fuit virgo, p̄dicator, & martyr: & Io. Baptista a quo incepit euāgelizatio regni celestis. Decebat vas integritatis esse & sincerū p̄ virginitatē, in quo repositū erat balsamū castitatis sapiētīę dispēsandū per p̄dicatōnē, & cādorū mūditatē. Et ceteri decuit candorem sapiētīę: & vt nullus locis remaneret in obprobriationi, veritatē doctrīę necesse fuit cōfirmari morte. Nulli enim sani cōpitis auderet mendaciū morte propria confirmari.

De Continentia viduali.

C A P. XII.

Dicendum est de aliis duabus partibus continentię. Et primo de illa quę est abstinētia ab omni coitu post expulsiōnem carnalis operis. Hęc enim continētia dignior videtur cōtinētia cōiugali, cū ei debeatur fructus sexagesimus. Mar. 13. Similior etiā videtur esse virginali continētia, quum abstinētia ab omni coitu sicut & ipsa. Hęc species verō continētia quum nō habeat nomē propriū quo nominetur, quādoque vocatur castitas: quod nomē generalius solet accipi pro cōtinētia quacunque: quādoque verō nominatur continētia viduali quę est species ipsius. Abstinētia enim ab omni coitu in carne corrupta: quędā est vidualis. vt illorum qui fuerūt in matrimonio: quędā verō nō est vidualis, vt illorū qui non fuerunt in matrimonio, vt sunt ministri ecclesię. Ad cōmendatōnē castitatis dicit illud Ber. in epistolis: Quid castitate decorius, quā mōdo de immūdo cōceptū semine, de hoste domestico, angelū deus de homine facit: Differūt quidē inter se homo pudicus & angelus, licet felicitate, non virtute. Sed & si illius castitas felicitas hui⁹ tamē esse fortior cognoscitur. Multa etiā de his quę possunt ad cōmendatōnem continētia in genere vel virginitate referri possunt ad cōmendatōnem castitatis. Castitas verō vidualis cōmendatur exēplo turturis, quę vni marito associatur in tota vita sua: vt legitur in li. de naturā animalīū. Hęc etiā commendatur a p̄dicatore Apost. i. ad Cor. 7. dicens: Dico autē innuptis & viduis: bonū est illis si sic permaneant, sicut & ego: q̄ si nō se continent, melius est nubere, quā vni. De hoc cōmendatur Iudith 13. v. 1. dem: Confortatū est cor tuū, eō q̄ castitate amaueris, & postea: rum tuum alium nescieris, ideo eris benedicta in eternū. Castitate vidualem incitare potest personā relictam vnitas quę fuit & carnalis & mētalis, inter eam & cōparē suū dū viuē. Fuerunt enim duo in carne vna. Gen. 1. & Matt. 19. Et subdit: Itaque iam nō sunt duo, sed vna caro: ergo persona relicta quę

semimortua est. Vnde satis rationabile est, vt non multū ad-
 hereat huic seculo: sed magis cogitet de alio, in quo iā est qua-
 si dimidia, & in breui tota futura. Vnde Aug. 4. li. Cōfess. loquēs
 de quodā amico suo defuncto: Bene dixit quidā de amico suo,
 Dimidiū animę suę: nā ego sensi animā meam & animā illius
 vnā fuisse in duobus corporibus: & ideo horrore erat mihi vita,
 quia nolebā dimidiū viuere. Ber. super Cant. loquēs de fratre
 suo Gerardo defuncto: Quum essemus cor vnū & anima vnā,
 hęc meā pariter & ipsius animam pertransiuit gladius, & scin-
 dēs mediā partē locauit in cęlo, partem verō in cœno deseruit.
 Ego illa portio misera in luto iacēs, truncata parte sui & parte
 potiori. Ad vidualem etiam castitatem incitare potest oppressio
 filiorū, quā facere solēt secundi, mariti filiis qui fuerūt de pri-
 mo marito. Et tribulatio experra, quā habēt q̄ sunt in cōiugio.
 1. ad Cor. 7. Tribulationē carnis habebunt huiusmodi. Glōf. Pro
 necessariis rebus prouidendis sibi & filiis. Ad idem incitare po-
 test impedimentū Deo seruiendi. 1. ad Cor. 7. Hoc ad vtilitatem
 vestrā dico: nō vt laqueū vobis iniiciā, sed ad id quod honestū
 est, & quod facultatem præbeat sine impedimento domino ob-
 seruandi. Si quis autem &c. ¶ Et notandum, q̄ castitas vidualis
 specialiter cōmendabilis est in iuvene quę modicum fuit cum
 viro, quum postea toto tempore vitę suę cōtinet. De hoc cōm-
 mendatur Anna Luc. 2. Hęc processerat in diebus multis, & vi-
 uerat cū viro suo annis 7 11. à virginitate sua. Et hęc vidua vs-
 que ad annos 1 x x x 1 1 1. Hier. Perfectę virtutis indicium est,
 renuntiare subito ex parte voluptari, fugere notas carnis illece-
 bras, & calens adhuc ætatis flammās fidei ardore extinguere.
 ¶ Et notandū, q̄ mulier quę vidualem castitatem vult seruare,
 debet occasiones peccandi declinare. Vnde legitur de turture in
 l. de natura animalium, q̄ in æstate se mittat ad loca frigida: in
 hyeme verō non apparet: sed manet in nido. Hiero. Parum ca-
 stitati credo sine suis, appenditiis. ¶ Tria videtur esse appetitū
 castitati viduali. ¶ Primū est, nō euagari, sed vel in propria do-
 mo manere, vel in tēplo orare. De quo cōmendatur Anna Luc.
 2. Quę nō discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus ser-
 uens, die ac nocte, Euagatio in viduis reprehenditur 1. ad Ti. 5.
 Simul otiosę disēnt circuire domos: nō solum autem otiosę, sed
 & verbosę & curiosę, loquentes quę nō oportet. ¶ Secundū est,
 ciborum asperitas. 1. ad Tim. 5. Vidua quę in deliciis est, viuens
 mortua est. Gl. Viuēs in quā vita corporis, mortua est in anima.
 ¶ Tertium est, vestitū humilitas. Vnde Genes. 38. legitur de

Thamat, quod deposita veste viduitatis assumpsit aliū habitū, quando voluit carnali operi intendere. Ornatus qui tolerabilis est in ea quæ necesse habet placere viro suo, non est tolerabilis in vidua, quæ ad hoc solum studere debet vt placeat Deo.

De castitate ministrorum ecclesie. Et de octo causis quare castitas multum eis competat.

C A P. XIII.

NOtandum ergo, quod castitas multum decet eos, vnde etiam apud Gentiles, sacerdotes castitatē amplectebantur. Placuit in Timæo: Sacerdotiis præditi apud Athenas separati à cetero populo manebāt, ne cōtagione aliqua eorum castitas pollueretur. Castitas figuratiter suaderetur ministris ecclesie, Exo. 12. ne comesturis agnum paschalē dicitur, Renes vestros accingetis. Itē eiusdem 29. Indues, inquit, tunicis lineis, & cinges balteum Aaron & filios eius. Itē Leui. 16. Feminalibus lineis vereda accingetur zona linea. Minister ecclesie castus, est vnus illorum trium qui bene incedunt. Prou. pen. Tria sunt que bene gradiūtur, & quartū, quod incedit feliciter, enumeratur secundo loco gallus succinctus lumbos. Sap. 4. O quā pulchra est ista generatio cum claritate dignitatis, scilicet ecclesiastica. Thren. 4. Candidiores Nazaræi eius niue nitidiores lacte. Cadaver niueus vel lacteus est vera castitas. Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti. ad Eph. 6. State succincti lumbos vestros in veritate. ad 1. ad Tim. 3. vbi describitur quales debeāt esse ministri ecclesie, dicitur quod oportet episcopū esse pudicum. Et paulo post dicitur, quod diaconos similiter oportet pudicos esse. Et ciuitates 5. Te ipsum castum custodi. Et 1. Pe. 1. Propter quod succincti lumbos mentis vestre, sobrii perfecti sperate in eam quæ offert vobis gratiā. Et ad Tit. 1. dicitur de episcopo, quod oportet episcopum esse continentem. ¶ Et notandū, quod octo causis agnari possunt, quare castitas multum cōpetit ministris ecclesie. ¶ Prima est, quia ipsi debēt Deū placere. Ecc. 4. 4. In tēpore iræ diē factus est reconciliatio. Placere verò non possunt nisi placeant. Placere verò nō possunt, si carnaliter viuāt. ad Ro. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Bern. Vix filius iræ nondum reconciliati, reconciliationis aliene negotiū quasi quæ iustitiā fecerit apprehēdunt. ¶ Secūda est, quia ipsi sunt in loco Dei, ideo viuere debent vt Deus: spiritualiter scilicet, non carnaliter. Deus enim spiritus est. Io. 4. Apoc. 1. Vidit Ioannes filium filio hominis, præcinctum ad mānillas zona aurea. Sanctus filio hominis est vicarius Christi, qui zonam auream cōsentientie debet habere. ¶ Tertia est, quia ipsi angelicam officium

habent eia
nem angel
Angelus d
ad dominu
ipsi intend
Deo non d
ta est. Nec
& amor co
Iohannes Eu
ad habeba
horum non
ambulare.
nos sancto
habeo pan
sunt pueri
mini, & pa
Homo qui
coler ad m
cū dedit
acclerite o
immundit
Nazarum
sunt sacro
dumini q
fate alios,
mundo qu
faciamini, n
sacerdotes
gr. Iudas
Dei, & mū
sunt nobili
cobina car
blam à iu
emator fac
tū, vt cus
in ballan
Quasi ball
mini eloqu
tia primū
sacras liter
nisti sunt
hal. e

habent eidem domino seruientes cui & angeli: ideo & puritatem angelicam habere debet. Vnde Malac. 2. dicitur de sacerdote, Angelus domini exercituum est. Exo. 19. Sacerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificentur ne percutiat eos. ¶ Quarta est, quia ipsi intendunt spirituali generationi, quæ munda & sancta est: ideo non decet eos intedere generationi carnali, quæ immunda est. Nec expedit eos habere filios carnales: ne dum sollicitudo amor eorum diuiduntur ad eos, minuatur ad filios spirituales. Iohannes Euangelista virgo maiorem sollicitudinem & dilectionem habebat ad filios spirituales, quam ad carnales. 3. Io. Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare. ¶ Quinta est, quia ipsi correctant sancta: ideo oportet eos sanctos esse, maxime quantum ad carnis munditiam. 1. Reg. 11. Non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus, maducet. Leui. 21. Incesum domini, & panes Dei sui offerunt: & ideo sancti erunt. Item in eodem: Homo qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Macula valde turpis, luxuria est: hæc macula dedit Salomō in sua gloria. Ecc. 47. Item Leui. 22. Homo qui auellerit de stirpe vestra ad ea quæ sanctificata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino. 1. Reg. 7. Sanctificauerunt Bezazarum, ut custodiret arcam Domini. 1. Paral. 15. Sanctificati sunt sacerdotes & leuitæ, ut portaret arcam Domini. Ezech. 32. Mundamini quæ fertis vasa Domini. ¶ Sexta est, quia eos oportet mundare alios, ideo oportet eos esse valde mundos. Eccl. 34. Ab immundo quid mundabitur? 2. Para. 29. dictum est Leuitis: Sanctificamini, mundate domum Domini. Neemiæ 12. Mundati sunt sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum. 1. Mach. 4. Elegit Iudas sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, & mundauerunt sancta. ¶ Septima est, quia ipsi habent sponsam nobilissimam, scilicet sapientiam: ideo facilius sponsa vel concubina carnali carere possunt. Sapi. 8. Hanc amavi, & exquisiui eam a iuuenture mea, & quesui sponsam eam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Pro. 7. Prudentiam voca amicam, ut custodiat te a muliere extranea: Homines quasi immergi in balsamo sapientia, immunes sunt a corruptione. Eccl. 24. Quasi balsamum non mistum odor meus. In Psal. Eloquia Domini eloquia casta. Ab effectu. Iac. 3. Quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est, id est, pudicium faciens. Hiero. Amaras literas, & carnis vicia non amabis. ¶ Octaua est, quia ipsi ministri sunt Altissimi, ideo decet ut ipsi sint proprii ipsius. Decet

enim dominum tantum habere proprios seruientes quod
habet similiter potestatem in corpore eorum. 1. ad Cor. 7.
sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

*De continentia conjugali. Et primo de destructione erroris illorum
qui damnant matrimonium.*

CAP. XIII.

Sequitur de continentia conjugali. Circa quam primo delin-
quitur error ille qui matrimonium damnat. Secundo, matrimo-
nium commendabitur. Tertio, ostendetur qualiter sint mat-
rimonia contrahenda. Quarto, quia continentia conjugalis ab-
inet à carnali opere illicito, & vititur licito, & ostenditur quod
opus carnale sit licitum, & quod illicitum. ¶ Circa primū verō
ponem⁹ testimonia Noui testamēti, quibus dictus error
nititur. Secundo autoritates & rationes quib⁹ falsitas dicti
erroris conuincitur. Qui sunt huius erroris, vocantur Cathari
à catho cuius posteriora osculantur, in cuius specie Luciferus
dicunt sibi apparere. Vel à catha, quod est fluxus: desuunt eni-
per diuersa vitia: ponunt enim naturam corporis malam esse
esse à principio malo: debere eā omnibus modis purgari, ma-
tius à natura mala liberemur: vnde nolunt fluxum illū ma-
monio restringi. Ipsi dicūt opus carnale, q̄ tamē ab vxore con-
cetur, fornicationem esse, vtentes ad hoc probādum illo ver-
1. ad Cor. 7. Propter fornicationem vnusquisque vxorem suam
habeat: ergo est fornicatio cū vxore. Sed verbum dictum hoc
intelligendū. Propter fornicationē &c. non propter fornicatio-
nem faciendā, sed euitandā. Simile ad Ro. 4. Christus crucifig-
est propter delicta nostra, nō faciēda, sed destruēda. Et est
garis modus loquendi: vnde dicitur aliquis ferre pellitē p-
pter frigus: nō propter frigus faciendum, sed repellendū. Item
eodem: Hoc autē dico secundū indulgentiam, nō secundū
perium: ergo peccatū est matrimoniū, cū indulgearur. ¶ Post
pōst dicit ibidem Apostolus: Volo omnes esse sicut me ipsū
est, continentēs. Et dicendū est, q̄ indulgētia ibi nō accipitur
venia, sed pro cōcessione minoris boni. Minus enim bonum
matrimonium, quā virginitas vel castitas. Vtrūque bonum
& donum Dei. Vnde subdit Apostolus: Vnusquisque propriū
donum habet ex Deo, alius quidē sic, alius verō sic. Propter
ergo dicit, quod vult omnes homines esse sicut se: quia vult
eos nō solum bonos esse, sed etiam meliores. Item in cōtra-
citur: bonum est homini mulierem nō tāgere: ergo malum
eam tangere. Non sequitur: sicut nō sequitur: bonū est nō
re vinum, ergo malum est bibere vinum. Item in eodē: Qui

vent vxores, sint tanquā non habentes: ergo malum est, cum eis
 commiseri. Sed hoc nō sequitur: sicut nō sequitur: Qui emunt,
 sint tanquā non possidentes, quod ibidē legitur: ergo nō debēt
 comedere de fructibus agri empti. Qui habet vxorē est tanquā
 non habēs, si debitū reddit & non exigit. Item dominus monet
 ad relinquendum vxorē. Luc. 18. Nemo est qui relinquit domū,
 aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum
 Dei, & nō recipiat multo plura in hoc tempore &c. & Eiusdem
 14. Si quis venit ad me, & nō odit patrem suū & matrē suā &
 vxorē suā &c. non potest meus esse discipulus: ergo vxor est ce-
 liguēda & odio habēda. Ad quod dicendū, quod vxor est relin-
 quēda & odienda eo modo quo & pater & mater, vt scilicet si
 vale trahere aliquem ad idololatriā, vel heresim, vel aliud pec-
 catum, nō consentiatur ei: tamen si bene se habeat, amāda est si
 pater & mater. 1. ad Cor. 7. Si quis frater vxorē habet infide-
 lē, & hæc cōsērit habitare cū illo, nō dimittat illā. ¶ Licet autem
 dicitur error iā in sua radice destructus sit, vbi fuit destructus
 error Manicheorū, qui ponit principia prima, vnū bonū, & aliud
 malum, a quo dicit esse ea quæ sunt corruptibilia, a quo errore
 hic error eorum habuit: tamen manifeste falsitas eius conuincit
 perest testimonijs scripturæ quæ sequuntur. Mat. 19. Phariseis in-
 terrogantibus Christum, an liceret dimittere vxorem suā qua-
 cūque ex causa. Ipse præmisso testimonio Genes. intulit, Quod
 ergo Deus cōiunxit, homo nō separet. Ostēdens manifeste ma-
 trimoniū esse à Deo, & nō esse ab homine separandū. Patet er-
 go quod matrimoniū est bonum. Item Luc. 1. dicitur de Zacha-
 ria & Elizabeth vxore eius, quod ambo erant iusti ante Deum,
 procedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini,
 sine querela, & quod Angelus Gabriel Zachariæ nuntiavit hæc:
 Elizabeth vxor tua pariet tibi filium. Et paulō post: Et Spiritu-
 sancto replebitur adhuc, ex vtero matris sue. Non est ergo ma-
 trimonium malum in quo sancti homines fuerunt, & ex quo
 fructus tam bonus processit. Et Io. 2. Maria interfuit nuptiis, &
 Iesus & discipuli eius ad eas vocati sunt, & fecit ibi Iesus initiū
 signorū suorum. Non honorasset Christus tot modis nuptias,
 si male essent. Item ad Rom. 7. Mulier, viuente viro vocabitur
 adultera, si fuerit cum altero viro. Si autem fuerit mortuus
 vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cū
 altero viro. Itē 1. ad Cor. 7. Vxori vir debitū reddat: similiter &
 vxor viro. Et in eodem: Nolite fraudari ad inuicem, nisi forte ad
 tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum.

Et

Et iterum: His qui in matrimonio iuncti sunt præcipio, non se
 sed Dominus, vxorem à viro nõ discedere Et paulò post: Et
 vxorem non dimittat. Itẽ in eodẽ: Alligatus es vxori, noli
 rere solutionem. Solutus es ab vxore, noli quarere vxorẽ. Si
 rem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, nõ
 cavit. Item in eodem: Qui matrimonio iungit virginem
 bene facit, & qui nõ iungit, melius facit. Mulier alligata est
 quanto tempore vir eius viuit. Quòd si dormierit vir eius,
 rata est à lege viri: cui vult, nubat, tantum in Domino, ergo
 secundæ nuptiæ sunt licitæ. Item ad Eph. 5. Viri diligite
 vestras & c. In eodem: Vnusquisq; vxorem suam sicut se
 diligat. Et 1. ad Timot. 2. Mulier seducta in præuacatione
 Saluabitur autem per filiorum generationem. Item 4. Spiritus
 manifestè dicit: quia in nouissimis temporibus discedent
 à fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum
 in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentem
 suam conscientiam, & prohibentium nubere & c. Et
 dem 5. Volo iuniores nubere, filios procreare, matres famulantes
 esse. Item ad Hebræ. vlt. Honorabile coniugium in omnibus
 (supple sit) & thorus immaculatus. Fornicatores enim &
 teros iudicabit Deus; id est, dånabit. Ber. Omni immunditia
 benas laxat, qui nuptias damnat. Idem: Rara est in terris
 nentia, neque pro tantillo quæstu exinaniuit se Filius Dei
 mam serui accipiens. In hac approbatione matrimonij con
 niunt nobiscũ tam Iudæi quàm gentiles. Gentiles enim in
 ratione habuerunt coniugiũ, & filios qui nõ erant nati de
 illegitimos iudicabant. In hoc autem conueniunt nobiscum
 piensissimi, vt Salomon Prover. 19. Domus & diuitiæ dantur
 paritibus, à Domino verò propriè vxor prudens. Seneca etiam
 vxorem habuit, vt apertè habetur in eius epistolis. Et notandum
 quòd illi qui sunt huius erroris, dicunt mulierem damnari
 prægnans decedat vel in partu. Quòd manifestè patet esse
 sum in Elizabeth, Luc. 1. quæ prægnans erat quum saluata
 beata Virgo: & tamen repleta est Spiritu sancto, & infans ex
 tauit in utero eius, quæ si decessisset in partu, saluata esset
 tus enim pœnam habet, non culpam.

De commendatione Matrimonij.

CAP. XV.

S Equitur de cõmendatione matrimonij. ¶ Et notandum
 quod duodecim sunt, quibus matrimonium potest committi
 fidelibus, qui vtrũque testamentũ recipiunt. ¶ Primum est, auctoritas
 instituentis illud. Cũ alios ordines instituerit alios
 instituit.

sancti vt Aug. vel Benedictus, ordinē matrimonij instituit ipse
 Deus qui errare nō potest. Vnde si culpabilis est q. ordinē beati
 benedicti trāsgreditur: cōstat q. valde culpabilis est qui trāsgre-
 ditur ordinē matrimonij à Deo institutum. ¶ Secundum est, lo-
 cus in quo institutum est, scilicet paradysus. Institutū enim est
 immisso sopore in Adam. Gen. 2. Et raptus est Adam in spiritu,
 & interfuit curiæ celesti, & ibi agnoscit virtutem matrimonij,
 & cuius rei esset sacramentum. Et erat Adam tunc corpore
 in paradiso terrestri, mēre verò in paradiso celesti. Vnde super
 Gen. dicit glōf. August. Extasis recte intelligitur ad hoc immis-
 sa, vt mens Adæ particeps Angelicæ curiæ & intrās in sanctua-
 rium Dei nouissima intelligeret: vnde euigilans prophético spi-
 ritu exultauit, Hoc nunc os ex ossibus meis &c. Hæc verba cum
 Adæ scriptura fuisse dicat, Christus in Euangelio Deum dixisse
 declarat. Matt. 19. vt intelligamus per illam extasim Adam diu-
 nitus hæc dixisse. ¶ Tertium est antiquitas. Non enim de nouo
 institutus est ordo iste, imò antiquitate excedit omnem ordi-
 nem in terris institutū. ¶ Quartum est, status. Institutum enim
 est in statu innocentie in illo felici tempore in quo homo nō
 dem peccauerat. ¶ Quintum est, quod hunc solum ordinem sal-
 uauit Deus tēpore diluuij. In arca enim tantū saluati sunt Noë
 & vxor eius, & tres filij eius & vxores eorū. Si qui erant concu-
 binarij, si quæ meretrices, omnes diluuiō sunt submersi. ¶ Sextū
 est, quod beata Virgo hunc ordinem intrare voluit: licet propo-
 suisset seruare virginitatē: quod nō parum facit ad honorem
 matrimonij: noluit filius carnem ex ea assumere, donec fuit in
 matrimonio. Matrimonij pallium est quo beata virgo vsa est,
 quo occultauit celestem conceptum. Sub quo pallio latere vo-
 luit filius Dei: sub hoc pallio celatū est diabolo mysterium re-
 demptionis nostræ. Infelices & maledictæ sunt illæ quæ potius
 eligunt esse in confusione diaboli quàm in ordine beatæ Virgi-
 nis. Confusio diaboli est status meretricū, quæ quandoque pec-
 cant cum patre, quādoque cū filio, quādoque cum duobus fra-
 tribus vel cognatis, quādoque cū solutis, quādoque cū coniugatis,
 quādoque cum sacerdotibus, quādoque cum religiosis,
 quādoque cum leprosis. Infelices etiam sunt adulteræ quæ
 matrimonio non deferunt, quæ non timent pallium beatæ Vir-
 ginis inquinare. ¶ Septimū est, quod Deus voluit honorare nup-
 tias sua præsentia & matris suæ, & discipulorum suorum. Io. 2.
 Vbi inueniunt concubinarij quod Christus vel beata virgo in
 domibus eorū comederit? Diabolus potius in domibus eorum
 inhab

inhabitat, cui de corporibus suis sacrificia faciunt. Sicut enim qui continentur viuunt, corpora sua Deo sacrificant. Iuxta illud Rom. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. Sic qui luxuriose viuunt, corpora sua sacrificant diabolo. Quomodo habitaret Deus, ubi existeret opus illud quod plus Deo foetet & angelis eius, quam aliquod cadaver hominibus foetet? ¶ Octauum est, quod Dominus proprias voluit honorare. Primo aperto miraculo quod fecit coram discipulis suis. Ipsum verò miraculū quo aqua mutata in vinum, ostendit cuius virtutis sit matrimonium. Aqua enim vilis est, vinū pretiosum. Sic opus carnale absque matrimonio vile quid est: opus vero matrimoniale pretiosum. Vnde infelices sunt concubinarij, qui aquam foetentē vino pretioso pretigunt, potius volentes exercere opus illud extra matrimonium peccato, quam in matrimonio sine peccato. Infelices etiam sunt illi qui vinum bonum & purū habent, & relinquunt illud pro vino prauo quasi felle misto. Hi sunt illi qui proprias habent & alienis adharēt. ¶ Nonū est, excellens benedictio quae ecclesia facit coniugibus iuxta altare ad missam in praesentia Domini corporis. Qui potius vult esse concubinaris quam legitimus maritus, ipse potius vult habere maledictionē quam benedictionē. Quādiu enim est in peccato, maledictus est quae agat. In Psal. Nōluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Concubinarij videntur velle maledictionem, & meritō illam habent. Dicitur enim eis illud Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem aeternum. His autē qui bene se habent in matrimonio dicitur illud Matt. Venite benedicti Patris mei &c. ¶ Decimū est, pretiosus fructus, qui ex matrimonio sequitur. Generant enim inde filij huius seculi, qui post per adoptionem sunt filij Dei. Si quis haberet vineā quae annuatim ferret mille modios vini, valde amaret eam. Quantum ergo amandum est matrimonium vnde pueri procreantur, cum puer vnus praeualeat totum quod in mundo est? Ex matrimonio generatur virginitas, de qua si virginitas multum amanda est, & matrimonium multum amandum est. Hiero. Laudo coniugium, quia virgines generant lego de spinis rosam, de concha margaritam. Vnde infelices sunt meretrices quae operi carnali intēdunt, & tamen quia tunc ponēdo se omnibus se ita inquināt, nō sunt dignae vt Deus eis fructum prolis. Mira fatuitas, nō cessant seminare, licet deat se nullū fructum inde colligere. Meretrices habent officium in mūdo isto iugulandi homines pro denario & denario. Vir-

er latrones inuenitur aliquis qui tale officium velit habere. Ipse
 dicitur in die iudicii, si queratur ab eis ubi filii carum? Ipse dāna-
 buntur quasi eos occiderint. Exponendo enim se omnibus quasi
 suffocauerūt eos. ¶ Undecimum est, quod matrimonium est unū
 de septem sacramentis ecclesie. Si quis in aqua baptismi lutum
 haureret, vel alio modo sacramento baptismi contumeliam
 faceret, non esset parū culpabilis. Sic nec parū culpabilis est qui
 alterādo sacramento matrimonij contumeliā facit. ¶ Duodeci-
 mum est, virtus magna matrimonij, quæ multis potest ostendi.
 Primo per hoc quod opus carnale quod sine eo esset mortale, cum
 eo est veniale, vel omnino sine peccato. Secundo per hoc quod re-
 motū est contra mala quæ ex meretricio sequuntur concubitu,
 quæ sunt sterilitas, prolis interfectio, incestus. Tertio per hoc
 quod adeo efficax est ad concordiam faciendam, quæ adeo placet Deo,
 sicut discordia multū ei displicet. Tota patria vna vno matri-
 monio quādoque ad concordiam reducitur. Prou. 6. Sex sunt quæ
 odit Deus, & septimum detestatur anima eius. Septimum
 quod detestatur est ille qui seminat inter fratres discordias.
 Quarto per hoc quod defendit hominem ex ea parte qua diabolus
 cum fortius impugnat. Job 40. Fortitudo eius in lumbis eius.

De modo contrahendi Matrimonium. CAP. XVI.

Orandum ergo quod ille qui vult contrahere matrimo-
 nium, Primò debet habere intentionem ad Deum: vt scilicet cō-
 trahat desiderio generandi filios secundū carnem, qui post fiat filij
 Dei per adoptionem. In illis enim qui Deum excludunt ad intentionem
 sua potestate habet demonium. Tob. 6. dixit angelus Tobie mi-
 nor: In eos qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum a se & a sua mente
 excludant, & lux libidini ita vacet, sicut equus & mulus in quibus
 non est intellectus, habet super eos demonium potestatem. Et in eo-
 rum accipies virginem cum timore Domini, & amore filiorum magis
 quam libidinis ductus. Item eiusdem 8. dixit Tobias minor: Nunc Do-
 mine tu scis quoniam non luxurie causa accipio uxorem meam, sed
 pro posteritatis dilectione in qua benedicatur nomen tuum in se-
 cula seculorum. ¶ Secundo debet eligere uxorem similem sibi nobilem si
 nobiles est, ignobilem si est ignobilis. Gen. 2. Faciamus ei adiuto-
 riū similem sibi. De costa viri formauit Dominus mulierem, ne posset
 vnus contra alterū gloriari se esse de nobiliori genere. Non for-
 mauit Deo mulierem de capite, ne crederetur formata ad domina-
 tionem. Neque de pede, ne crederetur subiicienda in seruitutem: sed de
 costa, vt habitaretur tanquam sociā. Poëta: Si qua voles apte nubere,
 nube

nube pari: Paritas ista nō solū artēdēda est quantū ad nobilitatē, sed etiā quātū ad iunētūrē & pulchritudinē. Quādo enim inanis & pulchra nubit seni & deformi, habet eū exolum & ad altera efficitur. Paritas ista bene in anulo ostēditur: qui si stricte sit, digito nō cōgruit: si latior, decidit. Sic se habet inter cōiugēs si sint dispares: quia vel simul manentes non sunt concordēs, vnus ab altero discedit. ¶ Tertio, vt cū tali contrahat, quæ sit progenie bona. Nō debet ducere filiā vsurarij vel raptoris. Hic enim fuit vna de causis diluuij. Vidētes enim filij Dei filias minimum quōd essent pulchræ, acceperūt vxores sibi ex omnibus quas elegerāt. Gen. 6. Filij Dei vocātur qui erāt de stirpe Seth filij hominū qui erāt de stirpe Cain. ¶ Quarto q̄ persona cū contrahit sit bona & prudens, quod est vnū de magnis donis Dei. Pro. 19. Domus & diuitiæ dātur à parētibus: à domino vero patriē vxor prudēs. Ecl. 26. Mulieris bonæ beatus vir. Et in eodē Pars bona, mulier bona, in parte bona timētū Deū, dabitur pro factis bonis. Et in eodē: Gratia super gratiā, mulier sancta pudorata. 1. Cor. 6. Sāctificatus est vir infidelis p̄ muliere fide.

Quod opus carnale sit illicitum & quod licitum. Et quot opus requirantur ad hoc quōd opus carnale fiat sine culpa & meritorie. Et quot sint quæ requirāt inseparabilitatem matrimonij.

CAP. XVII.

Sequitur videre de opere carnali, quod sit illicitū & q̄ licitū. Poterit tamē videri alicui q̄ op⁹ illud nūquā fiat sine culpa. ¶ Primò p̄ hoc q̄ dicit Aug. in li. de fide ad Pe. Sine libidine nō est parētū cōcubitus. ¶ Secūdò per hoc quod dicit gl. Hier. super illud 1. Pet. 3. Vt non impediātur orationes vestre. Impediuntur orationes officio cōiugali comemorat: quia quotiescūq; vxori debet reddo, orare nō possum. Vult enim secūdū gl. illā, reddicio debet semp̄ habere culpā, cū semper orationē impediāt. ¶ Tertio per hoc quod dicit gl. super illud 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpore suū peccat. Hic propriē seruit anima corpori, sed vbi anima debet dominari corpori, seruit ei, videtur esse peccatū, cū sit priuatio debiti ordinis. ¶ Quarto per hoc quod dicit gl. super illud. Sic totus homo absorbetur à carne, vt iā dici nō possit spiritus meus suus esse, sed simul totus homo dici possit caro. ¶ Quinto per hoc q̄ semper in illo opere videtur esse immoderata cōcupiscentia. Et dicēdū est quōd opus illud exerceri potest sine culpa, & etiam meritorie, in tribus casibus. ¶ Primus est, cū causa prolis suscipiēda & ad cultū Dei educēda, cū aliis de necessitate circumstātijs. Aug. Cōcubitus necessarius est causa generandi.

pabilis est solus nuptialis. Iste concubitus solus dicitur esse nu-
 ptialis, quia principaliter institutum est matrimonium ad suscipi-
 endam prolem. Et hæc prima institutio & principalis dicitur fuisse
 facta in officium. Secunda eius institutio fuit in remediū, scilicet ad
 fornicationem euitandā. ¶ Secundus casus est cum perenti reddi-
 tur debitum. Aug. Reddere debitum conjugale, nullius est criminis.
 In hoc casu iustitia mouet. ¶ Tertius casus est, cum aliquis exigat
 opus illud, ut caueat compari suo ne in peccatum cadat: ut cum ali-
 quis scies uxorem suam verecundam & nunquam petituram debitum,
 & timeret de casu eius, debitum exigit. Et in hoc casu pietas mouet.
 Si vero aliquis exerceat opus illud, ut impleat concupiscentiam
 suam, culpa est ibi quandoque venialis, quandoque mortalis. Veni-
 alis, quando concupiscentia ita subiecta est rationi, quod non co-
 gnosceret eam nisi esset coniunx sua. Mortalis vero, quando adeo
 immoderata est concupiscentia quod cognosceret eam, licet non
 esset sua. Et in hoc casu intelligitur illud verbum quod dicit glo.
 super 1. ad Corint. 7. Omnis vehemens amator, propria uxoris
 adulter est. Et ibidem dicit glo. Aug. Coniugalis concubitus ge-
 nerandi gratia non habet culpam: concupiscentia vero satianda, sed
 tamen cum coniuge, habet culpam propter thoti fidem venialem. In
 verbo vero Aug. in lib. de fide, ad Pet. libido dicitur concupi-
 scentia inordinata, quæ poena est, & non sumitur pro culpa vel ve-
 niali vel mortali. ¶ Ad aliud dicendum quod oratio sumitur quæ-
 doque pro quolibet bono opere. Vnde gl. super 1. Thes. vlt. Non
 desinit orare qui non desinit bene agere. Quandoque pro oratio-
 ne vocali: quandoque vero pro actu interiori, cum anima in Deum
 afficitur. Et iste actus excellens animæ impeditur opere carna-
 li. Si enim animæ vires ordinentur, generatiua videtur esse infi-
 nisita: vnde non est mirum si operationes illarum virium sibi
 confociantur. Idem intelligendum est de illuminatione pro-
 phetica, quæ tunc non habet fieri. Hier. super Matt. Connubia le-
 gitima carent peccato, non tamen tempore illo quo conjugales
 actus geruntur: præsentia sancti Spiritus dabitur, etsi propheta
 esse videatur qui officio generationis obsequitur. Glossa vero
 quæ sunt super illud 1. Corint. 6. Qui fornicatur &c. intelligen-
 tur non de conjugali facto cum debitis circumstantiis, sed
 opere libidinoso, ubi ratio vincitur. Ad illud autem quod im-
 moderatione delectationis obicitur, dicendum est quod ex quo Adā
 peccauit, non fuit conjugale opus sine aliqua immoderatione: sed
 quædam immoderatio est quæ poena est solū, & prouenit ex in-

ordinatione scilicet concupiscentiæ. Sed ex quo aliqua predictarum triam causarum, prius inchoatur opus illud, & propter delectationem, & delectatio manet infra fines suos, licet in vi brutali, nec trahitur ratio ut delectationi confertur, non est delectatio illa peccatum. Aquæ enim inferiores superioribus sunt diuisæ firmamento virtutis.

Quot & quæ requirantur ad hoc quod opus carnale sine culpa sit & meritorium.

Et notandum quod multa requiruntur ad hoc quod opus carnale sine culpa sit & meritorium. Primum est, ut fiat in eadem specie. Natura enim est vis rebus infra ex similibus procreas summa. Unde si fiat opus illud in alia specie, est peccatum contra naturam quod tangitur Exo. 22. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Et Deut. 27. Maledictus qui dormierit cum aliquo iumento. Secundum ut fiat in organo simili. Si verò fiat in organo dissimili est peccatum contra naturam: quod tangitur Ro. 1. Nā scēminē copulauerūt naturalē vsū, in eū vsū qui est contra naturā. Similiter & masculi relicto naturali vsū scēminā exarserūt in debentibus suis, in inuicē masculos turpitudine operātes. Tertium est, ut fiat in organo ad hūc vsū deputato: contra quod est peccatio extraordinaria, quā tangit gl. super prædictū locū Ro. 1. eū ipsa cōiuge alio modo quā licet dormierit, operatur contra naturā. Quartum est, ut nō fiat modo bestiali, sed modo quod competit rationalē naturam: modo scilicet idoneo infusione seminis, quantum ad virū, & receptioni seminis, quantum ad scēminā. Contra hoc verò est illud peccatum contra naturā, quod enumerat Melchisedechus inter causas diluuij, dicens: Mulieres in vesaniā vestes supergressæ viris abutebātur. Quintum est, ut personæ inter quas opus exercetur nō sic se habeāt, quod vnā sit radix à qua alij processerint, vel processerint ab vnā radice è proximo. Hoc enim verum valet ad societatem, quæ multum est cōseruatiua humani generis. Per hoc enim, quod matrimoniū cōtrahitur cum persona non contigente, intur societas inter cōsanguineos vtriusque peccati cōiugū, qui sibi nō attinebāt. Si hoc opus exerceretur cum animalibus, haberent homines suspectā cohabitationē vxorū suarū suis propinquissimis, & cum propinquissimis ipsarū: sic in maiori parte pertinet societas humana cōseruatiua humani generis. Contra hoc est peccatum incestus peccatum valde detestabile, quod etiam exēplo brutorū animalium nobis dissuadetur. Unde legitur lib. de natura animalium, quod camelus cooperto capite matrem suam super eā saltauit, & operimento sublato matrem cognouit.

turpitudinis opere quod inceperat intercepto descendit, & ingeniatore interfecit. Similiter cum fieret equo & matri eius, cognoscens matrem sibi suppositam, subito fugit. ¶ Sextum est, quod personarum inter quas hoc opus exercetur, unitate sint inseparabiliter: non enim sufficit ut consentiant uno consensu sicut fornicatores.

¶ De inseparabilitate matrimonij.

Hanc inseparabilitatem primo videtur requirere, quia matrimonium sacramentum est figurativum matrimonij spiritualis, quod est inter Christum & ecclesiam. Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia. Unde cum illud matrimonium sit inseparabile, & matrimonium carnale inseparabile debet esse. ¶ Secundo fructus ad quem est matrimonium, est indivisibilitas. Destruitur enim proles si dividatur. 3. Reg. 3. Dixit mulier cuius filius erat vivus ad regem qui eum iusserat dividere: Obsecro domine mihi, dace illi infantem vivum, & nolite interficere eum. Si quis tamen obiciat, quod quando sunt plures filij, potest fructus dividere: Dicendum est, quod nec tunc dividere potest quin omnes sint filij patris sicut & matris, & omnes teneantur tam patri quam matri, & tam pater quam mater omnibus. ¶ Tertio, fidei integritas, sine qua non est secunda societas. Si separari deberent, non considerer unus coniugem de altero: nec unus fidelis esset alteri, quantum ad bonorum communicationem. Prou. 17. legitur de forti muliere: Confidit in eorum viri sui. ¶ Quarto, magnitudo amoris qui est inter ipsos: maximus enim videtur esse inter amores qui sunt ratione carnis, cum etiam amoris patris vel matris videatur prevalere, secundum illud Mat. 19. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori sue. Cum aliqua unio corporum inseparabilis sit, ut in metallo aliqua: metalis unio videtur debere esse inseparabilis, & maxime videtur de illa quae est maritalis amoris, quae maxima & familiarissima videtur esse. Praeterea si omni tempore diligit quod amicus est, nulla adversitas separare debet amicitiam coniugum. ¶ Quinto societas consanguineorum coniugum ipsis mediantibus contracta, quae separabitur, si matrimonium eorum dissolvatur, sicut mediantibus illis sociati fuerint: quae societas cum adeo sit Deo valde grata, ab homine separanda non est. Contra unitatem inseparabilem, est peccatum fornicationis. ¶ Sextum est, ut illud opus exercetur inter personas, quae sint unitate singulariter. Unica enim unitate debet esse. Ad quod facit magnitudo amoris. Si enim maximus amor carnalis & familiarissimus est inter eos, cum unica debet esse amor ille. Quod enim per superabundantiam dicitur, uni soli convenit: haec singularitas unitatis in anulo ostenditur, qui uni

cum digitū capit. Si quis tamē obiciat quia vnus debeat multas habere, vt sic multiplicentur cultores Dei, cum vnus homo sufficiat multas foecundare. Respondendū est, q̄ Deus non accedit tantū multiplicationē generis humani, quantū ad numerum, quantū attendit eius multiplicationē, quātum ad meritum, & vt frequētius qui generātur nō sunt veri cultores Dei. Eccl. 15. Nō cōcupiscit Deus multitudinem filiorū infidelium, & inuiliū. Luc. 23. Veniēt dies in quibus dicēt: Beatae steriles, & ventres qui non genuerūt. Licet paucissimi essent cultores Dei tempore primorum parentū: tamē noluit dominus ordinare vt Adam haberet duas vxores simul, vt sic citius multiplicaretur genus humanū. Præterea prim⁹ quē genuit Adā: malus fuit, & licet Cain. Vnde patet q̄ citius genuit imitatorē diaboli, quam cultorē Dei. Præterea animalia magna, vt dicitur in lib. de naturā animalū, rarō generant. Elephas enim foemina cessat generare post partū à coitu: & camela per annū. Paucos etiam generant, quia vnicū ferum: cum animalia parui corporis generent multos, vt ibidem legitur. Sic homo maximus dignitate in animalia: nō est mirū si rarō & paucos filios generet. Præterea quādoq; qui sufficit multas foecundare, vix sufficit vni, & citius sine periculo animæ suæ necessaria providere. Legitur de nat. animalū, de aquila, quod valde grauatur in nidore, & venari non possit: & ideo nō sufficit pascere plus q̄ duos pullos, vnde tertium ouum proicit, vel tertium pullum. Si quis vbi obiciat, quod saltem in principibus qui sufficiūt providere miserabile erit, quod vnus habeat plures: Dicendū est quod frequentius isti minus sufficiunt providere vxori & filiis suis sine periculo animarum suarū, quā alij. Præterea multiplicatio minorum destructio est terrarū. Multiplicatis hæreditibus sequitur diuisio regnorum quā consequitur desolatio eorū. Multa Omne regnum in se diuisum, desolabitur. Multiplicatis principibus multiplicentur mala super terrā. 1. Mac. 1. legitur de Alexandro, qui diuisit regnum suū pueris nobilibus, qui secuti erant nutriti à iuuentute. Et subditur: obtinerunt pueri eius regna vnusquisq; in loco suo, & imposuerūt sibi diademata post mortē eius, & filij eorū post eos annis multis: & multiplicata sunt mala super terrā. Quando aliquis princeps habet multas vxores successiue, vix est pax inter filios, qui sunt ex illis vxoribus. Præterea noster princeps vxorem suā ab alio foecundari, & si ipse nō posset eam foecundare. Vnde nec ipse velle debet quā vxor sua sterilis est: ex alia fructū habere: hoc enim est

iere nat
vix perf
sta est Sa
la virum
tibi vide
hanc sup
moueat
sticia, vel
inchoate
quisq; en
lac. 1. Q
crecere:
rom. Leui
stualis, i
penstua
silo opere
concepim
facto. Au
non licet
chus imp
granda e
ve legitur
licet caue
Di ser
o
D lāto
gust
secundum
vius in o
tus, vt le
eū videt
tus. Vnde
lact. 9. N
re conspic
ram: Ne
cia multie
Causas qu
na, cap. d
tas, habet
rem, & el
habitabit.

ire naturali, vt nō faciat alij quod sibi non vult fieri. Præterea
 vix perfecta pax seruari possit, si vnus plures haberet. Conque-
 sta est Sara Gen. 16. q̄ ancilla sua Agar cōtemneret eam, cui ip-
 sa virum suum cōmunicauerat. Et Lia dixit Racheli: Paurū me
 tibi videtur, q̄ præripueris maritum meū mihi: Gen. 30. Contra
 hanc singularitatē est peccatū adulterij. ¶ Octauum est, vt nō
 moueat ad opus carnale delectatio, sed vel bonū prolis, vel iu-
 stitia, vel pietas, de quibus prius tactum. ¶ Nonum est, vt opere
 inchoato ratio nō trahatur ad cōsentiendū delectationi. Vnus-
 quisq; enim tētur à concupiscentia sua attractus & illectus.
 fac. ¶ Decimum est, vt eligatur tempus, in quo licet opus illud
 exercere: abstinendū enim est ab illo opere tempore menstru-
 rum. Leui. 16. Si coierit vir cum muliere tēpore sanguinis men-
 strualis, immundus erit. Eiusdem 28. Ad mulierem quæ patitur
 menstrua, nō accedes. & dicit Aug. quod tunc abstinendū est ab
 illo opere propter prolis corruptionem. Hiero. dicit, quòd tunc
 concipiuntur mēbris damnati, cæci, claudi, leprosi. Itē tempore
 sacro. Aug. Propter dies processionis & ieiuniorum aliquando
 non licet cōuenire: quia etiam à licitis abstinendum est, vt fa-
 cilis impetrari possit quod postulatur. Item tempore quo vxor
 grauida est. Vnde elephas prægnantem fœminam non tangit:
 vt legitur in lib. de natura animalium. ¶ Undecimum est, vt locus
 sacer caueatur: non enim est exercendū illud opus in loco sacro.

*De temperantia delectationum secundum visum, auditum, &
 olfactum.*

CAP. XVIII.

De Temperantia delectationum, quæ sunt secundum
 gustum & tactum, dicendum est de Temperantia quæ est
 secundum visum, auditum, & olfactū. Et notandū quòd quum
 visus in omnibus animalibus sit supra auditū, & sub visu olfa-
 ctus, vt legitur in lib. de natura animalium, periculosior visus
 esse videtur, nisi refranetur, quā auditus, & auditus quā olfa-
 ctus. Vnde scriptura multū suadet nobis refranationem visus.
 Eccl. 9. Ne respicias mulierem multiuolam. In eod. Virginem
 ne conspicias. Item: Noli circumspicere in vicis ciuitatis. Et ite-
 rum: Ne circumspecias speciem alienam. Eiusdem 25. Ne respi-
 cias mulieris speciem. Et 41. Ne respicias mulierem alieni viri.
 Causas quare visus sit periculosus, require in tracta. de Luxu-
 ria, cap. de aspectu mulierum. De refranatione visus & audi-
 tus, habetur Esa. 33. Qui obturat aures suas ne audiat sangui-
 nem, & claudit oculos suos ne videat malum, iste in excelsis
 habitabit. Visus & auditus videntur habere curiositatem quasi

A 3

infatiabilē. Eccl. 1. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu
 plerur. Gre. Graue curiositatis est vitium, quæ dū cuiuslibet mes-
 tem ad inuestigandā vitā proximi exterius ducit, semper ei sua
 intima abscondit, vt aliena sciens, se nesciat. Idē: Curiosi animus
 quanto peritus fuerit alieni meriti, tātō sit ignarus sui. ¶ Et no-
 tandū, quod auditus à multis est tēperandus. ¶ Primo à multis
 instrumentis. Iob. 21. Tenent tympanū & citharam: & gaudent
 fonitum organi. Ducūt in bonis dies suos, & in pūcto ad inferna
 descendūt. Esa. 3. Cythara, & lyra, & tympanū, & tibia, & vincti
 conuiuuiis vestris, & opus domini non respicitis. Antigonus de
 xādri pædagogus citharā, eius fregit, adiecitq; dicēs: Tuq; iam
 iam regnare conuenit, pudeatq; in corpore regis volupate
 xuria dominari. ¶ Secūdo à lasciuo cantu vel colloquio mu-
 rum. Vnde Eccl. 9. dicitur de saltatrice: Ne audias illam, ne
 rē pereas in efficacia illius. Et in eodem dicitur de muliere ca-
 na: Colloquium illius quasi ignis exardescit. ¶ Tertio à multis
 proximi. Eccl. 18. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam
 detrahentem. ¶ Quarto à bonis propriis quæ adulatōres
 hominibus ad memoriam reducere. Seneca: Si cōtinens es, adu-
 lationes euita: sitq; tibi tam triste laudari à turpibus, quā
 dari ob turpia. Idē: difficillimum opus continentia est, adu-
 siones adulatorum repellere; quorum sermones animā quādam
 voluptate resoluunt. ¶ Quinto à suauitate proprii cātus. Gre-
 Dum blanda vox queritur, sobria vita deseritur. ¶ Olfactus
 temperandus est à suauitate odorum: quum scriptum sit Esa.
 Erit pro suauī odore foetor. Vna pœna infernalis erit foetor
 phuris. In Psalm. ignis, sulphur, & spiritus procellarum &c. Ps.
 30. Flatus domini quasi torrens sulphuris succendens eam.

*Tertia partis principalis de quatuor virtutibus car-
 nalibus, Tractatus IIII. De Fortitudine.*

*De ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de diuersis acceptionibus
 ius nominis Fortitudo.*

PARS I.

Fortitudo de Prudentia & tēperantia, dicendū est de Forti-
 tudine. De qua hoc modo dicitur. Primo ponentur
 diuersæ acceptiones huius nominis Fortitudo. Secundo
 edus commendationem. Quarto, dicitur de his quæ suauitate
 titudinem. Quinto, de partibus ipsius. Circa primum, notandum
 est, quod nomen fortitudinis sumitur quandoque pro fortitudo

illae corporali, qualis fuit fortitudo Sampsonis. Hac fortitudo videtur esse potentia facile agendi, & difficile à contrario patiendi. Quàdoq; vero pro fortitudine animi: & sic sumitur quadrupliciter. Vno modo generaliter, & secundum hoc fortitudo reperiri potest in omni vi, & omnis virtus fortitudinem habet respectu virij sibi contrarij: vt continentia contra luxuriam. Pro. vii. Accinxit fortitudine liberos suos. Ad fortitudinem istam pertinet in omni opere meritorio facere ne quid minus, sicut ad temperantiam generalem pertinet facere ne quid nimis. Alio modo nomen fortitudinis sumitur large: non tamen ita generaliter sicut prius. Et fortitudo hoc modo attenditur circa difficulta in passionibus, siue sint exteriores passionēs, siue interiores. Exteriores passionēs sunt contumelia, damna rerū, & molestia corporis ab alio illata. Passiones interiores illae dicuntur contra quas certamen habet temperantia: vt sapes gustui, & ea quae appetitui sensibili passionēs inferunt. De his passionibus dicit Philosophus, quod difficiles sunt & contemporaneae vitae. Sic accipitur fortitudo super illud Prot. vii. Mulierem fortem quis inueniet? Glo. Mulier fortis, ecclesia quae pro amore sponsi prospera, & aduersa contemnit. Contemnere prospera, temperantia est. Et Tullius in lib. de Officiis dicit, quod fortis animus & magnus duabus rebus maxime discernitur: quatum vna in rerū exteriarum despicientia ponitur: altera res est, vt sit ira affectus animo vt res gerat magnas & maxime vtilēs: sed vehementer ardeas & plenas laborum & periculorum. & Ang. in libr. de libertate arbitrio dicit, quod fortitudo est affectio animae, qua omnia incommoda & damna rerum non in potestate nostra constitutarū contemnimus. Res nō in potestate nostra constitutae sunt quae nobis inuitis auferri possunt. Tertio modo strictius sumitur pro fortitudine, scilicet quae attenditur circa ea quae sunt difficulta in passionibus exterioribus, ita q̄ non comprehendit temperantiam. Et sic sumitur ab Augustino in libro de moribus ecclesiae: Amor, inquit, ille de quo loquimur, quē tota sanctitate inflammatum esse oportet in Deum, non appetendis istis temperans, in amittendis fortis inuenitur. Quāto strictissime sumitur, secundum quod non attenditur circa quodeūque difficile in passionibus exterioribus, sed tantum circa exteriores passionēs quae corpori infliguntur, & non extendit se ad damna rerū. Et sic videtur Aristo. sumere Fortitudinem in Ethicis.

De descriptionibus Fortitudinis. PARS II.

Circa secundum notandum est, quod fortitudo sic descri-

bitur ab Aug. in libro de moribus ecclesie: Fortitudo est amor omnia facile tolerans propter illud quod amatur. Sed videtur hæc descriptio nõ solum cõuenire fortitudini, sed etiam fidei, spei, charitati, & timori. De fide enim legitur i. Pet. vlt. Cui respicite fortes in fide. Glo. quæ est tanquam murus. De spe, ad Hebræ. 6. Fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad remendam propõsitam spem &c. Gl. quod uos faciat in omni aduersitate fortes, volentes ad horam pati, vt in æternum regnemus. De charitate i. ad Cor. 13. dicitur quod omnia suffert. Et Cant. vlt. Fortis est vt mors dilectio. De timore, Iob. 4. Vbi est timor tuus? ubi formido tua? Glo. Has virtutes cõgruo ordine ponit: sicut in via seculi audacia fortitudinem, timor debilitatem parit: ita in via Dei timor fortitudinem. Ad hoc dicendum est, quod fides, spes, & charitas & timor faciunt aliquem fortem ad aggrediendum terribilia, vel sustinendum difficilia, & aliter fortitudo, quia actus illi proprie sunt à fortitudine originaliter. Et fortitudo facit fortem formaliter ad aggrediendum terribilia & sustinendum difficiliora. Prædicta verò fortem faciunt eo modo quo accidit in certamine mundano, quod brauium quod proponitur in medium certantibus, dum videtur ab eis & sperari haberi, & desiderari, moriũ est, vt virilius certent: Sic premium æternum dum per fidem aspicitur, & per spem speratur, & per charitatem desideratur, hominem excitat vt fortius certet. Timor etiam filialis siue castus, cuius causa est amor, dicitur separari à Deo, quem amat, ex hoc ipso plus Deo coniungitur, & fortius ei adheret. ¶ Fortitudo sic describitur, super Mat. Marthæ 15. Erant quatuor millia hominum qui manducabant. Gl. Fortitudo est firmitas animi cõtra molestias seculi. Tullius verò in 1. Rhet. sic eam describit: Fortitudo est cõsiderata periculorum susceptio, & laborum perpassio. Idem in 2. Rhet. Fortitudo est magnarum rerum appetitio, & humiliũ cõtempcio, & cõ rationabilis utilitatis laborum perpassio. Item fortitudo est rationabilis progressio terribilium cõ constanti eorum perpassione. Macrobius Fortitudinis est animum supra periculi metum agere, nihil nisi turpia metuere, vel prospera vel aduersa tolerare. Aristoteles Fortitudo est virtus difficillimorum in passionibus operatio gratia boni. Et loquitur Aristoteles de passionibus siue moribus exterioribus.

De commendatione Fortitudinis.

PARS III.

Notandum ergo, quod ad commendationem Fortitudinis potest valere, Primo frequens admonitio, quã sacra scriptura

la facit de ipsa. Iob. 1. Confortare, & esto robustus. Simile habe-
 tur Deuteronom. 31. & 3. Reg. 2. & Dan. 10. Itē Tob. 4. Forti animo
 esto. Simile eiusdē 7. ¶ Secūdo, q̄ virt⁹ fortitudinis plus videtur
 habere virtuositatis & ceteris virtutibus. Vnde nomē virtutis an-
 tiquius fuit solius fortitudinis, vt ait Tullius. ¶ Tertio, q̄ hac
 virtus multū cōpetit statui in quo sumus. Mūdos enim iste lo-
 cus est laboris & certaminis: ideo in vitā valde necessaria est
 nobis fortitudo. Ad Gal. 6. Dū tempus habemus operemur bo-
 num ad omnes. Eccl. 9. Quodcunq̄ potest facere manus tua,
 instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sa-
 pientia erūt apud inferiores quō tu properas. Ber. In mūdo isto
 quasi in stadio certaminis positi sumus. Eccl. 3. Tēpus belli &
 tempus pacis. Tempus belli est in præsenti. Militia est vita ho-
 minis super terram. Iob 7. Vnde illa pars ecclesie quæ in terris
 est, militans ecclesia vocatur. Quæ fortitudine debet esse induta
 in præsenti. Pro. vlt. Fortitudo & decōr indumentū eius. Esa. 52.
 Induere fortitudine tua Sion. Si sine fortitudine sit, necesse ha-
 bet fugere hostes suos tanquā inermis. Thre. 1. Abierūt absque
 fortitudine ante faciē subsequētis. ¶ Virtus fortitudinis etiā in-
 separabilis est. Totus enim mundus non posset vincere vnū ho-
 minem in quo esset vera fortitudo animi. Seneca: Facilius est
 gentē vnā quā virum vnū vincere. Sine fortitudine animi
 quasi nihil est fortitudo corporis. Eccl. 9. Verti me ad aliud, vi-
 dique sub sole nec velociū esse cursum, nec fortium bellū. Esa.
 1. Hic fortitudo vestra vt fanilla stupæ. & eiusdē 20. erit vobis
 fortitudo Pharaonis in cōfusionem. Virtus fortitudinis Deum
 laudat. Neemia 8. Gaudium enim Domini est fortitudo ve-
 stra. De hostibus triumphat. 2. Reg. 12. Accinxisti me fortitudi-
 ne ad preliū. ineuruisti resistentes mihi subtus me. Homini bo-
 na sua seruat. Lucæ 11. Quū fortis armatus custodit atriū suū,
 in pace sunt cuneta quæ possidet. Item hominem ditat. Prou. 10.
 Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium
 diuitias parat. Eiusdē 11. Robusti habebunt diuitias. Et 21. Cogi-
 tationes robusti semper in abūdantia: omnis autē piger semper
 in egestate erit. ¶ Itē hominē glorificat, sicut ignauia hominem
 humiliat. Pro. 12. Manus fortiū dominabitur: quæ autem remissa
 tribuitis seruiet. Ipsa etiā regnum celorū violenter occupat.
 Mat. 11. Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiūt illud.

De his quæ iuuant Fortitudinem.

PARS IIII.

III.
 Fortitudinem
 acra scrip-
 Q̄ iuuant Fortitudinem, videntur duodecim esse. ¶ Pri-
 mo iuuat eam maiorum exhortatio. Deutero. 20. Appro-

A 5

pinquante iam praelio stabit sacerdos ante aciem, & sic loquitur ad populum, Audi Israël, vós hodie cōtra inimicos vestros pugnam committitis, ne pertimescat cor vestrum &c. Et 2. Machab. cap. vii. legitur de Machabæo, quod armavit socios non clypei & hastæ munitione; sed sermonibus optimis & hortationibus. Et in eodem: Exhortati itaque Judæ sermonibus bonis valde, statuerunt dimicare & configere fortiter. Et secundo exempla robustorum. Vnde 2. Machabæorum 6. Hoc modo vita decessit Eleazarus memoriam mortis suæ exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens. ¶ Tertio exercitatio ad fratres de monte Dei: Rusticus duros habet nervos, formos lacertos. Exercitatio hoc fecit, sine ea corpore mollescit. Valde facit vsum, vsus exercitium, exercitium vires in omnibus re suo ministrat. ¶ Quarto fides, mercedem fortium operum ostendendo. 2. Paral. 15. Confortamini, & non dissoluentur manus vestre. Erat enim merces operi vestro. ¶ Quinto timor. ¶ 14. In timore Domini fiducia fortitudinis. Timor illud expellit propter quod vel solum vel maxime timendum est, licet peccatum. Ecclesia. 1. Timor Domini expellit peccatum ideo merito hominem reddit securum. Item timor hominum facit pure operari, quod valet ad fortitudinem. Iob 16. Manus meas addet fortitudinem. Præterea timor facit hominem in se deficere, ideo in Deo roborat. Bernardus in sermonibus. Utiles prorsus infirmitas, quæ medici manum roborat, & salubriter in se deficit, quam perficit Deus. Idem in Cantic. Oportanda infirmitas quæ Christi virtute compensatur. Quis dabit mihi non solum infirmari, sed etiam penitus constitui & deficere à memetipso ut Domini virtutum virtutibus stabiliar? ¶ Sexto spes Esaiæ 30. In silentio & spe eris fortitudo vestra: spes fortem efficit, omnipotenti inniti faciendo. ¶ Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. ¶ Septimo charitas. Et hoc dupliciter. Vno modo adiutorium proximo habendo. Pro. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi civitas firmata. Eccle. 4. Melius est duos esse simul quàm unum. Habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit, ab altero sustentatur. Et in eodem: Si quis prævaluerit contra unum, duo resistent ei. Secundo modo veritati adherendo. Gregorius in moralibus. Qui veritati inhæret, vanitati nullo modo succumbit: quia forti pede cogitationis intus intentionem fixerit, omne quod foras mutabiliter agitur, ad arcem mentis minime pertingit. ¶ Octavo sapientia. Pro. 24. Vir sapiens fortis est, & vir de-

robustus &c. Greg. in Moral. Valde fortitudo destituitur, nisi per consilium fulciatur. ¶ Nono temperantia quæ in prosperis seruat. Greg. in Moral. Nulla aduersitas deicit, quem prosperitas nulla corrumpit. Idem: in hac vita qui nulla prospera appetit, nulla aduersa pertimescit. Primum pertinet ad temperantiã: secundum ad fortitudinem. ¶ Decimo disciplina corporis quæ hostem domesticum debilitat. Ber. Quid mirum si hoste debilitato, tu fortior efficeris? ¶ Undecimo, elemosyna. Prouer. 22. Victoriã & honorẽ acquireret qui dat munera. Eccle. 29. dicitur de elemosyna: Super scutum poteris, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. ¶ Duodecimo, oratio, quæ multum valet ad fortitudinem, de celo enim fortitudo est, 1. Mach. 4. Ero. 17. Cum leuaret manus Moyses, vincebat Israel.

De partibus Fortitudinis. Et primo de securitate: de duodecim solatiis contra timorem mortis, de timore inordinato, & securitate commendabili & reprehensibili.

P A R S V.

Notandum ergo quod Tullius in 1. Rhetoric. quatuor partes eius assignat, scilicet magnificentiam, fiduciam, patientiã, perseverantiam. Macrobius vero septem partes eius tangit, Magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Quidam vero sex tantummodo partes assignat: scilicet magnanimitatem, fiduciam, securitatem, patientiam, constantiam, magnificentiam. Et satis rationabiliter videntur posse poni hæc sex partes fortitudinis. Fortitudo enim debilitatem animi expellit, & magnitudinẽ animi efficit. Quod debilitatem expellat, patet ex hoc, quod fortitudo debilitati opponitur. Quod magnitudinem animi efficiat, patet ex hoc, quod fortitudo dicitur magnanimitas. Sen. in lib. de quatuor virtutibus principalibus. Triplex vero est debilitas animi. Prima est, nimia pusillanimitas à malo futuro, quæ timiditas vocari potest. Quæ dissuadetur, Eccl. 7. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Et reprehenditur, Matt. 8. Quid timidi estis modice dei? Secunda est nimia passibilitas à malo presentis, quæ est quasi quædã teneritudo vel mollities, cuius signum est facilitas solendi quæ infirmitas est in quibusdã qui conqueruntur secũtũ agi, vel sibi dura verba dici. Tertia est instabilitas, quæ similis est debilitati virgæ subtilis quæ de facili in omnem partem flexitur. Contra has tres infirmitates, tres sunt partes fortitudinis. Securitas contra timiditatem. Patientia contra teneritudinem. Constantia contra instabilitatem. ¶ Fortitudo in quantum animi magnitudinem efficit, tres habet partes. Ipsa enim quantum

quantum ad actus suos habet principium, medium, & finem. Quantum ad principium, pertinet ad eam magnanimitas: quod est rationalis aggressio terribilium: quantum ad medium, industria quæ est certa spes perducendi ad finem rem quæ inchoata est: quantum ad finem, magnificentia quæ est rerum quæ peruntur felix consummatio.

¶ De Securitate.

Inter has sex partes fortitudinis, primò de securitate loquimur, quæ est intimiditas mali. Iuxta illud Arist. in Ethic. Fortis est intimidus mali. Et describitur sic: Securitas est habitus secundus quæ imminentes incommoditates & rei inchoatae affines non formidatur. Et coarctat hæc descriptio securitatem intimiditatem, quæ est post rei inchoationem. Securitas commendatur nobis in leone. Prou. 28. Iustus ut leo confidens ab hoste terrore erit. Eiusdem 30. Leo fortissimus bestiarum ad nullum peribit occursum. ¶ Et notandum quòd secundum Philosophum congregata sunt in homine secundum rationem, dispersa in brutis secundum naturam: ut castitas in elephante, liberalitas in leone. Vnde dicitur in lib. de natura animalium, quòd vulpes sequuntur leonem, quia est animal communicatum prædæ. Mutetudo vero in agno. Esa. 53. Quasi agnus coram tudente se mutescet. Modestia irascendi in colubam, & à facie iræ furoris dominus. Greg. Quia in Deo nulla furoris inæqualitas reperitur furor dominus iram columbam nominavit. Ut enim vim diuinæ diffinitionis imperturbabilem demonstraret, & iram dixit & colubam. ¶ Securitas conflictum habet cum timore. Securitatis officium contra aspera fortunæ solatiū dare. De quibus solatiis ait Seneca de remediis fortuitorum. De cuius verbis pauca ponamus. Morieris, inquit. Et respondet. Hac conditione intraui ut exieris. Morieris. Gentilium lex est, quòd acceperis reddere. Morieris. Perigrinatio est vita: cum multum ambulaueris, diu redeundum. Item morieris. Stultum est timere quòd vitare non possit. Illud effugit etiam qui distulit. Morieris. Nec primus, nec ultimus. Quænes te antecesserunt, omnes te sequentur. Item peregrinatio morieris. Ego quòd debeo soluere paratus sum: videat scelerator quomodo appellat. Itaque iuuenis morieris. Optimum est, antequam optes mori. Optimum est mori quum iuuat vivere. Iuuenis moriat. Fortis alicui malo te subdet fortuna: & si nulli alij, certe saltem senectuti. Insepultus iacebis. Quid aliud respondeat, quàm Virgilianum illud. Facilis auctura sepulchri: Si nihil sentio, non pertinet ad metum.

Contra corporis sepulchri: si sentio, omnis sepultura tormentū est. Quid interest, ignis an fera me consumat, an tempus? omnium vltima sepultura, nō defunctorū cura, sed viuorū inuēta est sepultura, vt corpora & visu fœda & odore amouerētur. Idem in li. de natural. questionib⁹: Nihil refert quā minax mors veniat: quod à nobis petit, minimū est. Et hoc senecrus à nobis ablatū est: hoc auriculæ dolor, hoc humoris corrupti abundantia. Passilla res est hominis vita, sed ingēs res est contemptus vita. Hanc qui contempserit, securus videbit Maria perturbari. Illa inferiorum regna retegantur, stabit super illam voraginem in- trepidus, & forasse quō debebit cadere, prosilier. Quid ad me quā magna sint quibus pereō, ipsum perire non magnam est: si volumus tranquillē degere, anima in expedito est habēda, siue illi infidiā, siue morbi perant. Idem in eodē: Nihil interest vtrū melapis vnus elidat an toto monte præmar. Item egregiē Va- gellius: Si cadendū, inquit, mihi est, calo me cecidisse velim.

¶ De duodecim solatiis contra timorem mortis.

Contra timorem mortis possunt valere duodecim solatiā que ex scripturis diuersis colliguntur. ¶ Primum est, quod ipsa mors hostem nostrum familiarē occidit, scilicet corpus. ad Gal. Cato concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Sapientis: Nulla pestis efficacior est ad nocendū, quā familiaris inimicus. ¶ Secundum est, quod ostium nobis efficit in carcere immūdo in quo capti detinemur, in corpore scilicet. In Psal. fecerūdū aliam literam: Educ de carcere animam meam. Sed sunt quidā adeo afflicti miserā huius carceris, vt nihil timeāt, tan- tum in hoc carcere, quā ostium vel exitum. Seræ & repagula ad incarcerationis odio solent haberi, & nō liber exitus. Tertiū est quod nos expedit ab onere cophini immunditia pleni. Sap. 9. Cor- pus quod corrūpitur, aggrauat animā. ¶ Quartū est, quod nos expedit vel fidem imponit peregrinationi laboriosa & amari- tudinibus plena. Greg. Quid est vita mortalis, nisi via? & quale strages mei, perpendite in via lassari, & viam nolle finire. Idē: Vita præsens laboribus plena est: cū luctu agitur, & tamen cum lacrymis dimittitur. Eecl. 20. Melior est mors, quā vita ama- ra. ¶ Quintū est, quod lentum equū omni genere vitiorum vit- tulum nobis occidēdo, dextrariū optimū nobis restitui facit. Equus vitiosus corp⁹ est. Ab hoc equo expediri desiderabat Pau- lus. ad Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tribus de causis timer miles equū suū amitte- ret: quia nō est securus de emenda, vel quia capi timer equo amisso

amisso, vel propter equi bonitatem. Nulla verò harū triū casus
est in casu proposito. Securus enim est de emenda seruis dei.
Ambros. Mori non timeo, quia bonum dominum habeo. Ex
Mach. 7. dixit vnus de septē fratribus: De celo, inquit, ista pro
fideo: sed propter legem Dei ista despicio, quia me ea recepisse
spero. Non timet etiam seruis Dei capi equo amisso: tunc enim
de manibus hostiū liberatus est. In Psal. Laqueus contritus est
& nos liberari sumus. Equus iste etiā adeo vitiosus est, vt
dum sit seruo Christi ab eo expediri. Sextum est presentis
periculum. Mors portus est periculosa nauigationis in mari
huius mundi, iuxta verbum Ber. Periculum probat transi-
raritas, & pereuntium multitudo. In mari Massiliae de qua
nauibus nō perit vna: in mari huius mundi, de quatuor nauibus
vix euadit vna. ¶ Septimū est mortis necessitas. Sen. Nullus
perniciosior hostis, quā quem audacem angustia facit. Ita
conantur magnus animus ac perditus. Cogitemus nō quare
prope mortem perducti sumus, omnes reseruamur ad mortem
nec de re, sed die quaeritur. Nōne contemneres eum qui
mortuos constitutus, beneficij loco peteret vltimus certum
amputari? Idē facimus cū magni aestimamus tardius mori
in li. de naturalibus quaestionibus. Nullū maius solatiū mori
quā ipsa mortalitas. ¶ Octauū est, moriēdi cōtinuitas. Sen. Quot
times quod quotidie experiris? Idē: Quot die morimur, tota
aliqua pars vitæ demitur, & tūc quoque cū crescimus, vitæ
crescit. ¶ Nonū est, mortis propinquitas. Chry. Signa post
dicum mortui sumus. Quare ante modicū in causa Dei cō-
ria non morimur, vt fiat voluptariū, quod futurū est necessitas.
Sen. Nemo tam immitis est, qui malit semper pēdere, quā
mel cadere. Idē: Erras si in nauigatione sola putas mīnime
qua morte vita diuiditur. In omni loco æquē tenuē interitū
est. Non vbique se mors tam propē ostendit, vbique tam propē
est. ¶ Decimū est mors Christi. ad Heb. 12. Curramus ad
sitū cerramen, aspicientes in aurore fidei & consummatione
Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Aug. Magna
consolatio est membris ex capite, quod Christus est qui la-
tia Dei patris, gaudiū mūdi fugit, & ad mortē voluntarie
certissimū argumentum est quod mors seruis Dei timenda
sit. ¶ Vndecimū est, amantissimi & sapientissimi patris potestatem
Hoc solatiū exhibuit dominus discipulis suis, dicens eis post
resurrectionē: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.
Matt. vlt. Magna consolatio est filius Dei quod perlece-

virga est in manu patris eorū. Patris inquam misericordiarum, cuius sapiētia nihil latere potest, cuius potētia nihil potest superare. Vnde verisimile est q̄ persecutor nō affliget filios eius, nisi quantum pater videbit eis expedire. Esa. 10. Virga furoris meī Assur. Matt. 10. Nōne duo passerēs assē vāneūt, & vnus ex illis non cader super terram sine patre vestro? ¶ Duodecimū est, sc̄ quens immortalitas. Tullius: Non est lugēda mors quā immortalitas cōsequitur. Eccl. 7. Melior est dies mortis, die natiuitatis. Duabus de causis melior est seruis Dei dies mortis, die natiuitatis. Vna est quia mors est egressus à miseria, natiuitas verō ingressus est ad miseriā: melior est egressus à miseria, quā ingressus ad miseriā. Sapiens: Mors bona si non est, finis tamen illa malorū est. Sen. Mors malorū omnium remedium est. Secūda est, quia mors est porta gloriæ seruis Dei. Ipsa est inchoatio beatæ vitæ, vnde est nobilior mors quā sit natiuitas secundū corpus. Vnde transitus sanctorū, natale eorū vocatur ab eccles. In Psal. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorū eius. Verē pretiosa, quia est regni eterni pretium. ¶ Sequitur de quibusdā aliis solatiis, quę t̄git Sen. in li. de remedijs fortuito. Exulabis. Et respōdet. Patria est vbicunq; bene es. Illud autē per quod bene es, in homine, nō in loco est. Si Sapiens est, perēgrinatur: si stultus, exultat. Dolor imminet: Si exiguus est, feramus: leuis est patiētia: Si grauis est, feramus: nō leuis est gloria. Dura res est dolor, imō tu mollis. Nō sum potēs: gaude: iniuriā facere non poteris. Pecuniam perdidisti: fortasse illa te perdidisset. O te felicē! si cū illa auaritiā perdidisti. Sed si manet illa apud te, es tamē vtcunq; felicior, quōd tanto malo materia subducta est. Pecuniā perdidisti: & illa quā multos. Eris nūc in viā expeditior, domi tutior. Exonerāuit te fortuna, si intelligis, & tutiore posuit loco. Dānū putas, remediū est. Pecuniā perdidisti: nepe quā vt tu haberes, alius antē perdidit. Oculos perdidisti: quā multis cupiditatib; via incisa est. Oculi incitamenta sunt vitiorū, duces scelerū. Amisi liberos: Stultus es qui spes mortē mortaliū. Periere perituri. Habebāt illi cuius essent magis quā tu. Educandos tibi fortuna mandauerat: recepit illos, non abstulit. Naufragiū feci. Cogita non quid perdidideris, sed quod euaseris. Nudus exi: sed existi. Omnia perdidisti: sed cum omnibus perire peruisti. In latrones incidi: noli conqueri quōd incideris, gaude quōd effugeris. Amicū perdidisti: alium quære, & ibi eum quætas, vbi inueniās. Quære inter liberales artes, inter honesta & recta officia, quære in laborib;. Ad mēsam res ista nō quæritur. Perdi-

di amici, fortem animum habe: si vnum erubescere: si vnica
 ru in tanta tepestate ad vnā anchorā stabas? Bonā vxorē amīcū
 venies, si nihil quæris nisi bonā vxorē. Soror bona non potest
 recuperari, nec mater. Vxor aduentitium bonum est. Nō est
 ter illa quæ semel vniciq; contingunt. Multos tibi numerare
 possum, quibus bonā vxorē lugētibus contigit melior. Cetera
 aspera huius mūdi abundantius cōsolatur scriptura, & specia-
 ter doctrina Saluatoris, qui ad hoc cōsolandū miserōs in mū-
 istū venit. Esa. 61. Ad annūtiandū māsueris misē &c. vt cōsolaretur
 omnes lugētes. De cōsolationibus habes. Matt. 5, & 10. & Luc.

¶ De timore inordinato.

Securitas timorem inordinatum expellit. Contra quem
 Senec. in epist. Nos ad præsentia non aptamur: sed cogitatione
 in longinqua præmittimus. Itaq; prouidētia maximū bonū
 ditionis humane, in malū versa est. Fere pericula quæ vidēti-
 giūt, quū effugere sequūtū sit nos, & vterū torquemur & pra-
 rito. Multa bona nostra vitio nostro nobis nocēt. Timor
 mentū memoria, reducit, prouidētia anticipat: nemo tantū
 sentibus miser est. Idē: Plura sunt quæ nos terrēt, quā quæ
 mittūt, & sepius opinione quā re laboramus. Illud tibi præ-
 pio, ne sis misera ante tēpus, quū illa quæ velut imminētia
 uisti, fortassis nunquā vterū sunt. Quædam magis, torquet
 debeat, quædam torquet, cum omnino nō debeat: quædam ante-
 quent, quā debeat. Idē: Respice an cetera argumenta sine
 mali: plerūq; suspicionibus laboramus, & illud it nobis illa
 conficere bellū solet, fama. Nō coarguimus illa quæ nos in
 tū adducūt: nec excutimus, sed trepidamus: & sic vertimur
 quæadmodū illi quos puluis motus fuga pecorū fugauit, calum-
 aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit. Nō
 quomodo vana magis conturbant: vera enim modum habent
 Quam multa expectata nunquam cōparuerunt, etiam si fuerint
 est: quid inuat dolori suo concurrere? satis citō dolebis quū
 nerit, in eam tibi meliora promitte. Idē: Spe metū tēperant
 dicat, fortasse nō veniet: tu dic, quid si veniat? videbimus
 veniat: fortasse pro me venit, & mors ista vitā honestabit. Cetera
 timorē inordinatū multum valet sapientia. Attingit enim
 ne vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Sapientia
 8. Econtrario est de stultitia. Sen. Stultitia nihil pacatum habet
 ad omnia pauet, & ipsis terretur auxiliis.

¶ De securitate commendabili & reprehensibili.

Et notādū qd est securitas cōmēdabilis, & est securitas re-

inestimabilis. De comendabili dicitur Pro. 15. Secura mens quasi iuge
 obuium. Gre. in Moral. Quasi continuatio refectionis, est tran-
 quillitas securitatis. Idem: Iustus initium retributionis est ipsa ple-
 nitudo; in obitu securitas mentis. Idem: Quisquis ad vitæ præcepta
 se dirigit, priusquam vitæ æternæ præmia percipiat, hic iam ini-
 tia securitatis in perpetuum securitatis degustat. Securitas ista vi-
 detur esse sequela virtutum. Greg. in Moral. Dum virtutes menti
 lætitiâ pariunt, quandâ etiam securitatem gignunt. ¶ Ad secu-
 ritatem primò valet puritas conscientiæ. Conscientia pura me-
 nus securâ est, quum à peccato purgata sit, propter quod solùm
 vel maxime timendum est. Bern. O vita securâ, ubi pura, cõscien-
 tia in quam via securâ, ubi absque formidine mortis expectatur,
 timor exoptatur cum dulcedine, & excipitur cum deuotione. Se-
 cundo, diuturnitas pœnitentiæ. Greg. In pœnitente cum longa
 moris anxietate fuerit formido cõsumpta, quadam iam de
 præsumptione veniæ securitas nascitur. Tertio contemptus boni
 transitorij. Gregor. in Moral. Mira securitas cordis, aliena non
 querere. Aug. in lib. de lib. arbit. Nemo securus est in his bonis,
 que potest inuitus amittere: virtutem autem & sapientiam ne-
 mo amittit inuitus. Qui bona transitoria contemnit, mala pœ-
 nitentiæ transitoria non metuit. Seneca. Desines timere, si sperare de-
 seris. Quarto integer amor interni & æterni boni. Vnde super
 illud Prouerb. 28. Iustus autem quasi leo confidens absque ter-
 rore erit. dicit Glo. Iusti securitas leoni comparatur: quia quum
 qualibet aduersitates insurgere conspicit, ad mentis suæ confi-
 dentiam redit, & scit quod vincit, quia illum diligit quem ne-
 mo inuitus amittit. ¶ Securitas reprehensibilis, est securitas te-
 meraria: vt est securitas eorû, qui ita sunt securi in mari huius
 mundi, quasi iam essent in portu, & ita sunt securi dum adhuc
 bellum durat, quasi iam triumphassent. 3. Reg. 10. Ne gloriatur
 accinctus æquè vt discinctus. Bernardus in sermonibus: Nus-
 quam est securitas, fratres, neque in cælo, neque in paradiso,
 multo minus in mundo. In cælo cecidit angelus sub præsentia
 dei. Adam in paradiso de loco voluptatis: Iudas in mundo
 de schola Saluatoris. August. in lib. Confess. Nemo securus de-
 ber esse in vira ista, quæ tota tentatio nominatur. Hieronymus
 in epistolis: Nulla securitas est vicino serpente dormire. Qui
 habent hanc securitatem, facile à diabolo vincuntur. Hiero. in
 epistolis: Timor virtutum custos est, securitas ad lapsum facilis.
 Iudic. 18. Nullus erit labor, intrabimus ad securos. Hiero. Noli
 nimis esse securus: nimia securitas mentis tempestas est. Greg. in

B.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

Morales. Sæpe quæ certamen suæ tērationis superare nō valens
sua securitas deterius strauit : & vnde se peririmescit quando
cadere, inde accipit fortiter stare. Idē: Sancti viri sic de spe su
certi, vt tamen semper sint de tentatione suspecti. Quæ securi
tas vbi etiam excellētia sunt dona Dei, vt est diuina reuelatio
possunt esse homini occasio ruina. 2. ad Cor. 12. Ne magnitudinē
reuelationū extollat me, datus est mihi, &c. Gl. Aug. Quomodo
securus agnus egreditur, vbi aries sic periclitari metuit: Gē
paradisum ducis, & ab angelo sathane tentaris. Item securitas
reprehensibilis, est securitas cum negligentia. Grego. in homi
Plerique pigri remanent ad exercenda bona præcipua: quia
de sibi securi sunt, quod nulla cōmiserint mala grauiora. Item
in Moral. Dū mens secura redditur, in corporem laxatur. Item
Mater negligentia: solet esse securitas. Item reprehensibilis
securitas incauta. Greg. in Moral. Multis sæpe graue periculum
incauta securitas fuit e contrario. Pro. 11. Qui cauet laqueos
securus erit. Greg. in Moral. Sæpe mens dum in se virtutis su
curitate resoluitur, insidiante aduersario inopinatae culpa
perforatur, & inde à Deo in æternum longe fit, vnde ei ad
pus sine cautela custodia propinquauit. Itē securitas repre
sibilis est eorum, qui pericula futura non prouident. De
tate talium, Job 21. Domus eorum secura sunt, & pacatę, & d
cunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt
improuisione talium, Prou. 28. Viri mali nō cogitant in die
De securitate malorum, Eccl. 8. Quia non profertur cito
malos sententia, filij hominum absque timore vllō perpetr
mala. In eodem: Sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustitia
sta habeant. Securitatem cū improuidētia habebat, cui dicitur
est, Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te. Luc. 12. In
de quibus eiusdem 17. Edebant, & bibebāt, vxores ducebant
dabantur ad nuptias vsq; in diem qua intrauit Noë in arca
venit diluuium, & perdidit omnes. Et in eodē similiter factum
est in diebus Loth, edebāt, &c. Et pluit ignem, & sulphur de celo,
& omnes perdidit. Talis etiam securitas fuit Ierosolyma
quibus Dñs ait Luc. 19. Et quidē in hac die quæ ad pacē tibi
autē abscondita sunt ab oculis tuis, &c. Et 1. ad Thel. 5. Cum
xerint pax & securitas: tunc repētinus eis superueniet inextinguibilis

De Patientia. Pars v. i. sex habet capitula.

De ordine dicendorum de Patientia, de descriptionibus Patientia

& merito, ac distinctione nominis eius. C A P. I.

Sequitur de patientia, de qua hoc modo dicitur: Primo

descriptiones eius. Secundo ea, quæ pertinent ad eius com-
 mendationem. Terriò, agetur de his quæ iuuant patientiam.
 Quarto, ponentur eius diuisiones. ¶ Circa primum notandum
 quod patientia est æquanimis malorum illatorum tolerantia.
 Et potest sumi hæc descriptio à verbis Gregorij super illud Lu-
 ce 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Gregor.
 Vera patientia est, aliena mala æquanimiter perpeti, & contra
 eam qui irrogat mala, nullo animi dolore moueri. Et super il-
 lud Iob 4. Vbi fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum
 tuarum, dicit Glos. In fortitudine proficit qui mala aliena im-
 motus tolerat. ¶ Describitur etiã sic: Patientia est virtus contu-
 meliarum, & omnis aduersitatis imperus æquanimiter portans.
 Vel sic: Patientia est omnium passionum molestarũ aliunde il-
 larum victoriosa perpassio. ¶ Item sic describitur à Tullio in
 Rhetoric. Patientia est honestatis aut utilitatis causa, rerum
 arduarum & terribilium voluntaria ac diuturna perpassio. Ho-
 nestatis causa est perpassio: vt cum quis pro fide Christi potius
 cogit mori, quàm negãdo eam saluare vitam suã. Utilitatis ve-
 ro causa: vt cū quis pro salute regis mori eligit. Voluntaria ve-
 ro ideo dicitur: quia qui omnino inuitus patitur, nõ habet laudẽ
 vel meritũ. Ideo dicitur 1. Petr. 4. Nemo vestrum patitur quasi
 homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si au-
 tem vt non Christianus erubescat, diuturna dicitur: quia ad ve-
 rum patientẽ pertinet, vt patiẽdo perseueret. ¶ Si quis obiiciat
 quod passio exterius illatã non videtur voluntaria esse, & ideo
 nec meritoria: Dicendum est, quod quædam sunt passiones in-
 trinsecus natæ: tamen per apprehensionem extrinseci boni, vel
 mali mouentis: vt gaudium, spes, timor, dolor. Et hæc passiones
 possunt esse à voluntate eius qui patitur, tanquã à causa efficien-
 te, vel non resistente, quæ indubitanter possunt esse merito-
 riæ. August. 14. lib. de ciuitate Dei: Cupiditas, læticia, metus, tri-
 stitia, voluntates sunt. Recta voluntas bonus est amor, & per-
 uersa malus est amor. ¶ Amor fugiens quod ei aduersatur, ti-
 mor est: idque si acciderit sentiens, tristitia est: animi dolor, qui
 tristitia nominatur, dissensio est. Quædam verò passiones sunt
 extrinsecus illatæ: vt molestia corporis, vel contumelia verbi.
 Et passiones non sunt voluntariæ à voluntate eius qui patitur
 tanquam à causa efficiente. Tamen possunt quodammodo dici
 voluntariæ voluntate consentiente, & non contradicente. Vo-
 luntas verò sustinendi seu recipiendi eas, secundum quosdam,
 meritoria est etiã aureæ & aureolæ, si tamen sit coniuncta pas-

stionaliter verò non est meritoria aureola. Secundò alios p[ro]p[ri]o quòdāmodo est voluntaria, est meritoria, prout meritoriam dicitur, quòd de debito fit magis debitum. Dicitur etiam mereri, secundum alios multipliciter. Vno modo est imperitum aliquid de cògruo: sic boni merentur aliis gratiam. Alio modo de indebito facere debitum: & mereri hoc modo pertinet ad gratiam mediante actu liberi arbitrij. Tertio modo, mereri de debito facere magis debitum: sic meretur quis actu exteriori passione meretur aureolam, in quantum ex charitate eam accipit, & non ipsa voluntate suscipiendi. Plus enim dicitur suscipi voluntaria, quàm voluntas suscipiendi. Ponit enim ad suscipiendionem, & voluntatem circa ipsam susceptionem: tamen forma non exigitur, quòd tunc sit actu voluntas, sed sufficit quòd voluntas illa fuerit ex qua hac suscepcio est voluntaria, dummodo patienti maneat in charitate. ¶ Et notandum quòd patientia in doloque largè sumitur, quandoque strictè. Patientia largè est circa omne difficile, & circa omnem tentationem. Iac. I. Beatus in patientia suffert tentationem. Strictè verò est circa passiones exteriori illatas: actus verò patientiæ est recipere passionem, in qua animus nec succumbat, neque vindictam inferenti appetat.

De commendatione Patientie.

CAP. II.

AD commendationem Patientie, Primò facit frequentissimè monitio, quam facit Sacra scriptura ad patientiam. 4. Obsecro vos in domino, vt dignè ambuletis vocatione vocati estis, cum omni humilitate & patientia. 1. Thes. 5. Patientes estote ad omnes. 1. Timoth. 6. Homo Dei sedet in patientia. Hebræ. 12. Per patientiam curramus ad propostum nobis cæramen. Iacob. 5. Patientes estote fratres vsq; in adventum domini. ¶ Secundò, quia patientia valde gloriose ad gloriam triumphus eius facit, quòd ipsa sine ictu, vel repugnatione vincit. Non leuaret vnā festucam ad hostes ferientes, sed tela eorum retundit, & in corda hostium mittit. In patientia gladius eorum intret in corda ipsorum. Persecutoris gladius in cor eius intrat, quia animam eius occidit. Patientia vincit in domino persecutores, & dæmones, & seipsum. De persecutore patet in beato Vincentio, qui vicit Datianum. Vnde dixit deus: debis me plus posse dū torqueor, quàm possis ipse qui torqueor. De dæmonibus verò, idem patere potest, quos patientia tyrum eiecit de dominio huius mundi. Legitur de quodam monacho eremita, quòd cum quidam homo malo spiritu repletus eum fortiter in maxilla percussisset, & senex mox

si præbuisse, diabolus statim recessit. Similiter legitur de filia
 cuiusdam primarij dæmonium habente, quod cum quidam disci-
 pulus secū venisset ad domū in qua ipsa erat puella à dæmonio
 vexata, dedit alapam ei: ille autē præbuit ei mox & aliam. Dæ-
 mon autē coactus clamavit, q̄ violenta mandata Dei expellerent
 eum inde, & statim curata est puella. ¶ Patiētia vincit seipsam,
 quod genus vincendi est rarissimum. Est etiam nobilissimū. Se-
 neca in lib. de Naturalibus quæstionib. Innumerales sunt qui
 populos, qui vrbes habuerunt in potestate, paucissimi, qui se ad
 gloriam huius triumphī. Primo facit quod hostis familiarissi-
 mus eo vincitur. Nulla verō pestis efficacior ad nocendū, quàm
 familiaris inimicus. Secūdo, quod patiens hostē superat, qui iam
 cū secū in arce. Difficilius verō est, hosti resistere cū inruit
 castram vel arcē, quàm si sit extra. Vnde super illud Pro. 16. Me-
 lior est vir patiens viro forti, &c. dicit Gl. Minor est victoria vi-
 bes expugnare, quia extrā sunt quæ vincuntur. Terriō, quia qui
 fortior est in fortiori, fortior est in minus forti: & cū aliquis
 multas vrbes expugnauit, si postea seipsum superauerit, nobi-
 lior erit triūphus vltimus præcedentibus, quo victor vrbiū se-
 ptimam deuincit. Ad gloriā huius triūphi etiam facit, q̄ cū in
 tantis triumphis pugnet homo totus contra hostem, hic non pu-
 get, nisi quasi dimidius. Patiētia sancti vicerūt regnā. Pacien-
 tia hominē reddit inuincibilem. Vnde super illud Iob 4. Vbi est
 fortitudo tua, &c. Qui se vincit, cōtra omnia fortis est. Vnus ho-
 mo verē patiens à toto mundo vinci non posset. Senec. Facilius
 est gentē vnā, quàm vnū hominē vincere. Idem loquens de
 quodam qui vicit ignē, & duos reges patientia sua: Ego nō du-
 bito, quin magis laudē trunca illa manus mæci meruerit, quàm
 cuiuslibet fortissimi, quā saluam fecit hostiū flammāq; cō-
 tempor, & manū suā in hostili foculo distillantē spectauit;
 donec iussu est, vt inuito ignis eriperetur: hoc tāto magis pu-
 to, quāto rarius est hostē amissa manu vicisse, quā armata. Fe-
 cit bellū inermis & mancus, & illa manus trunca duos reges vi-
 cit. Poëta: Maxima virtutum paciētia pugnat inermis, arma-
 que solet vincere saepe viros. ¶ Legitur q̄ Socrates positus in
 carcere, cū essent qui permetterent eum fugere, noluit exire:
 sed remansit, vt duarū rerū grauissimarū hominibus metum
 auerteret, mortis scilicet, & carceris. Sancti maxime videtur glo-
 riari in his quæ sunt paciētia. Gal. vlt. Mihi absit gloriari, nisi
 in cruce domini. 1. Corint. 12. Libenter gloriabor in infirmitati-
 bus meis, &c. Roman. 5. Gloriamur in tribulationibus. ¶ Tribus

de causis electi gloriatur in tribulationibus. Primò, quia viri strenuos magis decet tribulatio, quam prosperitas. Sicut magis gloriosus est esse in exercitu, quam in balneo. Boëtius: Vir sapiens molestè ferre non debet quoties in certamen forte adducitur. Sic virum fortè non decet indignari, quoties bellicus impugnat tumultus. Senec. in epist. Quid enim malit, quisquis viri somnum suum classico quam symphonia rumpi? Secundo, quia in hoc assimilatur Christo, cui assimilari magnè gloriè est. 18. Magna gloria est sequi Dominum. Ber. super Cant. Quis gloria est spòse assimilari sponso? nihil gloriosius reputatur Christi portare opprobrium. Idem: Grata ignominia cruciati qui crucifixo ingratus nō est. Gloriosum est militi deferre arma regis: sic gloriosum est Christiano deferre stigmata Christi. Gal. 6. Nemo mihi molestus sit: ego. n. stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Augu. Stigmata appellauit, quia in pœnarum de persecutionibus quas patiebatur: Stigma dicitur punctum, vel nota aliquo ferro facta. Terriò, quia tribulatio ostendit eos esse amicos Dei. Apoc. 3. Ego quos amo, et castigo. ¶ Terriò magnū dominium patientiæ. Patientiæ uiuunt persecutores. Prouerb. 12. Qui stultus est, seruetur superbi. Nullus adeo seruiuit beato Vincentio utiliter, ut Darianus fabricado ei coronam regni æterni. Et in Psal. Supra dorsum fabricauerunt peccatores. Fabricauerunt, inquam, coronam. Patientiæ seruiunt æstus & hyems, & omnia aduersa mundi. Sterilitas agrorum implet eius horrea, sterilitas vinearum laria. Fures & raptores & alia hominibus noxia seruiunt ei. domos aliorum exurens ædificat patientiæ domum in carcerem pertinet illud Psal. Si consistent aduersum me, non timebit cor meum. Ipsa confringit potentias, arcum, gladium & bellum. Omnia enim ista in obsequiū eius conuertuntur. Ipsa mors seruit ei, tenebrosū carcerē corporis transcendendo. Mors clauis regia est, quam Deus exhibet ad liberandum amicos suos à carcere corporis. Ipsa porta est per quam ad Dei effugiunt à manibus persecutorum ad Dei misericordiam. Prou. 14. Sperat iustus in morte sua. Patientia dominatur ei sibi ipsi. Lucae 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Hoc dominium attenditur in hoc, quòd ipsa cohibet hominem inferiorem ab illicito appetitu vindictæ. Cohibet similitudinem inferiorem. Linguam enim cohibet à contumelia, manum à lenia. Vnde sicut dicitur de garrulo, quòd nō potest retinere linguam suam; de homine uerò modesto in uerbis, contrariatur

citur: Sic patiens potens est seipsum cohibere & interius & ex-
 terius ab his quæ pertinent ad vindictam. Et quantum ad hoc,
 dicitur patiens animam suã possidere. In homine impatiẽte do-
 minatur ira vel furor, & eũ possidet. ¶ Quarto, quòd hominem
 dicit. Pateus sapienter agit ad hoc vt debita sua soluat. Ipse sa-
 pienter acquirit, sapienter custodit, & multiplicat: sapienter de-
 bita soluit, nihil de suo in solutione expẽdendõ, sed faciẽdo vt
 hostes sui ea soluant, dum iniurias ab eis illatas patienter susti-
 net, quæ sunt velut aurum & argentum & lapides pretiosi, qui-
 bus à debitis suis absoluitur. Job 37. Ab aquilone aurũ veniet.
 Ipse de his quæ nullius valoris videntur esse, debita sua soluit:
 vt sunt mala pœnæ, mors scilicet, infirmitas, & similia. Mors
 enim ei pretiosa est. In Psalm. Pretiosa in conspectu Domini
 mors sanctorum eius. Aug. in lib. de Ciuit. Dei: Quid pretiosus
 quam mors, per quam fit vt omnia delicta dimittantur, & meri-
 tum accumulatus augeatur? Pateus de hoc quod necesse habebat
 expendere, à debitis suis se absoluit, & insuper regnum cælo-
 rum emittit: vt patet in martyribus, quorum mors per quam ne-
 cessario transire erant, ab omni pœna eos absoluit, & regnum
 celorum eis acquirit. Pateus sapienter acquirit: quia sine suo
 labore, labore scilicet persecutoris qui materiam coronæ per-
 petuæ ei ministrat. Et in hoc est melior vir patiens viro forti.
 Prou. 16. Fortis enim multo labore diuitias spirituales acqui-
 rit, vigilando, ieiunando, peregrinando. Pateus etiam con-
 seruando sapienter agit. Si enim persecutor in aliquo temporali
 damnificat hominem patientem, ipse quæ sibi remanet, maximè
 spiritualia, diligenter custodit. Nõ minor est virtus, quàm quæ-
 rere, parua tueri. Ecõtrario impatiẽs si ei auferatur aliquid ter-
 renum, ipse proicit spiritualia bona. Prouerb. 19. Qui patiens
 est, non sustinebit damnum. Eccl. 2. Vx his qui perdiderunt su-
 stinentiam. Pateus etiam multiplicando sapienter agit. Ipse
 enim mala in bona cõuertit. Ipse de malis commodum suũ fa-
 cit. Ipse non experitur quicquã mali. Eccl. 8. Qui custodit præ-
 ceptum, non experietur quicquam mali. Esa. 3. Dicite iusto
 quoniam bene &c. Patienti in omnibus aduersis bene accidit,
 quia iuxta verbum Gregor. nulla nocebit aduersitas, si nulla
 dominetur iniquitas. Patientia ariditate paupertatis vberius fru-
 ctificat. Ipsa ad modum vrsi verberibus impingatur, & vt Sa-
 lamandra, de igne tribulationis viuit. Et ad modum asini
 pungitiuis pascitur, & vt struthio ferrum & alia dura comedit.
 Quia gaudet patientia duris. Ipsa ad modum piscis marini aquis

tribulationum nutritur. Et lapides in panes conuertuntur: quibus enim impatientes lapidantur, patientes pascuntur & nutriuntur. Patientie donum à Deo datum est, vt alar suos in fame. Fames enim est eorum refectio. Patientia est desertum & horum voluptatis. Patientia est velut aurum quod igne tribulationis depuratur. Homo impatiens est vt palea quæ ibi exurit. Aug. lib. de Ciui. Dei: Sicut aurum sub vno igne rutilat, palea fumatur: vbi palea comminuuntur, frumenta purgantur: Ita vna cadere que vis irruens, bonos probat, purificat, malos damnat, vana exterminat, vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur & blasphemant, boni Deum precando laudant. ¶ Quinto capite iram Dei & proximi mitigat. Prouer. 25. Patientia lenit iram. Bernard. Vapulem sanè vt male operans, si mihi flagellauerit, merita computentur: forsitan miseretur flagellato, qui in se non inuenit meritum quod remuneret. Prouerb. 15. Vir iratus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. ¶ Sexto quod Christo vicem reddit. 1. Pet. 2. Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Psal. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Vult Christus vt aliqua patiamur pro eo, sicut ipse passus est pro nobis. Vnde cū comedisset de pisce asso, dedit reliquias discipulis suis. Luca. vlt. Piscis assus est Christus passus. Vnde Christus communicare discipulos passioni suæ. ad Coloss. 1. Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea. ¶ Primo, quod hominem quasi martyrem facit. Gregor. Sine fide vel flammis martyres esse possumus, si patientiam in animo non raciter cõseruamus. ¶ Octauo, quod mira facit. Gre. Ego viderem patientiæ signis & miraculis maiorem puto. Si patientia habens aliquid mortiferum biberit, non ei nocebit. Sermo venatus quæ audit, in medicinam ei vertitur. Patienti nox aduersum vt dies illuminabitur: ita enim clare videt in nocte aduersum sicut in die prosperitatis, vel etiã clarius. Et implet Dominus illam promissionem Esa. 43. Cum transieris per aquas, tecum erit, & in igna non operiet te: cum ambulaueris in igne, non comburent te. homo patiens est vt rubus ardens absque læsione. Exo. 3. Homo patiens est vt pueri quos Deus in igne Babylonica fornacis vivos seruauit. Daniel. 3. ita accidit homini patienti, sicut accidit beato Tiburtio, qui cū nudis plantis incederet super carbones ardentes, videbatur ei quod super roseos flores incederet. Prouer. 6. Nunquid potest homo ambulare super prunas, & non comburentur plantæ eius: homo patiens hoc potest. ¶ Nono, quod

patientia multum ad sapientiam facit. Prou. 14. Qui patiens est
 multa gubernatur sapientia. Homo impatiens non solum est stul-
 tus, sed quasi insanus, quia ira furor breuis est. Pro. 19. Doctri-
 na viri per patientiam noscitur. Grego. Tanto quis ostenditur
 minus doctus, quanto minus patiens conuincitur, quum Domi-
 nus qui sapientissimus est, sit patientissimus, in fine mundi iniu-
 rias suas vindicaturus est. Qui magis patiens est, magis sapiens
 est, & magis Deo assimilatur. Prover. 14. Impatiens operabitur
 stultitiam. In eodem: Qui impatiens est, exaltat stultitiam sua.
 Decimo, quod patientia statui huius exilij multum congruit.
 Apoc. 13. Hæc est patientia & fides sanctorum. ad Heb. 10. Patien-
 tia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis
 promissionem. Ministri Dei qui sunt de ecclesia militati multum
 indigent patientia, sicut illi qui sunt in bello, multum indigent scu-
 to vel alijs armis. 2. ad Corinth. 6. In omnibus exhibeamus nos-
 met ipsos sicut Dei ministros, in multa patientia. Et inter ea quæ
 charitatis sunt, primo ponit Apostolus patientiam. 1. ad Cor.
 13. Charitas, inquit, patiens est, benigna est. Qui in hac vita est
 obique patientia, est quasi homo sine cappa in tempore pluuiali,
 & licet homo inermis in medio hostium suorum. ¶ Undecimo,
 quod patientia vestis purpurea est, valde decens in electis Dei.
 Coloss. 3. Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiae, be-
 nignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Patientia vlti-
 ma ponitur quasi ordinans & protegens ceteras virtutes. Pro-
 ver. 17. legitur de hac purpura, Byssus & purpura indumentum
 eius. ¶ Duodecimo, quod ipsa animam perficit. Vnde super illud
 Job 4. Perfectio viarum tuarum dicit glo. De patientia perfe-
 ctio nascitur. Iacobi 1. Patientia opus perfectum habet. Habet cæ-
 teras virtutes opus perfectum quantum ad sufficientiam: sed patien-
 tia, quantum ad excellentiam. Patientia vitam feliciter consum-
 mat. Ipsa enim efficit ne vir iustus in tormentis deficiat. ¶ Ter-
 tiodecimo, quod ipsa est radix ceterarum virtutum. Vnde dicit
 Gloss. super illud Lucae 21. In patientia vestra possidebitis ani-
 mas vestras. Patientia est radix & custos omnium virtutum, quia si-
 cut radix portat plantam cum ramis suis & fructu, ita patientia por-
 tat omnia onera quæ sibi imponuntur. ¶ Decimoquarto, quod
 ipsa rosa est quantum ad redolentiam & ruborem martyrij. Patien-
 tes enim dicere possunt illud: Propter te mortificamur tota
 vita. Martyrium patientiæ quandoque durat quadraginta annis;
 quum martyrium beati Laurentij paruo tempore finitum sit.
 De redolentia dicit Grego. in Moralibus: Sicut aromata odo-

rem suum, quum incenduntur, expendunt: ita viri sancti omnia
quod de virtutibus redolet in tribulationibus innotescunt. In
in libro de ciuitate Dei: Non qualia, sed qualis quisque patientiam
interest. Nam pari motu exagitatam vel exhalatum, horribiliter
tenniter, & suauiter fragat vnguetum. ¶ Decimoquinto, quod
valde efficax est ad acquirendum cælum. Hier. Non nisi per patientiam
impleretur quod dicitur, Regnum cælorum vim patientiam
& violenti rapiunt illud. Matt. 11. Vnde quum in aliis beatorum
nibus fiat promissio de futuro, patientibus dicitur regnum cælorum
esse de presenti. Mat. 5. Beati qui persecutionem patientiam
propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Quod
cimo sexto, quod animi magnitudinem ostendit. Senec. Magnitudo
animi est, iniurias in summa patientia pati.

*De his que iuuant Patientiam, de Tribulatione, & multiplicatione
utilitate.*

CAP. III.

TRia verò videntur multum iuuare patientiam, scilicet
scriptura sacra, oratio, sancta meditatio. Scriptura sacra
in Psal. Patasti in conspectu meo mesam aduersus eos qui
lanciant me. Mensant inquam scriptura. Pro. 30. Omnis sermo
clypeus ignitus est sperantibus in se. Oratio multum iuuat
eum patientia vel eius profectus donum Dei sit. Vnde in Psal. Abiit
patientia mea. Et iterum: Tu es patientia mea. Item oratio gratiam
petrat qua tribulatio refrigeratur. Eccl. 18. Nonne ardorem
refrigerabit ros? Hier. 17. Dicitur de ligno plantato iuxta aquam
non timebit cum venerit aestus. Ideo Dominus Matt. 26. appropinquante
tribulatione passionis, discipulos monet ad orandum
vigilare, inquit, & orate ne intretis in tentationem. Et Lucas
dicta tribulatione ante iudicium venturam monuit eos ad
vigilare, inquit, omni tempore orantes, ut digni habeantur
gere que ventura sunt. Esaiæ 19. Clamabunt ad Dominum
in die tribulationis, & mittet eis saluatorem. In Psal. In tribulatione
inuocasti me, & liberaui te. Iac. 5. Tristatur aliquis vel
ore. Meditatio etiam iuuat patientiam. Preuenit enim tribulationem,
& ad eam preparat maximè meditatio de his que fideles
Vnde fides & patientia sociantur. ad Heb. 6. Imitatores eorum
fide & patientia hereditabunt promissiones. Et Apoc. 14. Habetis
patientiam & fides sanctorum. De preparatione ista tangitur
2. Prepara animam tuam ad tentationem. Psal. Ego autem
gella paratus sum. ¶ Meditatio verò preparans ad tribulationem
diuidi potest in quinque species. Quarum prima versatur
exempla. Secunda, circa ea que fecimus. Tertia, circa ea que
runtur.

rimus. Quarta, circa persecutores. Quinta, circa tribulationes. Prima subdividitur in tres species. Quarū prima est circa malos qui tot & tāta patiūtur, vt peccata sua perficiāt, qui quotidianis cruciatibus cruciatum merentur æternum. Eccl. 21. Via peccantiū complantata lapidibus, & in fine illius inferi, & tenebræ, & pœnæ. Sap. 5. Lassari sumus in via iniquitatis & perditionis. Ambulauius vias difficiles, dicunt mali. Libēter sustinere debent boni pro vita beata, quæ sustinent mali pro morte æterna. ¶ Secunda est circa alios qui pro minimis bonis, scilicet cælestioris tot & tāta substinēt. Iac. 5. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferēs, donec accipiat temporarium & serotinum: patientes estote & vos &c. ¶ Tertia, circa bonos. Tob. 2. Hæc tentationē permisit Deus euenire illi, vt postea daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Et post: Non est cōtristatus cōtra Deum, quia plaga cæcitatē euenit ei. Iac. 5. Exemplū accipite fratres exitus mali & longanimitatis, laboris & paciētīæ, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. Hieron. Quis sanctorū sine paciētia coronatus est? a cunabulis ecclesiæ non defuit iniquitas premeus, & iusticia patiens. Greg. Facta præcedentium patrum consideremus, & nō erunt grauiā quæ toleramus. ¶ Inter exēpla verō sanctōrū præcipuum est exemplum Christi ad Heb. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt non fatigemini animis vestris deficiētes. Exemplū Christi est quasi scutum quod dam cordiū nostrorum: Thre. 3. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. 1. Pet. 4. Christo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini. Bernar. super Cantic. Vtrūq; es mihi Domine Iesu, & speculū paciēdi, & præmiū patientis: vtrūque fortiter prouocat ac vehemēter accendit. Idē super illud Cant. Fasciculus myrrhæ, &c. Habere illum semper: non retro in humeris, sed antē præ oculis, ne portātes & non odorātes, & omnes premar, & odor non erigat. Videntes angustias Domini, leuius vestras portabitis. Greg. Si ipse hinc sine flagello nō exiit, qui sine peccato venit: quomodo flagellis digni non erunt, qui huc eum peccato venerunt? Passio Christi lignū est aquas tribulationum dulcorās, signata ligno illo quod à Domino ostēsum est Moyse, vnde aquæ dulcoratæ sunt. Exo. 15. Gre. Si passio Domini ad memoriam reuocetur, nihil adeo durū quod nō æquo animo toleretur. Elephantis ostēdebatur sanguis vix, & mori, ad acuendum

eos in praeliū. i. Mach. 6. Et Dominus ostēdit manus & lacus discipulis in tribulatione positis. Luc. vlt. Et aspectus serpentis sanabat à moribus ignitorū serpentū. Num. 21. Aspectus enim Christi in cruce irā & impatientiā sanat. ¶ Ad secundā speciem meditationis quæ versatur circa ea quæ fecimus, pertinet verba Sacræ scripturæ quæ sequuntur, Gen. 42. Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrū. Michææ. 5. Irā Domini parabo, quoniā peccauī ei. Poëta: Leuiter ex merito quicquid parare ferendū est. Greg. in Moralibus: Tunc illata conuicia bene toleramus, quū in secreto mētis ad male perpetrata recurrit. Idē: Tanto quis patientius ferrū medici tolerat, quāto putredinem esse conspiciat quod secat. Idem: Per hoc quod culpæ pondus agnoscitur, afflictionis pœna alleuiatur. Idem: Patienter iniuriā illatam tolerat, qui pie meminit quod fortasse adhuc habere quo debeat ipse tolerari. Idem: Consideratā infirmitas propria mala nobis excusat aliena. Idē in Pastoralibus: Si quis sua modica quæ portatū considerat, ea quæ ab altero sustinet, leuiter portat. ¶ Ad tertiā quæ est circa ea quæ meruim⁹, pertinet Greg. Leue quidē videtur quod iniuriā percūtimur, dū in actione nostra conspiciamus quod peius est quod meremur. Habac. 2. Ingrediarut putredo ossibus meis, & subter me scateat vt requirit in die tribulationis. ¶ In quarta meditatione attendendus est virus persecutoris, qui est quasi insanus vel freneticus in seipsum manum iniiciens, in cor suum primo gladium mittens. Erat vel filio insano vel frenetico deberet compassio, nō odium vel indignatio. Hanc meditationem inuenit glos. Bedæ super illud Luc. 6. Benedicite maledicentibus vobis, &c. Medicus animarū quos ad curādos proximos instruit, omnia quæ ad salutem proximorum valere possunt tolerare præcepit, vt tanquam à morbo agrotantibus, vel freneticis, si salus illorum id exigat multa patiatur, donec infirmitas transeat. ¶ Item attendendum est quod persecutor virga est patris misericordiarum illis qui patienter sunt est aurea: impatientes verò habebunt ferream, quæ tanquam vas figuli confringet eos. Virga istā in signum clementiæ creditur filiis Dei: vnde non est odienda, sed potius amplectenda. Esther 5. Osculata est Esther virgam auream quam ostendit ei Assuerus. Qui virgā patienter sustinet, tormētum malitiæ excident. Sap. 3. Et non tanget illos tormētum malitiæ siue mortis. ¶ Item attendendum est in hac meditatione, quod licet persecutor in presenti filios Dei pungat, tamē in futuro eis mellificabit. In Psal. Circudederunt me sicut apes, &c. Apes etsi inferunt

punctionis dolorem, amantur tamē, quia ministrāt mellis dulcedinē. Similiter amādi sunt psecutores, & tolerāda est pūctura ad tēpus propter iucūditatē quæ ex ea sequitur, Eccl. 1. Vsq̄ ad tēpus sustinebit patēs, & postea redditio iucunditatis. Greg. Si illis dulcia appetimus, necesse est vt pri⁹ hic amara toleremus.

¶ De tribulationibus.

Sequitur de quinta meditatione quæ circa tribulationes vertitur. In qua primo attendendum est, à quo sit tribulatio. A Deo enim est. Eccl. 11, Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. Et ita cū ipsa sit à summo bono, indubitatè ipsa bona est & amanda. Ipsa est munus datum à Deo qui amantissimus est: Vnde chara habenda est. Solēt homines chara habere quæ dātur eis ab amicissimis suis, licet sint parui valoris. Ioan. 18, dicit Dominus Petro: Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? Tribulatio potio est data à sapientissimo & fidelissimo medico. Vnde non est timendū infirmitas de excessu. Quomodo enim excederet qui sapientissimus est & fidelissimus? 1. ad Corin. 10. Fidelis enim Deus qui non patitur vos tentari supra id quod potestatis. In Psalm. Congregans sicut in vere aquas maris. Mensurat enim amaritudines tribulationis. Exo. 15. Stetit vnda fluēs. Job cap. 38. Circumdedi mare terminis meis, & posui vectē & ostia, dixi, Hucusquē venies, & non procedes amplius. ¶ Secundò attendendum est, quòd non solum tribulatio est à summè bono, sed etiam in summè bono fuit ex quo manifestū est ipsam bonā esse. In eo enim nihil potest esse nisi bonum. Augustinus: Omnia terrena bona cōtēnenda homo Christus, vt cōtēnenda monstraret & omnia terrena mala sustinuit, quæ sustinēda præcipiebat, vt nec in illis quaeretur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas. Idē: Vnicus ille de Patris substātia natus, æqualis Patri, in forma Dei. Verbū caro facta sunt omnia, nō habebat vbi flagellaretur, ad hoc autem carne indutus est, vt sine flagello non esset. Qui flagellat milicem sine peccato, relinquet adoptatum, qui est cum peccato. ¶ Tertiò attendendum est, quòd tribulatio ad summum bonum ducit, & ideo indubitanter est bona. Gregor. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Act. 14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum calorū. ¶ Et notandum quòd quum tribulatio bona sit, licet amara, ipsa non est proicienda, vt faciunt quidam similes illi qui ascendens in arborem nucis, inueniēs amaritudinem in cortice fructus, cum proicit, & ideo nō gustat de dulcedine nuclei. Sic aliqui infelices tribulationem

lacionem proiciunt, quum eius amaritudinem sentiunt. Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est Prouer. 1. Tribulationem & disciplinam, & ne dimittas eam. ¶ Potius condienda est tribulatio quasi quadruplici falsa. ¶ Prima est, consideratio aternorum suppliciorum, quæ falsa est pungitiua: generat enim timorem. Dedit Dominus metuentibus se, significationem vt fugiant a facie arcus. Arcus inquam, diuini iudicij. Hæc significatione tribulatio: quia homines futura mala nō timēt, idco Dominus adhibet præsentia mala propter quæ velint nolint dolent, & dolor præsentium introducat timorem futurorum. In Psal. apprehendite disciplinam, gl. etiam si fugiat. Disciplina præsentis tribulationis tabula est apprehendentes eam à naufragio librans: sed in futuro tribulatio apprehendet & submerget eos qui eam nunc fugiunt: Iob 27. Apprehendet eum quasi in inopia. Virga Moysi proiecta versa est in colubrum. Exod. 4. Sic tribulatio proiecta in mortē, & c. 15. Qui increpationes non morietur. Virga non occidit. Prouer. 23. Si percusseris eum virga, non morietur. Sed coluber occidit. Ideo recte in virga intelligitur pœna transitoria: in colubro mors aterna. ¶ Secunda falsa est consideratio aterni præmij. Hæc est quasi aromata. Greg. Consideratio præmij minuit vim flagelli. ¶ Tertia est consideratio passionis Christi. August. Magna consolatio membra ex capite. 2. ad Tim. 2. Si compatimur, & conregnabimus. Res. Nunquid Christus socium tribulationis à communione laudat? Sic confidens in cruce latro, eadem die cum eo fuit in paradiso.

¶ De multiplici Tribulationis vtilitate.

Quarta est multiplex vtilitas tribulationis. Et primo posuimus septem viles effectus tribulationis, secundū septē proprietates ignis. Tribulatio enim per ignem in scriptura sacra sœpe significari. Psal. Igne me examinasti. ¶ Notandum est quod tribulatio ad modum ignis illuminat. Threnor. 4. Ego vidi paupertatem meam, in virga indignationis eius. Greg. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Daniel. 4. Septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur Altissimus in regno hominū. Et subditur: Post finē dierū ego Necho donosor oculos ad cælū leuani, & sensus meus reddatur mihi. Hæc illuminatio figurata est in illuminatione Tobie qui felle posito super oculos eius visum recepit. Tob. 11. In amaritudine fellis, intellige amaritudinē tribulationis. Tribulatio fugat stultitiā ab homine, & verā sapiētiā introducit. Prouer. 1. Stulticia cœcit eam. Iob 28. Intellectus non per pretium. De excellētū trāsferuntur. Flagellatio. Efficaciter verberū. Verborū. Cui deducit. Emolumenta dura. Sicut deponit, & emolumenta assu. Tribulationis. Tunc vni omnē sacerdotis. Cuius enī diaboli efficiunt. Iob 2. Tribulatione roborat latro. Tribulatione sanctos. Suggere. Sentiendū. Facies patris extraxit. Christū. Vnde Daniel. Inueniunt patrem.

cultia colligata est in corde pueri, sed virga disciplinae fuga
 est ea. Iob 27. Sapiētia nō inuenitur in terra suauiter viuentiū.
 Interlin. Nā si verē saperēt, in hoc exilio potius lugerēt. gl. Qui.
 vlt; adhuc vitæ voluptatibus pascitur, ab æternæ sapientiæ in-
 tellectu separatur. Aurū verò terræ Heuilath optimū est quod
 interpretatur dolēs. Gen. 2. Eccl. 24. Qui emittit disciplinā sicut
 dicit. Esa. 28. Tantū sola vexatio dabit intellectū auditui. Thre.
 De excelsio misit ignē in ossibus meis, & erudiuit me. Ier. 6. se-
 cundū trāslationē lxx. Per omnē dolorē & flagellum erudieris,
 Hierusalē. Prou. 29. Virga atque correptio tribuit sapiētiā. Eccl.
 12. Flagella & doctrina omni tēpore sapiētia, id est, causa sapiē-
 tiæ. Efficacior verò ad erudiēdū videtur esse aliquando discipli-
 na verberū, quā disciplina verborū. Vbi enim nō potest discipli-
 na verborū, additur disciplina verberū. Item Eccl. 22. Pungens
 oculū deducit lacrymas, & qui pungit cor, profert sensum. ¶ Se-
 cundū, emollit vt ignis cerā, vel omnino liquefacit vt ignis me-
 tella dura. Iob 22. Deus molliuit cor meum. Psal. Liquefacta est
 terra sicut cera. Cera igne modico emollitur, & veterē imaginē
 deponit, & nouā recipit: sic corda nō indurata modica tribula-
 tione emolliūtur, & vetustate vitiorū deponūt, & nouitate vir-
 tutum assumunt: corda verò dura non liquefiunt ad ignem tri-
 bulationis, nisi sit tribulatio magna mortē inferens vel commi-
 nis. Tunc vetustas vitiorū deponitur, & corda parata sunt stue-
 re in omnē modulū & formā recte viuēdi, omnino parata stare
 sacerdotis mandato. Tunc fir ibi felix commutatio dextere ex-
 celsas enim ignominie commutatur in vas glorie, & serui
 diaboli efficiuntur filij Dei. Prouerb. 12. Verte impios, & non
 erunt. Iob 28. Auro locus est in quo cōstat. Hic locus est ignis
 tribulationis. ¶ Tertiū, tribulatio hominem roborat: sicut ignis
 roborat laterem, quem tamē videtur comburere. Ad Romanos
 5. Tribulatio patientiam operatur: tribulatio roborat induran-
 do sanctos, vt dentes leonis infernalis, qui sunt hæretici, malo-
 rum suggestores, detractores & persecutores nihil possint in
 eos dentibus diaboli. dicitur Esa. 3. Quare atteris populū meū,
 & facies pauperum commolitis? Patientia martyrum multos dē-
 tes extraxit de ore diaboli, quia visa patientia sanctorū multi
 ad Christū conuersi sunt. ¶ Quartū tribulatio destruit, & quasi
 ad nihil vincula amoris, quibus aliquis ligatus est mundo.
 Vnde Danielis tertio. Tres pueri qui ligati missi sunt in fornacem,
 inueniuntur soluti. Vnde accidit in homine qui tribulatio-
 nem patitur, sicut accidit cum Christianus populus obsideret
 quod

quoddam castrum quod tenebant Saraceni. Opposuerunt enim Saraceni quēdam Christianum nobilem captum machinē, rantes quod in eam partem iacere nollent lapides. Illo autē mante, vt propter eum non desisterent ab impugnatione: coperunt Christiani lapides iacere, & primo lapidis ictu ruptus est funis quo ille ligatus pendeat. Vnde ille cadēs in fossam abstractus est à Christianis, & sic liberatus est, q̄ verē potuit domino dicere, Diripuisti Domine vincula mea. Catena illa nos ligatos tener, est amor viuēdi: iuxta verbū Senecę. Aliquēdo verō vno ictu tribulationis cadet aliquem viuere, & mori desiderat, cadēs in profundum humilitatis. Ecl. 41. O mortuum est iudicium tuum homini indigenti. Sicut adhæret vitæ vasi in quo decoquitur, nisi moueatur, & amittit saporem, & colorem: sic cor hominis adhæret huic mundo per amorem, nisi tribulationē patiat, secundum illud Psalm. Cōtinuatus est in terra venter noster. Nec est modica utilitas separatio ab amore mundi, quē totū & solū malū hominis sit amor mundi. Iuxta verbū Aug. Greg. Ipse mūdus dū tot amaritudinē cruciat, dū calamitates ingeminat, quid aliud nisi vt morerentur clamat? Nisi tribulationes essent, homines Deū obliuiscerentur, bonis temporalibus cōtenti. Greg. Electis suis Deus asperū facit, ne dū delectantur in via, obliuiscātur eorum quod sunt in patria. Baruch. 4. Delicati mei ambulauerunt vias foras. Tribulatio est velut absinthiū, quo hi qui sunt paruuli ritualiter, à temporali consolatione separantur, sicut puritas qua amaritudine à lacte separari solēt. Quinto tribulatio hominem probat. Ecclesia. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Eiusdē 2. In igne probatur aurum & argentum, & homines receptibiles in camino humilitationis. Job 23. Probat me quasi aurum quod per ignē transiit. Tobie 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret. In Psal. Probasti cor meū, & visitasti nocte, igne me examinasti, &c. Grego. Nemo vires suas in pace cognoscit. Sibi defunt, virtutū experimenta nō prodeunt. Idē. Improuidus nemo est, qui se fortem in pace gloriatur: nemo quippe quantum profecit, nisi inter aduersa cognoscit. ad Rom. 5. Patientia probationem operatur. Gen. 27. Accede fili mi vt tangam te, & probem vtrum sis filius meus, an non. Sexto purgat. Io. 16. Qui palmitem qui fert fructum, purgabit eum vt fructū plus auerant. Malach. 3. Sedebit cōstans, & emundās argentū, & purgabit filios Levi. Greg. Quod flagellum grano, quod lima ferro, quod

fornax a
dici illud
non sunt
proiecit
nem. N
nis non p
leas com
dum igni
Pastorat.
nam ipsi
vt myrtha
ne superb
at me, da
qui me co
ris & à si
dextra, &
necēdāt. O
tia. Tribu
mibus v
fecimus in
est peccata
Adam in d
vero quasi
Liber hom
nam sub
dispensati
Electū suū
quasi perc
drum fecit
serpentes,
prior serpe
bulatio m
medicina f
recipere no
licem salu
re nō noue
de vir sapi
ma quali
horreat eā
Hebra. 12.
dij, sed mo

fornax auro, hoc tribulatio viro iusto. Sed de quibusdam potest dici illud Iere. 6. Frustra conflavit conflator. Malitiæ enim eorū non sunt consumptæ: argentum reprobū vocare eos, quia Deus proiecit eos. Maledictū ferrum quod ex lima contrahit rubiginem. Non aurū, sed paleam se ostendit, qui in igne tribulationis non purgatur, sed per impatientiam crematur. Matth. 3. Paleas comburet igni inextinguibili. ¶ Septimo tribulatio ad modum ignis desiccatur ab aquis deliciarum, & sic cōseruat. Greg. in Pastorat. Cor Salomonis idcirco funditus sapiētiā deseruit, quoniam ipsum nulla disciplina exterius custodiuit. Tribulatio est, ut myrtha à putrefactione custodiens. Hæc Paulum, custodiuit ne superbiret. 2. ad Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extolleret me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Tribulatio viris Israëlitis murus est à dextrâ, & à sinistris. Exod. 14. Erat aqua filiis Israël, quasi murus ad dextrâ, & ad laeuā. Tribulatio sepit viā inferni, ne electi per eam incedāt. Osee 2. Sepiam, viam tuam spinis, & sepiam eam maccina. Tribulatio hominem seruat à furibus infernalibus. In hominibus voluptati deditis vitia abundant. Esa. 26. Iustitiam non fecimus in terra nostra: ideo nō ceciderūt habitatores terræ: id est peccata. ad Rom. 7. Scio quod habitat in carne mea peccatū. Adam in deliciis quasi in aqua dulci cōputruit. In tribulatione vero quasi in aqua salsa seruatur homo à putrefactione. Greg. Liber homō per cibum sibi mortem intulit, & reductus ad vitam sub disciplina melius viuit. Idē: Quo nos Deus diuinius ex dispensatione percutit, eo amplius ex pietate custodit. Idem: Electū suū diuina gratia tunc magis erudiendo custodit, quum quasi percutiendo deserit. Sic facit Deus ecclesiæ, sicut Alexandrum fecisse legitur, qui cinxit quoddam nemus igne propter serpentes. Sic Christus igne tribulationis ecclesiā cingit, propter serpentes infernales. ¶ Præter effectus prædictos habet tribulatio multos alios effectus. Primus est, quod sanat. Ipsa est medicina sapiens eos, qui spōte eam recipiunt: eos verò qui eam recipere nolunt, inquinat: effunditur enim super eos. Dauid: Canticum salutatis accipiam. Idem: Effunde iram tuā super eos, qui te nō nouerunt. Eccle. 28. Altissimus de terra creauit medicinā, et vir sapiens non abhorrebit eam. Inuoluenda est hæc medicina quasi sub quadam nebula presentis vtilitatis, ne homo abhorreat eā: vel admiscenda est ei zuchara æternæ dulcedinis. ad Hebræ. 12. Omnis disciplina in præsentī non videtur esse gau- dij, sed mætoris: postea autem fructum pacatissimum exercita-

tis per eam reddet iustitia. Tribulatio est velut cauterium fi-
 ctum in membro minus nobili ad sanandum membrum magis
 nobile: molestia corporis infirmitatem sanat mentis. Eccle. 10.
 Curatio cessare faciet peccata maxima. Prou. 13. Legatus fide-
 lis sanitas. Fideliter agit tribulatio cum eo, cui dominus ma-
 nit eam: operatur enim ad eius vtilitatem, non ad voluntatem.
 Eccle. 31. Infirmitas grauis sobriam reddit animam. Prou. 17.
 Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta collata
 oscula. Cauteria videntur esse vulnera, quum tamen potius sint
 remedia. Sic tribulatio videtur esse aduersitas, quum potius sit
 remedium a Deo datum. Eccl. 7. Melior est ira risu. 11a, inquit,
 aduersitatis, risu prosperitatis. Dicit Greg. de beato Benedicto
 qui propter tentationem carnis projecit se in spinis, quod ve-
 nere corporis sanauit vulnus mentis. Idem: Quis nesciat quomodo
 multo melius est ardere flammis febrili, quam igne vitiorum
 & tamen cum febre corripimur, quia vitiorum aestu, qui occurrunt
 nos poterat, considerare negligimus, de percussione munitur
 mus. Idem: Durum non aestimes esse quod pateris, dum a
 cruciatibus ab interna passione liberaris. Idem: Diuina calu-
 fatione agitur, vt prolixiora vitia prolixior aegritudo exuat
 tribulatio hominem incitat, vt Deum requirat. Esa. 26. Domine
 in angustia requisierunt te. In Psalm. Imple facies eorum igno-
 minia, & quaerent nomen tuum Domine. Idem: Quum occurreret
 eos, quaerebant eum. Osee 6. In tribulatione suam manent
 surgent ad me. In Psalm. Couersus sum in arumna mea, dum
 figitur spina. Exod. 22. Urgebant Aegyptij Israelitas exire de
 gypto. Et filius prodigii fame urgente quum rediit ad patrem
 suum. Luc. 15. Item accelerare facit. In Psalm. Multiplicatae sunt
 infirmitates eorum, postea accelerauerunt, ad Hebr. 4. Festina-
 mus ingredi in illam requiem. Saltem deberet qui a Deo
 gellatur, intelligere quod iumentum percussum videtur appropin-
 scere, scilicet quod percutiatur, quia erat extra viam: videtur
 dit ad viam, vel quia nimis lentè incedebat, vt gressum accelere-
 Sic quod flagellatur a Deo, si extra viam erat per mortale peccatum,
 debet redire ad viam deserendo peccatum: si in via est, debet
 sed lentè incedebat pauca bona agendo, accelerare debet gressum
 sum plura bona agendo. Item tribulatio consolationem meretur.
 Esa. 61. Vt ponerent consolationem lugentibus Sion. In Ierem.
 Secundum multitudinem dolorum meorum, &c. Idem: Virga
 tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Deuter. 8. Affirma-
 penuria, & dedi tibi manna. Item tribulatio virtutes inuocat.

Adiutrix
 poenas fu-
 tit vbi pa-
 strictus in
 hic crucia-
 quid fieri?
 rus, vt bi-
 ciuitate in-
 gere, & ve-
 munes. 1.1.
 Si autem p-
 Evangelio
 nam & co-
 spem hab-
 emitur. M-
 lob 3. Iner-
 tuem, dū
 pro nobis
 nem nemo
 domini in-
 tem vale-
 aliis comp-
 Et subdit
 illius, i-
 pariendo.
 compati
 bulatio si-
 castigo.
 parit vi-
 dit. Ecce.
 ratur in no-
 flagellat a-
 tius que-
 ellis cuius
 ellis. Aug-
 a numero
 dicas, plu-
 quicquid
 nem, flag-
 tur hære-
 Idem: Q-

Adiutrix virtutum est tribulatio. Ipsa valet ad timorem, dum
 poenas futuras facit intelligi. Grego. Si Deus tam asperè percu-
 tit vbi parcit, quàm asperè percutiet, vbi non parcet? Idem: Di-
 strictus iudex quanta illic districtione feriet quos reprobat, si
 hic cruciat quos amat? Luc. 23. Si in viridi hoc faciunt, in arido
 quid fieri? Jerem. 25. Quum noluerint accipere calicem de manu
 tua, vt bibant, dices ad eos: Bibentes biberis, &c. Quia ecce, in
 ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affli-
 gere, & vos quasi innocentes, & immunes eritis? non eritis im-
 munes. 1. Petr. 4. Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei.
 Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt
 Evangelio? Item valet ad spem, ad Romanos 15. Vt per patien-
 tiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Meritò
 spem habet de regno aeterno, qui monetam habet, qua ipsum
 emittit. Moneta ista ab electis non reprobanda, est tribulatio.
 Job 5. Increpationem domini ne reprobas. Item valet ad chari-
 tatem, dū facit intelligi quid pro nobis filius Dei fecerit, quum
 pro nobis morti se exposuit. Ioan. 15. Maiorem hac dilectio-
 nem nemo habet, &c. Item valet ad humilitatem. Job 6. Sagittæ
 domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum
 Item valet ad pietatem. Homo enim in deliciis nutritus, nescit
 aliis compati. Jerem. 44. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua.
 Et subditur: Non est transfusus de vase in vas. De vase inquam
 iustitiæ, in vas misericordiæ. Filius Dei compassionem didicit
 pati. Hebræo. 4. Non habemus pontificem qui non possit
 compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia. Item tri-
 bulatio signum est diuini amoris. Apoc. 3. Quos amo, arguo &
 castigo. Emulare ergo, & age poenitentiam. Prouerb. 13. Qui
 parit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit, instanter eru-
 dit. Eccl. 30. Qui diligit filium suum, assiduat ei flagella, vt læ-
 detur in nouissimo suo. ad Hebr. 12. Quem diligit Deus castigat:
 flagellat autem omnem filium quem recipit. In eodem: Quis
 filius quem non corripiat pater? Et iterum: Si extra disciplinam
 patris cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & nō filij
 patris. August. Si exceptus es à passione flagellorum, exceptus es
 à numero filiorum. Idem: Noli esse iniquo sensu & puerili, vt
 dicas, plus amat pater meus fratrem meum, cui permittit facere
 quicquid vult, quàm me: quia si me mouero contra eius iussio-
 nem, flagella inuenio: potius gaude sub flagellis, quia tibi serua-
 tur hereditas. Illis ad tempus parcit, quos in æternū damnabit.
 Idem: Quid mirum, si flagellat custodiens paruulos Dominus,

quos grandes quærit hæredes? Idem: Non timeas flagellari, sed exhæredari. Gregor. Nisi correctis Deus hæreditatem dare desponderet, erudiri eos per molestias non curaret. Idem: Ne queraris de verberibus, dum nescis quæ te maneant præmia in retributione. Tribulatio in præsentibus ex pietate datur. Gregor. Idem: Deus hæc quibusdam parcit, ut eos in perpetuum feriat: Idem: Deus tu propitius fuisti eis, & viscens in adinventiones eorum. Amos 3. Tantummodo vos cognoui ex omnibus congregationibus terre: idcirco visitabo super vos iniquitates vestras. 2. Machab. 6. Non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed in timore ultiones adhibere, magni beneficii indicium est. Greg. Etsi quinque timent, ne ultio quæ suspenditur, in fine graui feruetur. Feriri paterna correptione desiderant, & dolorem videris salutis medicinam putant. Gaudere debet infirmus, quum videt cælestem medicum intromittere se de eius infirmitate: & ex hoc sperare salutem. Illi qui in omnibus in mundo isto prosperantur, sunt quasi infirmus desperatus, cui nihil quod sperari negatur. Grego. Desperatis agris, medici quicquid poposcunt dari præcipiunt: & eis qui reduci possunt ad salutem, quæ appetunt dari contradicunt. Idem: Continuus successus temporaliū, est certum futuræ calamitatis indicium. Vitulus maculatus liber ad pascua mittitur. Greg. Iniustus ad debitam mortem curans, effrenatis voluptatibus vititur: quia & vituli qui maculati sunt, in liberis pascuis relinquuntur. Iustus à delectationis transitoria iucunditate restringitur, quia etiã nimirum vitulus ad laboris usum deputatus, sub iugo retinetur. ¶ Aliquando quod videtur esse misericordia, verè est ira: & quod videtur esse ira, verè est misericordia. August. ad Marcellinum: Cui licentia iniquitatis eripitur, vitiliter vincitur: quia nihil infelicius felicitate peccantis, quæ pœnalis nutritur impietas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur. Sed peruersa & aduersa cogitata mortalium felices res humanas putant, quum rectorum splendor attenditur, & labes non attenditur animorum: quum theatrorum moles extruuntur, & effodiuntur fundamenta virtutum: quum gloriosa effusionis infania, & opera misericordiæ deridentur: quum ex his quæ diuitibus abundant, luxuriantur histriones, & necessaria vix habent pauperes. Hæc si Deus pollere permittit, tunc indignatur grauius si impunita dimittit, tunc punit infestius: quum verò euerit subsidiū vitiorum, & copiosas libidinosas vias reddit, misericorditer aduersatur. Esa. 25. Misereamini

impio: Et
Confes. T
mis asper
vt ita qua
& occidit
ditibus
no, quante
lib. Acie
salubriū d
reus meu
visitabo su
tio Dei soc
bulatione.
cede. Bern
derelictum
bulatione.
rus pueris
nis per a
nem, vt sen
tara & m
de prosper
bet letan
lato facis,
meos. I
bulatione
lano pig
succensus,
na nos, pe
sa, vt præ
ceat Deum
ty in infir
perfectione
um. Grego
arum pur
et. Terti
Deus grati
permittere
tatione pr
secundum
Et secundu
tribulatio

impio: Et subditur. Et non discet facere iustitiam. Aug. in 2. lib. Confes. Tu semper aderas misericorditer seruiens, & amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas iucūditates meas, vt ita quærerem sine offensione iucūdari. Idē: Percutis vt sanes, & occidās meis amarissimas difficultates, te tanto magis propitio, quanto minus sinebas mihi dulcescere quod nō eras. Idem 2. lib. Acies conturbata & tenebrata mentis meæ acri collyrio salubriū dolorū de die in diem sanabatur. Ezech. 16. Auferetur velus meus à te, & requiescā, nec irascar amplius. Osee 4. Non visitabo super filias vestras, quū fuerint fornicatae. Itē tribulatio Dei socium efficit, secundum illud Psal. Cū ipso sum in tribulatione. Et iterum: Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Bernard. Quantumcūq; sauiat tribulatio, non putes te derelictum, sed memineris scriptum esse, Cum ipso sum in tribulatione. Et Dan. 3. Vidit Nabuchodonosor in fornace cū tribus pueris quartum similem filio Dei. Esa. 43. Quum ambulaueris per aquas, tecum ero. Gregor. Da mihi semper tribulationem, vt semper possis esse mecum. Item tribulatio est quasi via strata & mūda, quum prosperitas via sit lutosa. Vnde quū Deus de prosperitate educit hominē & ponit in statu aduersitatis, delectatari, dicens cum Dauid: Eduxit me de lacu miseriae, de luto facis, & statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Itē tribulatio hominem proficere facit. In Psal. In tribulatione dilatasti mihi. Sine tribulatione homines dormiunt somno pigritiae: sed tribulatio excitat eos, vt ignis in domo succensus, & vt aqua nauem subintrans. Matth. 8. Domine, salua nos, perimus. Augustinus: Ideo praemuntur iusti in ecclesia, vt pressi clament, clamantes exaudiantur, exauditi glorificent Deum. Item tribulatio virtutem perficit. 2. ad Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. ¶ Tribulatio multis modis facit perfectionem virtutis. Primo, quia purgat virtutes, vt ignis aurum purgat. Gregor. Fornax tribulationis ligna vitiōrum incinerat, & aurum purgat. Secundo, quia hostem debilitat, corpus scilicet. Tercio, quia magnitudo tribulationis occasione dat, vt Deus gratiam augeat. 1. ad Corint. 10. Fidelis est Deus, qui non permittet vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum: id est, virtutis augmentum. Quarto, quia secundum verbum Senecæ, multum adiicit sibi virtus laceffa. Et secundum Gregorium, ignis flatu premitur, vt crescat. Item tribulatio patienti debita soluit. Lucæ sexto. Dimitte, & di-

mitteretur vobis. Quū capti apud Saracenos mendicare rogātū redemptionē suam, facti sunt capti à diabolo, si aurū, & argentum vnde possunt se redimere, gratis sibi oblata recusant. Pro uerbo. 13. Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ. Tribulationes diuitiæ propriæ hominis dicuntur, quia homo occasio earum fuit. Thren. 3. Non humiliavit ex corde suo, & abiecit sibi hominum. Sap. 1. Deus non fecit mortem. Ecclē. 2. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe. ¶ Et notandum quod magna Dei misericordia est, quod pro pœnis futuris recipit retributiones præsentēs. Tale enim est ac si ille cui debentur marcæ aurū, & argenti, reciperet pro eis fabas vel lapillos, quibus facta est cōputatio: plus enim est faba vna respectu marcæ argenti, quæ translatio præsens respectu pœnæ futuræ. Ezechiel. 4. Diem pro anno dedi tibi. ¶ Tribulatio succursus est homini à Deo multo. Quod tripliciter ostendi potest. ¶ Primo sic: Si domus alicuius igne esset succensa, quam per se nō sufficeret extinguere, si sibi oblata cum gaudio susceperet, & obsequium non pœnitentionem reputaret: quanto magis quum domus conscientia succensa est igne concupiscentiæ, aquam tribulationis debet reputare succursum, & non aduersitatē vocare, quia nō est diuitia eum: sed prosperitatem, quia pro ipso est. Sed sunt aliqui qui fugiunt, quum nihil eos persequatur. Prouerb. 18. Fugit impius nemine persequente. ¶ Secundò sic: Si aliquis ab hostibus induceretur super equum velocem ad locum vbi esset occidendus, gratum haberet, si quis equū illum vulneraret vel occideret, sic ab hostibus liberaretur, & hoc reputaret succursum, non instrumentum: quantum ergo gratus debet esse ei qui corpus huius lasciuum in quo ad mortem æternam ducitur, infirmitate vel alio modo lædit, vt sic à dæmonibus liberetur? Pro. 24. Erue qui ducuntur ad mortem. ¶ Tertiò, sic: Si duellum cōmitteretur cum aliquo, & videres hostē tuum tibi præualere, gratum haberes si quis hostem illum debilitaret intantum, vt ei præualere posses. Quasi duellum est inter carnem, & spiritum. Caro enim concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Gal. Vnde ille qui videt præualere carnem aduersus spiritum, magnas gratias debet agere Deo, si infirmitate vel alia tribulatione carnē eius debilitet, vt à spiritu superetur. Iob 40. Membrum belli, nec vltra addas loqui. Greg. Ac si diceret, tanto te ad disciplinam patris exhibe placidum, quanto te prospicis ad bellum infirmum. Si occulti hostis contra te bellum consideras, quid quid à me pateris, nō accusas. ¶ Item tribulatio sanctis occidit

est pugna
2. Non co
micus hu
tra sanct
casiones
10. Cer
bulatio e
tur. Item
derur no
Id quod
pra mod
in nobis.
dus, Si pe
rim gem
fert. tent
nam vita
pro vna
16. Ves co
dium. Ba
bis semp
punctum
congreg
meam p
sum tui.
2. in mu
tionis in
mutand
habet L
de quo
dio accu
tur quot
stantiam
secrea su
res & nu
de illor
veniam
Lazaru
reit, fe
Ille bon
autem
diciis I

est pugnae, & per consequens victoriae & coronae 2. Timoth. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit Gregor. Inimicus humani generis callide insidians, fraudem quam contra sanctum Iob parauerat, perulit, quia sancto viro quot occasiones intulit, quasi tot causas victoriae ministravit. Sapient. 10. Certamen forte dedit ei ut vinceret. Non est timenda tribulatio electis Dei, quum Deus ea mittat illis, ut ab eis vincatur. Item tribulatio pondus est, ad quod praemium caeleste tradetur nobis: ideo non est optanda eius diminutio. 1. Corinth. 4. Id quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis supra modum in sublimitate aeternae gloriae pondus operabitur in nobis. ¶ Item tribulatio materia est coronae nostrae. Bernardus. Si poenitentia nostra crudeli miseratione minuitur, paulatim gemmis corona nostra priuatur. Iaco. 1. Beatus vir qui sufferet tentationem: quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Tribulatio praesens vertetur in gaudium, ita quod pro vna gutta tribulationis, erunt quasi mille modij gaudij. Io. 16. Vos contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Baruch 4. Qui induxit nobis mala ipse rursus adducet nobis sempiternam iucunditatem cum fame nostra. Esa. 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Mutatio ista tribulationis in gaudium, figurata est Io. 1. in mutatione aquae in vinum. Praeligenda est aqua tribulationis in vinum gaudij mutando, vinum gaudij temporalis mutando in aquam aeternae tribulationis. De hac mutatione habes Luc. 6. in diuite, &c. Lazaro. Bernardus: Ego sane diuitem de quo Saluator facit mentionem in Euangelio, in nullo audio accusari, nisi quod induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide: si crudelitatis eum arguimus, quod substantiam mundi habens, & videns fratrem suum egere, clausit viscera sua ab eo: quid dicturi estis qui tot videtis Lazaros esurientes & nudos, & plus de iumentis vestris & eorum phaleris, quam de illorum miseris cogitatis? Sed ad tremendum iudicium Abrahae veniamus. Memento filii quod receperis bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Verum vtrunque est, negari non potest, fer sententiam, quia paucis expressa est summa negotij. Ille bona, & iste mala accepit: nunc autem hic consolatur, tu autem cruciaris. Expergiscimini ebrij & flete: terribilis in iudiciis Deus super filios hominum. Haecine est cruciatum cau-

sa tota, quòd in seculo bona receperat? Ita planè: neque enim nos ad hoc de paradiso voluptatis diuina animaduersio eiecisse videtur, vt alterum sibi hic paradisum adinuentio humana pararet. Legitur, Ioannem Euangelistam virgas, & lapides cõmunes in aurum, & lapides pretiosos conuertisse: quis virgas illas & lapides illos, si indubitanter crederet ea conuertenda esse in aurum & pretiosos lapides, non amaret? Item tribulatio virga Moyfi est, in qua mirabilia fiut. Per eã aqua de petra educitur. Aqua, inquam, lachrymarum, de cordibus duris, & quasi petranis. Per ipsam etiam veri Israëlita à Pharaone infernali & eius exercitu liberantur. Tribulatio seruos Dei liberat ab hostibus sicut, flagellis pecora castrum vrgentur, ne à prædonibus rapiantur. ¶ Tribulatio locus est, quem filius Dei elegit in hoc mundo ad manendum. Bernardus: Christus qui nõ fallit, eligit quod carni est molestius. Id ergo melius, id vtili, id magis eligendũ: & hic est locus filiorũ Dei in mũdo isto. Omnes enim qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patientur propter iustitiam. 2. Timo. 3. Qui cor nobile haberet, potius eligeret esse cum filiis Dei in tribulatione, quàm cum damnatis in temporali prosperitate. Hebr. 11. dicitur de Moyse, quòd negauit se esse filium Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatẽ. Dauid: Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Si aqua amara transeundo per terram dulcis efficitur, & si vinum trãsiens per garyophyllos, garyophyllatum efficitur, & vinum in quo abluuntur reliquiæ sanctũ putatur: tribulationes quæ per Christum trãsierunt, & alios factos, quasi sanctæ habedæ sunt. Sãctitatis vero earum signa esse videntur mirabilia quæ ipsi operantur. Qui enim mortui fuerunt in deliciis viginti annis vel amplius, superueniente eis forti tribulatione suscitãtur. Nullæ reliquiæ in mundo isto tot & tantas infirmitates sanare videntur, vt tribulationes, per hoc quod in Christo fuerunt: & crux iã videtur esse vnctã, eò quòd in Christo qui vnctus est fuit. Vnde cruce in consecratione ecclesiarum oleo inunguntur. Bern. loquens de illo verbo, Qui fingit laborem in præcepto. An nõ labor fictus, iugũ suaue, crux inuncta? Et notandũ, quod cum tribulatio in scriptura sacra per aquam designetur: vt Cant. vlt. Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem. Septem sunt effectus vtilis tribulationis, secundum proprietates aquæ. Primus est, quòd hostes spirituales submergit, vicia scilicet & damones. Exodi 15. Operuit aqua tribu-

lantes eos
deles nutr
sine aqua.
& magno
aquæ nu
tur in aqu
munis cal
mo ei loq
mentem, 6
ne. 7. Mult
terra. Sic t
trario dici
na, propter
aquæ mur
puit. De
sibõ & spl
sunt, & vn
bulatione
na, ne cor
talis hom
ne. Ecclesi
fueretur.
et in mor
nussit ab al
tatione, re
notandum
nat. Exod.
tiplicaban
tiones De
lso infir
mita man
trario pro
malum co
anctetur
redo discip
Bern. supe
exercenu
sunt, are
periculosi
cum se ill
bulatio v

antes eos: vnus ex eis non remansit. Secundus est, quod fi-
 cles nutrit, sicut aqua pisces. Esa. 50. Computruerunt pisces
 sine aqua. Et norandum quod aqua amara dulces nutrit pisces
 & magnos. Cete grandia non inueniuntur nisi in mari. Aliæ
 aquæ nutriunt pisciculos: sic homines magnæ virtutis nutriun-
 tur in aquis tribulationum. Tertius est, quod munit sicut aqua
 munit castra quæ cingit. Vnde Job 3. dicitur de amicis Job, Ne-
 mo eiloquebatur verbum: videbant enim dolorem esse vehe-
 mentem. Quartus est, quod aqua eleuat nauem dum crescit. Ge-
 n. 7. Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcã in sublime à
 terra. Sic tribulatio electos Dei exaltat, & proficere facit. Econ-
 trario dicitur de malis. Job. 17. Cor eorum longè est à discipli-
 na, propterea non exaltabuntur. Quintus est, quod ad modum
 aquæ mundat. Vnde sponsa regis cælestis vestem de bysso præ-
 parat. De qua Apocalyp. 19. Datũ est ei cooperire se bysso can-
 dido & splendenti. Apoc. 7. Hi qui sunt amicti stolis albis, qui
 sunt, & vnde venerunt? Et dixit illi, Hi sunt qui venerunt de tri-
 bulatione magna. Sextus est, quod vinũ temporalis gaudij tẽpe-
 ras, ne cordibus debilibus noceat. Vinum enim gaudij tempo-
 ralis homines infatuat, si bibant illud purũ, vt patet in Salomo-
 ne. Ecclesiast. 2. Non prohibui cor meum quin omni voluptate
 frueretur. Septimus est, quod ignem libidinis extinguit: vt pa-
 tet in monacho illo qui de luxuria tẽratur, quem abbas suus
 misit ab aliis infestari: qui postea interrogatus super illa ten-
 tatione, respondit: Mihi viuere non licet, & fornicari liber. ¶ Itẽ
 norandum, quod tribulatio ad multiplicationem bonorum iu-
 uat. Exod. 11. Quanto magis opprimebant eos, tanto magis mul-
 tiplicabantur. Item in bono sustentat. Eccle. 2. Sustine sustenta-
 tiones Dei. Sustentationes sunt tribulationes. Greg. in Moralib.
 Ipso infirmitatis nostre pondere deorsum quotidie ducimur. vt
 mira manu artificis per subuentia flagella releuemur. Eco-
 trario prosperitas in malo sustentat. Gre. in moralib. Difficilius
 malum corrigitur quod prosperitate fulcitur. Idem: Qui à Deo
 auertitur & prosperatur, tanto perditioni sit proximus, quanto
 zelo disciplina inuenitur alienus. Itẽ tribulatio ad Deũ trahit.
 Petr. super Cant. Trahimur eũ tribulationibus, & tẽtationibus
 exercemur. Aug. Cũ molestiẽ in huius virẽ fragilitate crebie-
 scunt, eternã requiẽ nos desiderare cõpellũt. Mũdus quippe iste
 periculosior est, blandus quàm molestus, & magis cauendus est
 cũ se illicit diligi, quàm cũ admonet cogitq; contẽni. Tri-
 bulatio viam electorũ asperam efficit, ne eos magis diu perge-
 lantes

te, quàm citò peruenire delectet, secundū verbum Gre. Tribulatio porta est regni celorū. Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam. Luca vi. Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suā. Act. 14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum celorū. Et vt vno verbo dicam, adeò vtilis sunt tribulationes quòd hi qui eas sustineant, beati à Domino reputantur. Luca 8. Beati qui nunc fletis, quoniam ridebitis. Mat. 5. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, &c. Job 5. Beatus qui corripitur à Domino. Iac. 1. Beatus vir qui suffert tentationē. Eiusd. 5. Ecce beatificamus eos qui sustinuerūt. 1. Pet. 3. Si qd patimini propter iustitiam, beati. Eiusdem 4. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: ideo tribulatio cum gaudio est suscipienda. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à cōspectu concilij, &c. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres, cū in variis tentationibus incidideritis. 1. Pet. 4. Communicanes Christi passionibus, gaudere: vt in reuelatione glorię eius gaudeatis exultantes. Mat. Gaudere, & exultare, quoniam merces vestra multa est in celis. Simile Luc. 6.

De diuisione Patientie in patientiam diuine correctionis, humane persecutionis, & damoniace impugnationis. CAP. IIII.

Consequenter ponendæ sunt diuisiones pertinentes ad patientiā. Norandū ergo qd ad patientiam pertinet patientia ferre Dei correctionē, hominū persecutionem, damonū impugnationem. Scriptura verò sacra multū beatificat patientes sustinentes prædicta. ¶ Sustinentes Dei correptionē beatificantur. Job. 5. Beatus vir qui corripitur à Domino. Correptio Dei patitur ex magno amore. Esaie 11. Egredietur virga de radice Iesse. Iesse interpretatur incendiū. Respuere Dei correptionē, peccatum est valde. Ecclesiast. 21. Qui odit correptionē, minuetur vita. Eiusdem 21. Qui odit correptionē, vestigiū est peccatorum. ¶ Dei correptio est, ægritudo corporis, quę cū gaudio recipienda est, quia vtilissima. Multū enim debilitat hostē familiāre, corpus scilicet, & subdit spiritui. Cū infirmior, tunc potens sumus. Corin. 12. Et in infirmitate experitur homo virtutē animi. Seneca Non in mari tātum aut prælio vir fortis apparet: sed exhibet etiā & in lectulo virtus. In Vitis patrum, cū quidā peteret à Iohanne eremita, vt sanaret eū à tertiana. Respondit: Rē tibi necessariā cupis abicere: vt enim corpora nitro, ita anima languoribus & castigationibus purificatur. Et quidam senex infirmantem discipulo dixit: Ne contristeris ex infirmitate vel plaga corporis. Si enim ferrum es, ærugine amittis. Si verò aurum es, per

probatuſ; à magnis ad maiora proueheriſ. Et cùm quidã miles
 rogaret quendã virum ſanctum vt à morbo liberaret eum cum
 precibus ſuis: vir ſanct⁹ audio ab eo quòd melior eſſet in agri-
 tudine, & deuotior quàm in ſanitate, dixit: Oro dominũ vt ſer-
 uet te in ſtatu, in quo melior es. Dicebat quidã, quòd cùm De⁹
 dar infirmitatem alicui, ſi pro ea, ſeruaret ei centum annis non
 eſſet nimis. Prouerb. 20. Liuor vulneris abſterget mala. Eccl. 11.
 Malitia vnus horã obliuionẽ facit luxuriã magnã. Idem etiã
 dicebat, quòd diues eſt Chriſtianus, qui non habet niſi vñã ſo-
 lam febrem quatuor acceſſionum, vel etiã ſolam ephimerã,
 dum ſolum ſciat & velit de illa cum Deo negotiari. Egritudo
 corporis citatio eſt de pace faciendã cum Deo: ſi fuerit ad mor-
 tem, peremptoria: ſi non fuerit dilatoria. Pax verò ad quam eſt
 citatio, valde honorabilis eſt peccatori: omnes enim offenſã ei⁹
 à Deo remittuntur, & inſuper pax eius regno cælorũ quaſi emi-
 tur. Gaudere debet qui inſirmatur de hoc quòd vilis domũcula
 eius incipit deſtrui, cùm ſpem habeat domũ regiam ſe habere
 in cælis. 2. Corin. 5. Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra
 huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo ha-
 beamus, domũ, non manufactam, ſed æternã in cælis. ¶ Et no-
 tandum quòd ſuper illud Matt. 9. Conſide fili, remittuntur tibi
 peccata tua. oſtendit gl. Bedã, quòd quinque modis infirmitates
 contingunt. Primò, vt merita iuſtis per patientiã augeantur. vt
 Job 2. Secundò, ad custodiã virtutũ, vt in Paulo, 2. Cor. 12. Tertiò
 ad corrigẽda peccata, vt lepra Marię. Nu. 12. Quartò, ad gloriam
 Dei, vt cæco nato. Io. 9. & Lazaro. Eiuſd. 7. Quintò ad initium
 pænã, vt Herodi. Act. 12. Patientes perſecutiones beatificantur.
 Matt. 5. Beati inquit, qui perſecutionem patiuntur, &c. Perſecu-
 tor præparat tibi coronam æternam. Noli odire vel repercute-
 re fabricatorem coronã tuã. In Pſal. Supra dorſum meum fa-
 bricauerunt peccatores. Fabricauerunt, inquam, coronam. Suſti-
 nentes dæmonum impugnationes beatificantur. Iacob. 1. Beatus
 vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, &c.
*De tentationibus dæmonum. Et primo quod dæmones teneant homines:
 de militate tentationum, de modo tentandi quem habet tentator, &
 de modo repugnandi quem debet habere qui tentatur.*

CAP. V.

Circa tentationes, Primò oſtendemus quòd dæmones im-
 pugnent homines. Cùm enim ipſi ſint inuiſibiles & pugna
 corũ inuiſibilis eſt, nec agnoſcitur niſi oculis cordis: ignotãtia
 verò eius periculofa eſt homini: nõ enim repugnat qui ſe impu-
 gnari

gnari ignorat: grande periculum est habere iuxta se hostē suū si domo hoc nesciat. Hier. Tunc maximē impugnaris, cū te impugnarī nescis. Secundō, ostendemus utilitates tentationum, ut magis patienter sufferantur. Tertiō, tangemus de modo impugnandi quē habet tētor. Quartō, de modo repugnandi, quē debet habere qui tentatur. ¶ Circa primum notandum, quod impugnatione quā diabolus facit homini, Primō, certificari potest ex Gen. vbi serpens mulierē decepit, & Deus ibidē ostendit impugnationē istā esse duraturā, dicens ad serpentē: Inimicitias ponam inter te & mulierē, & semē tuū & semen illius. ¶ Secundō, ex lib. Iob 1. & 2. cap. vbi sathan petiit à domino ut permittēret eum impugnarē Iob. Et eius. 7. legitur: Miliria est vita hominis super terram, & alia translatio habet, tentatio est vita, &c. Item Matt. 4. & Luc. 4. vbi diabolus dominum tentauit. Et secundū Aug. assumpsit diabolus formam humanam, quod permittit dominus, ut tentatio nobis certior fieret. 1. ad Cor. 7. Reuertimini ad idipsum ne tentet vos sathanas. Matt. 27. Vigilate ne intratis in tentationē, ad Ephes. 6. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, &c. Act. 5. Cur tentauit sathanas cor vestrū? Et de beato Martino legitur, quod multoties diabolus ei appeterit in forma pueri nigri, & in forma etiā animalū diuersi generum. Simile legitur de multis aliis sanctis. Aug. in sermonibus: Præmonitos vos esse volo, neminē super terrā absque tēratione victurū, ut cui fortē tollitur aliqua, aliā securus expectet.

¶ De utilitate tentationum.

Circa secundum notandum quod tēratio ad multa utilis est. Primō erudit. Eccles. 34. Qui non est tētatus, quid scit? Iterum: Qui non est tentatus, qualia scit? Et iterum: Qui non est tentatus, pauca recognoscit. Iud. 3. Hæ sunt gentes quas reliquit dominus ut his erudiret Israël. Secundō humiliat. Greg. Dum vitia nos tētant, proficiētes in nobis virtutes humiliantur. Idem: Iebusæum Israël tolerat, ut humana mēs de se humilia sentiat, dum minima non superat. Tertiō, negligentiam repellit. gl. super illud: Proba me Deus, & tenta me. Ideo dicit tenta: quia nō tentaret, negligentēs essemus. Quartō, virtuti addit. Seneca: Multum adiicit sibi virtus laceflita. In Vitis patrū dixit quidā abbas: Cruda tegula si mittatur in flumē, statim dissoluitur, cocta non. Ita est homo habens sapientiam carnalem, qui non est tērationū igne decoctus. Quintō seruat. Ge. Nisi Psalmista per tribulationes se melius seruari nosset, nō diceret, Proba me do-

minis

mine, & tenta me. Idem. in Moralibus. Cùm per tentationē humilitas proficit, prospera est ipsa aduersitas quæ mentē ab electione custodit. Idem: Cùm tentamur vitiis, diuina dispensatio ne nobiscū agitur, ne virtutib⁹ quibus proficimus extollamur. 2. ad Cor. 12. Ne magnitudo reuelationū extollat me, &c. Greg. in Moralibus: Tunc interius bene custodimur, cùm per dispensationem Dei tolerabiliter tentamur exterius, aliquādo vitiis, aliquando pressuris. Nec tentatio exterior culpas perficit, quia interior intentio sursum trahit. Nec sursum interior intentio in superbiam eleuat, quia tēratio exterior humiliat. Sic magno ordine cognoscimus in interiore profectu quid accepimus, in exteriorē defectu quod sumus. Sexto, virtutem hominis notificat. Deuteron. 13. Tentat vos Deus vester vt palām fiat vtrum diligatis eum, an non. Septimò, Deum glorificat. Psalm. Eruam te, & glorificabis me. Octauò, populum ædificat. Tob. 2. hanc tentationem idē permittit euenire illi, vt posteris daretur exemplam patientiæ illius. Nonò, ei qui tentatur in præsentī, honorem acquirit. Vnde legitur de beato Antonio, quod cū quadam noctē à dæmonibus esset laceratus, subito radius quidam lucis & dæmones & tenebras effugauit, statimque sanatus Christum præsentem intelligens, dixit: Vbi eras Iesu bone, vbi eras? quare principio non affuisti, vt curares vulnera mea? Et vox ad eum: Antoni hic eram? sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia viriliter dimicasti, in toto orbe te faciam nominari. Decimò, in futuro coronat. 2. ad Tim. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Et Iacob. 1. dicitur de sufferente tentationē, quod cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Tob. 3. Hoc autē pro certo habet omnis qui colit te: quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur.

¶ De modo impugnandi, quem habet tentator.

Sequitur de modo impugnandi, quem habet tentator. Notandum ergo quod modi impugnandi quos habet, quasi infiniti sunt. Vnde Paulinus episcopus Augustino: Hostis noster cui mille nocendi artes tam variis expugnandus est telis, quàm impugnat insidiis, tamen nos causa breuitatis de paucis dicemus. Bern. quatuor species impugnationis eius distinguit loquēs de illo verbo Psal. Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, &c. His verbis significatæ sunt quatuor tentationes quibus vndique circumdari necesse habemus scuto domini circumdari antè & retro, à dextris & à sinistris. Timor afflictionis nocturnus est & planè tenebrosus, quia abscondit ab oculis,

lis, quod non sunt cōdignæ passionis huius tēporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed facile hūc radius veritatis exulat. Ingerit enim oculis cordis peccata quæ fecimus, nunc æterna supplicia, nunc æterna præmia, nunc ea quæ pro nobis pertulit Christus. Ergo ad lucem tam multiplicis veritatis non recessit. Sed time sagittam quæ in die leuiter volat, sed nō leuiter vulnus infligit. Hæc sagitta vna est gloria, quæ oportet caute feruentiores, ne deserant scutū veritatis. Quid enim tam contrariū vanitati? Deinde subdit: Primò à sinistris pulsæ diaboli pusillanimitate. Deinde à dextris humanis laudibus. Si sic non proficit, dicit: Viribus deiicere nequeo, sed fortè decipere possum alicuius ingenio proditoris. Negotium perambulās in tenebris est ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris patēs, vitiōrum cōgregatio, criminum fomes, virtutum arugo, tinea sanctitatis. Contemnit aut, vanam gloriam, quoniā vana est: fortè solidius aliquis sectaret, fortè honores, fortè diuitias. Quid si veritas inuestigat hunc proditorem, & negotium arguit tenebrarum? Non tunc callido inimico contra eos quos videt omnibus modis diligere iustitiam & odisse iniquitatem, nisi vbi iniquitatem palliat virtutum imagine. Quos enim perfectos boni nouit amatores, in lum eis sub specie boni non mediocri, sed perfecti suadentia natur, vt facile qui currit incurrat. 2. ad Corin. 11. Ipse factus est in angelū lucis. Sola autē est veritas, quæ palliat detegit falsitatē: iuxta verbū Bern. Item. Greg. Quatuor iniquas has tentationes in generali statu ecclesiæ haud difficile diligens considerator inueniet. Timor nocturnus nouellā adhuc exortabat ecclesiam, quando omnis qui occidebat seruos Dei arbitrabatur obsequium se præstare Deo. Deinde persecutione cellante, & dic reddita, turbauit eam grauius & afflixit sagitta volans: quoniā exierunt aliqui de ecclesia inhati spiritu carnis suæ inanis & volatilis gloriæ cupidi & volentes sibi facere nomen linguas suas magnificando, diuersa & peruersa dogmata prædicauerunt. At quidem nunc pax à paganis, pax ab hereticis, sed non pax à filiis falsis. Omnes Christiani ferè quæ suam querunt, non quæ Iesu Christi. Ipsa quoque ecclesiastica dignitatis officia, in turpem quæstum & tenebrarū negotia trahuntur nec in his animarū salus, sed luxus queritur diuitiarū. Superbia vt iam reuelatur homo peccati, filius perditionis antichristi, quod dæmonium non modo diurnum, sed etiam meridianum, quod non solum trāsfigurat se in angelum lucis, sed extollitur super omnia.

omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Nimirum infidiatur
 acius calcaneo matris ecclesie, à qua caput suum dolet esse cõ-
 tritum. Sed ab hoc quoq; incurfu ecclesiam electorum veritas
 liberabit, propter eos breuians dies, & dæmonium meridianum
 destruens illustratione aduentus sui. ¶ Item notandum quòd
 secundũ Greg. in Moral. quatuor modis peccatum perpetratur
 in corde, quatuor consummatur in opere. In corde nãque sug-
 gessione, delectatione, consensu, & defensionis audacis perpe-
 tratur. Fit enim suggestio per aduersariũ, delectatio per carnẽ,
 consensus per spiritum, defensionis audacia per elationẽ. Vnde
 & illam primi hominis rectitudinem antiquus hostis his qua-
 tuor ictibus fregit. Nam serpens suasit, Heua delectata est, Adã
 consentit, qui etiam requisitus confiteri culpam, per audaciam
 noluit. Quatuor etiam modis peccatum cõsummatur in ope-
 re. Prius nanque latens culpa agitur, postmodũ verò ante oculo-
 rum hominum sine confusione reatus aperitur, dehinc in cõsue-
 tudinem ducitur ad extremũ quisque vel falsæ spei seductioni-
 bus, vel obstinatione miseræ desperationis enutritur. Notandũ
 quòd diabolus ranquam presumptuosus libèter suadet id quod
 temeritatis est & præsumptionis. Vnde mulierem incitauit ad
 hoc vt iudicaret de facto superioris, & de intètionẽ præcipien-
 tis, dicens: Cur præcepit vobis Dominus, &c. Genes. 3. Quorum
 vtunque temerarium est. Item in impugnationibus suis mul-
 tum mendacio vititur. Vnde mulieri post eius responsionẽ mē-
 titus est, dicens: Nequaquã moriemini. Et Matt. 4. hæc omnia
 tibi dabo, si cadens adoraueris me. Iob 8. Ipse mendax est & pa-
 ter eius. Quum ipse vult aliquẽ deicere in peccatum, ipse pro-
 mittit ei quòd citò resurget. Esa. 51. Dixerũt animæ tuæ, Incur-
 uare, vt transeamus. Bernar. Noli acquiescere dicenti, Incurua-
 re, vt transeamus: non est enim transiturus, sed te grauitèr op-
 pressurus. His verò qui sunt in peccato, longam vitam repro-
 mittit, quæ repromissio nequissima multos perdidit. Eccles. 19.
 ¶ Et notandum quòd diabolus quinque modis decipit homi-
 nem qui est in statu pœnitentiæ, suadendo ei vt onus illud abii-
 ciat. ¶ Primò, mentiendõ exonerationẽ, quod nõ est exoneratio,
 sed leuis oneris in grauisimum commutatio: vt festuca in tra-
 bem vel montem. Vnde qui tètatur debet dicere sic tentanti, Si
 onus deposuero, nunquid sine onere ero? Cui quæstioni si plene
 respondere voluerit tentator, dicet, Imò ponetur super te mōs:
 scilicet infernalis pœna, quæ pœna grauior est monte. Apoc. 6.
 Dicent montibus, Cadite super nos, &c. Bonum est ergo leue

onus

onus poenitentiae ferre, vt tantu onus possit vitari. Apoc. 2. Non mittam super vos aliud pondus, tamen id quod habetis tenete.

¶ Secundo decipit, ea quae diuisim portanda sunt simul ostendendo, dicens, Quomodo posses hoc portare tot annis? Cui dicendum est, Hodie cum adiutorio Dei portabo hoc & cras, & eadem cum adiutorio Dei portabo leuius propter assuetudinem. Sic fallit compositio, soluit diuisio. Matth. 6 Sufficit dici malitia tua.

¶ Tertio decipit, virtute hominis a Dei virtute diuidendo dicens, Tu debilis es, nullo modo posses hoc portare. Cui dicendum est, si intelligis mea virtute sola, verum dicis, quia dicitur Ioh. Sine me nihil potestis facere. Si vero intelligis quod non possis Dei virtute adiutus, mentiris. ad Philip. 1. Confidimus in domino Iesu, quoniam qui coepit in vobis opus bonum, perficiet. Eisdem 4. Omnia possum in eo qui me confortat.

¶ Quarto decipit, spoliacione mentiendo exoneracionem. Sicut latro quibusque simpliciter scholarem exonerat a cappa sua. Aurum vel lapides pretiosos debes reputare poenitentiam quam tibi vult diabolus auferre. Vnde debes cauere eum tanquam spoliatores repreciosissimae. Apoc. 3. Suadeo tibi emere aurum, &c. Aurum emere est fructum poenitentiae preparare.

¶ Quinto, quarendo pondus diminuere, ad quod gaudium caeleste tibi tradendum est. ad Corinth. 4. Id quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternae gloriae pondus operatur in nobis.

¶ Item diabolus supra pectus ascendit sicut serpens, qui solebat erectus incedere, nunc supra pectus graditur. A Deo enim auersus est diabolus, qui ad Deum conuerti debuit, & in eis proficit qui a Deo auertuntur, qui scilicet oculos suos statuerunt declinare in terram. Daniel. 10. dicitur de iniquis iudicibus, quod declinauerunt oculos suos, ne viderent caelum, neque recordarentur iudiciorum. iustorum.

¶ Item diabolus terram comedit: vt dicitur de serpente. Gen. 3. Amatores enim terrenorum deuorat. Esa. 65. Serpenti puluis penis eius. Iob. 18. Abscondita est in terra, pedica eius. Esa. 14. Lequeus super te qui habitator es terra. Ecce ratio dicitur Prosa. Frustra iacitur rete ante oculos penaorum. Idem calcaneo insidiatur. Gen. 3. Calcaneus est pars extrema & infima in corpore. Est etiam a posteriori, vnde raro ab oculis videtur. Et quia retro est, & quia ab oculis longe est diabolus, calcaneo, id est, extremae parti ecclesiae maxime insidiabitur: in fine enim mundi scilicet tempore antichristi, maxima erit tribulatio ipsius. Vnde tunc implebitur illud Iob. 40. Stringet caudam suam quasi cedra

quod dic
da ergo E
eleuabitur
cuiusq; m
homine
Scendum
ingerit, c
lit. Fini
quando n
opus boni
le est, inf
tas in lob
eodem: Fo
mies. Om
pus eius.
inquant
bolus ex il
te calcane
ate possit
Tanquam
percutit. I
quiescente
Circundab
res infruct
funt, & dia
bor, intrab
pi, sciens
cum est m
nam, & ve
gentibus z
Vitis patru
que praece
gentia,
citra terra
pergit, &
Item toru
quo tendit
tus ignora
Gloss. Via
dari non
quod

quod dicitur de Behemoth, cum cauda stringitur eleuatur. Cau-
da ergo Behemoth stringitur, cum in fine mundi antichristus
eleuabitur. Calcaneo etiā diabolus insidiatur, quia in fine vniuf-
cuiusq; maximè conatur hominem vincere: sciens quia si tunc
hominem non vicerit, nunquam postea ab eo vincetur. Gregor.
Sciendum q̄ plerunq; eis quos ceperit, tunc grauiores culpas
ingerit, quū præsentis vitæ termino illos propinquare cogno-
scit. Fini etiā actionis insidiatur diabolus. Greg. Diabolus ali-
quando nec intentionem viriat, nec in itinere supplantat: sed
tunc bonū in fine actionis illaqueat. ¶ Item diabolus calcaneo,
id est, in firmā parti insidiatur, carni scilicet. Iob 40. Fortitudo
eius in lūbis eius, & virtus eius in vmbilico, ventris eius. Et in
eodem: Fœnum quasi bos comedet. Fœnum vocat homines car-
nales. Omnis enim caro fœnum. Esa. 40. Habac. 1. In crassata est
pars eius. Diabolus portis sensum insidiatur. 1. Iudic. 9. Appro-
quans Abimelech ostio, ignē supponere nitebatur. Item dia-
bolus ex illa parte ex qua homo sibi minus cauet impugnat: &
in calcaneo insidiatur. Ipse circuit, si forte inueniat quē deuo-
tare possit. Iob 1. Circuitui terram, & perambulauit eam. 1. Pet. 5.
Tanquam leo rugiens circuit, &c. Diabolus otiosos & securos
percutit. Ezech. 38. Ascendam ad terram sine muro, veniam ad
quiescentes habitantēsq; securē. Iob 40. dicitur de Behemoth:
Circundabūt eum salices torrentis. Salices torrētis sunt homi-
nes infructuosi, in aquis deliciarū plantati, qui circa diabolum
sunt, & diabolus quasi spatiat cū eis. Iudic. 18. Nullus erit la-
bor, iterabimus ad securos. Item diabolus semina bonorum ra-
pis, sciens illud Bernardi, Modica sementis detractio, nō modi-
cum est messis detrimentū. Matth. 13. Quædam ceciderunt secus
viam, & venerūt volucres cæli, & comederunt illa. Ipse in negli-
gentibus zizaniā seminat. Matt. 13. Quum dormirent homines,
venit inimicus, & superseminauit zizania in medio tritici. In
vitis patrū dicebat quidā senex quod tres sunt virtutes sathanę
quę præcedunt vniuersa peccata. Prima obliuionis, secunda ne-
gligentia, tertia concupiscentia. Prima generat secundum, se-
cunda tertiam, & sic corrumpit homo. ¶ Itē diabolus vnanimis di-
spertit, & sic vincit. Matth. 12. Qui non colligit mecum, dispergit.
Item tortuose incedit, & ideo valde difficile est præcognoscere
quod tendit. Prou. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum peni-
tus ignoro. Et vnū illorum trium est via colubri super petram.
Gloss. Viam colubri vocat venenati hostis astutiam, quæ insi-
dari non desinit quos in petra fundatos esse conspicit. Item

diabolus quod delectabile est præponit, quod molestum supponit: primo quasi vngit, & postea pungit. Eccle. 9. Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo, sic homines capiuntur tempore malo, scilicet tempore tentationis. Pisces capiuntur esca hamo superposita. Item circa impugnationem diaboli, attendenda est impugnationum varietas; impugnandi continitas, impugnationis vniuersitas. Diabolus variis impugnationibus impugnat, vt quem non superat vna, superet alia: vt patet Matt. 4. in tentationibus domini. Continue etiam impugnat, vt quasi tantum victus homo succumbat. Greg. Diabolus assidua tentatione tentat, vt saltem tædio vincat. Dan. 3. Nō cessabant ministris incendere fornacem. Vniuersalis etiam est eius impugnationis. Impugnat enim & diuites & pauperes, & iuuenes & senes, vnde dicitur vt i sagena, quæ est rete totā aquam occupans. Ezech. 1. Totū in hamo subleuauit, & traxit illud in sagena iudicis in eodē. Expandit sagena suā, & semper interficere gentes non cessat. Et licet omnes impugnet, magis tamen eos qui ad Deum conuertuntur. Augu. in sermonibus: Quotidianis discimus temptamentis eos qui conuerti deliberant, tentari acrius à concupiscentia carnis, & videri grauius in operibus luti & lateris. Pharaonem egressi, Pharaonem effugere moliantur. Ideo accedenti ad seruitutem Dei dicitur Eccle. 2. Præpara animā tuā ad tentationem. Job 19. Obsederunt in gyro tabernaculū meū in Psalm. Circumdediderunt me sicut apes. Eccle. 9. Extruxit nationes per gyrum. Grego. de diabolo: Illos pulsare negligit, quos iure quieto possidere se sentit. Hiero. Appropinquante tentatione appropinquat & tentatio. Gregor. in Moral. Lucem reformationis vmbra sequitur tentationis. Idem in eo. Post lucem tentatio sequitur, quia post illuminationē diuini numinis, tentationis vmbra tamē augetur. In Psalm. Domine, quid multiplicati sunt qui tentant me: Sicut aliquis dum est captus in carcere vnicū habet custodē vel duos, si verō euaserit, omnes eum insequuntur: sic quis captus est à diabolo, nō tantū eum demones persequuntur, quāquam quum euasit. Vnde quidā eremita vidit vnum solū dæmonem in porta ciuitatis, & vidit abbatiam in qua vnicū monacho assistebat diabolus. Quum verō quereretur ab angustiore quare hoc esset. Respondit: quia in ciuitate illa omnes faciunt voluntatē diaboli, sufficit ibi vnus diabolus: sed quia in hac abbatia omnes sint boni, necesse est vt vnicuique vnus dæmonis sit. Item magis impugnat diabolus eos qui præsumunt, quā ceteros. 1. Reg. 31. Totum pondus prælij versum est in Saul. 117

impugna
vel statu
militi. Dia
vel impat
Deut. 8.
erat serpo
agax. Iere
tas vrēs l
lētū est i
homine i
17. Nōne
Præcepit
caput son
diabolus
ho. Eccle. 4
apax. Qu
tationem
tum velle
hermens
domus. E
sua est
est in ma
quandoq
tum paup
bac. 1. Ip
gerem, &
tentia co
ca vrente
culi ei
bi desau
diabolus
de sua &
videtur p
quam ei
illi vxor
ser hulce
benedic
netis in
iustitia
modis d
persuasi

impugnat etiam hominē secundum complexionem, vel mores, vel statum ipsius. Vnde in Psal. iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Diabolus eos qui sunt in deserto paupertatis incitat ad irā vel impatientiam. Vnde tentatio eius talibus est ventus vrens. Deut. 8. dicitur de solitudine in qua fuerunt filij Israël, q̄ in ea erat serpens flatu adurens, & scorpio, & dipsas, & nulla omnino aqua. Iere. 3. Vetus vres in vis qua sunt in deserto. Exo. 10. Vetus vres leuauit locustas. Et subditur: Et nihil omnino vres restitū est in terra. Locustae sunt motus superbiae, qui postquā in homine religioso inualuerint, nihil viride in eo remanet. Eze. 17. Nonne quum tetigerit eam ventus vrens siccabitur? Iona 4. Praecipit dominus vento calido & vrenti, & percussit sol super caput Ione, & aestuabat. His verō qui sunt in prosperitate, suadet diabolus pigritiam. Et talibus est rētatio diaboli vt vres aquilo. Ecl. 43. Frigidus vres aquilo flauit, & gelauit crystalus ab aqua. Quandoque verō diabolus Deo permittente hoc ad probationem & profectum amicorum suorum suscitāt, quasi ventum vehementē, vt videatur omnia cōcutere. Iob. 1. Ventus vehemens irruit à regione deserti & concussit quatuor angulos domus. Et Iona 1. Misit dominus ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna. Et Mattha. 8. Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. ¶ Item diabolus quandoque impugnat aggerem comportando, vt quam bonorum pauperum procurat ditationem, vt sic mali efficiantur. Habac. 1. Ipse super omnem munitionem ridebit, cōportabit aggerem, & capiet eam. Ipse de potētibus triumphat adiutus potentia eorū contra ipsos, dum ea abutuntur, contra animas suas ea vrentes. Habac. 1. Ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Tyranni sunt simia diaboli, dum in subditos sibi deserviunt, sicut & diabolus seruientes sibi torquet. ¶ Item diabolus immisericorditer impugnat, vt patet in Iob, cui abstulit sua & suos, afflixitq̄ ipsum in propria persona. Et si in aliquo videtur parcere, in eo intēdit impugnare: vt patet in vxore Iob, quam ei reliquit, per quam postea eum impugnavit. Vnde dixit illi vxor sua, quum ipse amississet & sua & suos, & percussus esset vulcere pessimo, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo, & motere. Iob 2. Irrisio est: id est, si perseueraueris in benedictione tua, morieris. Ecclesi. 7. Iustus perit in iustitia sua. Malach. 3. Vanus est qui seruit Deo. Grego. Duobus modis diabolus impugnat homines, tribulatione vt frangat, persuasione vt molliat. Victus ergo de tribulatione recurrit ad

artem qua Adam vicit. Prou. 7. multos vulneratos deiecit. Dicitur de muliere. ¶ Item diabolus illos quos videt feruētes ad bonum, incitat ad hoc quod excedāt vt de alto possit eos precipitare, quod valde periculosum est. Bern. super Cant. Non habet callidus hostis machinamentū efficacius ad tollendū de corde dilectionē, quā si efficere possit vt in ea incautē & nō cū ratione ambuletur. Ephē. 5. Videte fratres quomodo cautē ambuletis. Pet. 4. Nolite peregrinari in feruore qui ad tērationem vobis fit.

¶ De modo repugnandi diabolo.

Sequitur de modo repugnandi diabolo. ¶ Et notādum quod modus conuenientissimus repugnandi serpenti infernali, est contritio capitis eius. Quem modum docet dominus Genes. loquens ad serpentem de muliere, quæ figuram tenet ecclesie. Ipsa conteret caput tuū. Serpens caput præ cæteris membris estodit. Et nō est caput nequius super caput culubri. Eccl. 1. Alibi conari debet homo ad eius contritionē. Caput verò eius potest intelligi superbia, vel principiū tentationis, vel peccatū concupiscentie, antequam extrā exierit. Contritio capitis, scilicet superbia, multum valet ad repugnandū ei. Et hanc facit humilitas, quæ multum valet ad triumphandū de diabolo. Humilitas enim ad modum astuti luctatoris dū videtur se deicere, hostem facit occurrere. Ipsa est quæ euadit laqueos diaboli. Inde beatus Antonius retulit se vidisse omnes laqueos diaboli super terrā extētos. Et quum suspirās dixisset, Quis hos poterit trāsire? audivit vocem dicentem, Humilitas sola, o Antoni, pertransit. Humilitas gloriā victoriæ totam Deo attribuit, & propter hoc totum pondus prælij eidem imponit. Cuius enim est victoriæ gloria eiusdem est pugna. Humiles Deus iuvat, sicut ecōtrario superbis resistit. Iac. 3. & 1. Pet. 5. Ideo nō est mirum si ipsi triumphent. Humilitas Deum quodammodo vincit. Greg. in Moral. Quotidie tela tentationum eius accipimus: sed & nos contra illam iacula mittimus, si confessi tribulationibus humilia respondemus: Prouerb. 15. Responsio mollis frangit iram. ¶ Caput etiam serpentis est conterendum, quia in principio tentationis est resistendum. Quid. Principiis obsta, sero medicina paratur, Cum mala per longas conualuere moras. Greg. in Moralibus. Si tentationi in corde nascētū festinē non resistitur, hac eadē qua necitritur mora roboratur. In Psal. Beatus qui tepebit & allidet paruos suos ad petram. Diabolus quasi paruulus est in principio tentationis, vnde tūc facilius potest occidi. In morte primogenitorū liberati sunt filij Israël de seruitute Pharaonis. Exod. 11.

Primogenita Pharaonis infernalis sunt principia tentationum, quibus si viriliter resistatur, liberatur homo cito à diabolo. Itē caput serpentis conterendum est: quia peccatum destruendum est, quum in corde est, antequā extrā per locutionem vel operationem processerit. Si cogitatio mala cor intret, tum citò pugnandum est contra eam, & specialiter orando. Greg. in homil. Quanto grauiori tumultu cogitationū carnalium premimur: tanto orationi debemus insistere ardetius. Non simus eradicatores cogitationum, sed luctatores contra eas: vt dixit quidam senex de antiquis patribus, vt legitur in Vitis patrum. In eodē: Dixit quidam abbas; Si cogitationem non habes, spem non habes: quoniam si cogitationes habes, opera habes. In eodē: Interrogatus abbas Pastor de immundis cogitationibus: respondit, Numquid gloriabitur securis sine eo qui incidit in ipsa? Tu ergo non eis porrigas manus, & otiosæ erunt. Idem cuidam abbati: Sicut capsula plena vestibus si dimissa fuerit longo tēpore, putrefiunt vestes in ea: ita sunt & cogitationes in cordibus nostris, si nō fecerimus eas corporaliter tempore longo, exterminantur & putrefiunt. Idē ad abbātem Ioseph: Sicut si quis claudat serpentem vel scorpionem in vase & obturet illud, procedente tempore serpens moritur: ita malignæ cogitationes quæ studio demonum pullulāt, patientia eius cui immittitur paulatim deficiunt. In eodē: Quidā frater dixit abbati suo: Quare nō recedunt à me tērationes? & dixit ei senex, Quia vasa earundem passionū intra te sunt. Hæc vasa intelligi possunt ipsæ concupiscentiæ, secundum quas cogitationes in corde oriuntur: vbi enim amor, ibi oculus. Quidā frater interrogauit senem quendam, Quid faciam quia multæ cogitationes sollicitāt me, & nescio quomodo repugnem eis? Qui respondit, nō repugnes contra omnes, sed contra vnā quæ caput est aliarum. Contra immundas cogitationes valet confessio, quæ eas sanctis patribus manifestat. Vnde quidam seniorum cuidam impugnato à spiritu fornicationis dixit: Fili, ne abscondas cogitationes tuas: ita enim confusus immundus spiritus discedit à te. Nihil enim ita confundit, & allidit virtutē demonū, quomodo si quis secreta commendarum cogitationum reuelauerit sanctis ac beatissimis patribus. Specialiter expedit ne cogitationes iracundiæ ad verba procedant. Vnde quidā frater requisit abbatem Isaac, quare demones eū ita timerent: qui respondit, Ideo me timēt demones, quia ex quo factus sum monachus statui apud me ne iracundiæ mea extrā gerrur meum procederet. ¶ Item notandū quod

ad repugnandum diabolo multū valet sapientia, cum ipse astra
 tia maximè impugnet. Vnde dominus diabolum tentantem cō
 paucis verbis sacre scripturæ confusum repulit. Matt. & Luc. 4.
 Sapient. 5. Melior est sapientia quàm vires. Eiusdem 8. Sapientia
 non vincit malitia. Ecclesi. 9. Melior est sapientia, quàm
 arma bellica. Esa. 11. Non occident, & non nocebunt in vniuerso
 monte sancto meo: quia repleta est terra scientia domini. Eius
 principium est tentationum difficilium: ideo multum necessa
 ria est sapientia militi Christi, vt ab errore caueat. 1. Io. 4. No
 te omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex Deo sint. Ad
 repugnandum diabolo multum valet fides. Ephes. vlt. In omni
 bus sumentes scutum fidei. Et 1. Petr. 5. Cui resistite fortes in fi
 de. Fides ostendit militibus Christi sanguinē eius, vt sic in pro
 lio exacuatur & vincant. 1. Machab. 6. Elephantiis ostendit
 sanguinem vtriusque & mori, ad acuum eos in pralium Apoca.
 Ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni. Fides etiā eis con
 dit penam paratam si vincti fuerint. Greg. in Mora. Solent
 uigilandum est, vt cum culpa blandiri inchoat, ad quantum in
 stitutum mens trahatur agnoscat. Item ostendit eis coronam
 paratam si vicerint. Apocal. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ.
 In eodem: Vincenti dabo manna absconditum. Item ad tri
 phandum de diabolo multū valet fiducia de Deo. Exo. 14. Do
 minus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Numc. 14. Do
 minus nobiscum est, nolite timere. 2. Paralip. 20. Non est vestra
 pugna, sed Dei. In eodem: Tantummodo confidenter stare, &
 videbitis auxiliū domini super vos. Esa. 41. Ne timeas, quia ego
 tecum sum. Et 43. simile Iere. 20. Dominus mecum est tanquam
 bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent, & in
 erunt. Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Ad repugnandum
 etiam diabolo multū valet oratio. Matthe. 27. Vigilate &
 orate, ne intretis in tentationem. Ad idem etiam multum valet
 misericordia. 2. Petr. 2. Nouit Deus pios de tentatione eripere.
 Et super illud Psal. Misericordia mea & refugium meum, dicit
 Gl. De nulla re ita vincitur inimicus diabolus, sicut de misericordi
 a. Eccle. 29. dicitur de elemosyna: Super scutum & super
 lanceā potētis pugnabit pro te aduersus inimicū tuū. Homines
 etiā incōpatientes & indignantes peccatoribus permittit Deus
 contruere in peccatum. Item ad superandum diabolum, multum
 valet timor domini. Eccl. 32. In tentatione Deus timētē se libe
 rat, & liberabit à malis. In Vita parisi abbatis Amō dixit
 dā fratri interroganti ab eo aliquem sermonē: Vade, & fac

lem cog
 cere. Illi
 veniet, &
 monach
 modo ab
 dere ra
 Timor
 Ecc. 7. Q
 homine
 pit lonā
 timor D
 minē iu
 fueris ad
 mala. 1. C
 abstiner.
 as eorū
 41. Hali
 eius rei
 & ad ve
 quis à di
 qui volū
 temporal
 eius amb
 tationem
 Item ad
 lre locū
 lē ad h
 praliū c
 est latic
 demon
 diufter
 molesti
 sugiend
 uant. Io
 stibus s
 est host
 far eed
 occidi:
 quz per
 amittes
 quia m

lem cogitationem tuam, qualem faciunt iniqui qui sunt in carcere. Illi enim interrogant homines, vbi est iudex, & quando veniet, & in ipsa expectatione pœnatum suarum plorant. Sic & monachus debet animam suam obiurgare, dicens: Vt mihi, quo modo astare habeo ante tribunal Christi, & actum meorum reddere rationem? Si sic semper meditatus fueris, poteris saluus esse. Timor Dei negligentiam expellit, quæ multos facit corrumpere. Ecc. 7. Qui timer Deum, nihil negligit. Timor Dei etiã sollicitum hominem reddit, & quasi paratum ad prælium. 1. Mach. 12. Præcepit Ionathas suis vigilare & esse in armis paratos ad pugnam. Item timor Dei offensam cauet: quod multum valet ad hoc, quod Deus hominem inuenit, & sic de hoste triumphet. Deut. 23. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos ad pugnam, custodies te ab omni re mala. 1. Cor. 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Item timor occasiones peccandi cauet, vt est familiaritas eorum, qui mala suggerunt, qui sunt quasi halitus diaboli. Iob 41. Halitus eius prunas ardere facit. Item occasio mali est aspectus rei delectabilis. Gene. 3. Vidit mulier lignum quod esset bonum, & ad vescendum suauem &c. 9. Amor etiam mundi occasio est, vt quis à diabolo superetur. Non est mirum, si à diabolo capitur qui voluntarie pedes suos in rete eius mittit. Retia diaboli sunt temporalia ista. Iob 28. Immisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Sap. 14. Creatura Dei factus sunt in odiu, & in temptationem anime hominum, & mulpulam pedibus insipientium. Item ad superandum diabolum multum valet constantia. Eph. 3. Nolite locum dare diabolo. Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Item ad hoc valet spiritualis letitia. 1. Mach. 3. Preliabatur Israël pœlium cum letitia. Antonius: Vnica ratio vincendi inimicum, est letitia spiritualis. 1. Reg. 4. dicunt Philistini figuram tenentes demonum, Vae nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudius tertius. Et notandum, quod quandoque diabolus nos impugnat molestius, quandoque deliciis. Cum impugnat molestius, non est fugiendum. Bonæ enim sunt & viles, & fugientes magis grauant. Iosue 7. Mi domine Deus, quid dicam videns Israël hominibus suis terga vertentem? Sen. Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus: sic omne fortuitum inmodum magis iactat cedere & aduerso. Sallostius: Fugientes sepius videas capi aut occidi: Fortissimum quæque rursissimum. Bern. in epistolis: Sola causa qua perdere possis victoriam, fuga est. Fugiendo poteris illam amittere, moriendo non potes: & heatus supergnans moriaris, quia mortuus mox coronaberis. Vae autem tibi, si declinando.

pugnam perdis & victoriam simul & coronam. Idem in epistolis: O vere tuta pro Christo & cū Christo pugna, in qua nec vulneratus, nec prostratus, nec cōculcatus, nec millies si fieri possit occisus fraudaberis à victoria, tantum ne fugias. Idem: Libenter insequitur aduersarius fugientem, quàm sustineat repugnantem. ¶ Impugnatio verò, quæ fit deliciis, vincitur fugiendo. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Impugnatio per molestias vincitur patiēdo. Illa quæ fit per delicias, percutiēdo virgā disciplinæ. Pro. 23. Si percusseris eum virgā, non morietur. Senec. in epistolis: Vir bon⁹ quicquid ei acciderit, a quo animo sustinebit. Scit enim hoc accidisse lege diuina, ex qua vniuersa procedūt. Ideo Voluptates inter res vilissimas præcipuè extirpa, quæ latronum more in hoc nos amplectuntur vt strangulent. ¶ Et notandum quòd quum habeamus bellum cōtra astutiores & fortiores nobis, necessarium est nobis adiutorium. Et enūmerantur octo adiutoria. Primū est, cælestis doctrina. In Psal. Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. Pro. 4. Vir doctus robustus & validus. Sap. 8. Per sapientiam in multitudine bonus videbor, & in bello fortis. Secundum est, diuina confortatio, quæ multum valet ad fortitudinē, & ad hoc, quòd aliquis vincat: sicut disconfortatio multum facit ad hoc, quòd aliquis vincatur. Daniel. 10. Corroborare, & confortare. Ios. 1. Confortare, & esto robustus. Tertium est, refranatio hostium, ne tantum nos impugnent quantū vellent: vt patet in Iob, quòd sathan non poterat ad voluntatem suam impugnare donec a Deo fuit ei hoc concessum. 1. Cor. 10. Fidelis est Deus qui non permittet vos tentari supra id quod protestis. Quartū est, mira Dei protectio, quæ promittitur Esaia 53. Quum transieris per aquam, tecum ero, & flumina non operient te. Sic protecti sunt tres pueri in fornace Babylonica, Dan. 3. Quintum est, miræ hostium impugnatio. Exo. 14. Fugiamus Israël: Deus enim pugnat pro eis contra nos. Sextum est, miræ virtutis collatio, vt Moyh, Exod. 34. & Eliaz 4. Reg. 19. data est virtus ieiunandi 40. diebus: sicut miræ virtus corporalis data fuit Sampsoni. Septimū est, armatura mirabilis, quæ habenti nihil nocere possit: Quæ armatura est patientia quæ data fuit beato Vincētio & Laurentio. Octauum est, angelorum custodia, quam vocat dominus lepem. Esa. 5. Auferam lepem eius, & erit in direptionem. Angeli sancti daemones compescunt. Tob. 8. Raphaël religauit daemnum in deserto. & 4. Reg. 6. dixit Eliseus ad ministrum suum: Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.

Consequenter ponenda sunt alie diuisiones pertinentes ad patientiam. Et sumitur diuisio prima secundum ea a quibus patimur. Quaedam enim patimur ab extraneis: quedam vero a nostris, tamen inimicis. Quaedam vero ab amicis, quae molestius sustinemus. Psal. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem. Aliae sumitur secundum ea quae patimur, quae sunt contumelie verborum, molestiae corporum, & damna rerum. Contumelie verborum patienter toleranda sunt. Sunt enim velut aurum & argentum quibus ditamur. ad Heb. 11. Maiores diuitias estimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Ad contumelias debet homo se habere ut surdus. In Psal. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus &c. Debet etiam homo immobilis permanere. 2. Reg. 14. Sicut angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione vel maledictione moueatur. Ille qui maledicit, reputandus est ut nuntius a Deo missus, ut scilicet abstergat maculas eius cui maledicit. Grego. Maledico dominus linguas detractorum in electos laxat, ut si quid in eis elationis surrexerit, lingua detractoris tradat. Multum respicit Deus malos, quando de lingua eorum facit abstergitum sordium bonis. Prouer. 11. Qui stultus est, seruiet sapienti. 2. Reg. 16. Dixit Dauid quum Semei ei malediceret: Dimittite eum ut maledicat iuxta preceptum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Et dicit gloss. Grego. Qui verbum contumelias pressus virtutem patientiae seruare non sufficit, factum Dauid ad memoriam reuocet: quae quum Semei conuictis vigeret, & armati proceres vlcisci contenderent, ait: Quid mihi & vobis filij Saurae &c. dimittite eum ut maledicat &c. Quibus verbis indicat, quod pro peccato Bersabeae insurgentem contra se filium fugiens, reduxit ad animum malum quod fecit: & contumeliosa verba, non tam conuicta quam adiutoria esse credidit, quibus se purgari sibi que misereri posse iudicauit. Tunc enim illata contumelia bene toleramus, quum in secreto mentis ad mala perpetrata recurramus. Leue quippe videbitur, quod iniuria percitumur, dum respicimus, quod peius meruimus: sicque fit ut contumelias gratia magis quam ira debeatur, quarum interuentu Deo iudice poena grauior declinatur. Dicenti verba contumelie copati debemus quasi in sano verba extranea loquenti. Senecc. Dicis, maledice te loquuntur: moueret si hoc iudicio facerent, nunc morbo faciunt. Hieron. Apud Christianos non est miser qui pati-

rur contumeliam, sed qui facit: beatū debet se reputare cui ma-
 li maledicunt. *Matt. 5.* Beati estis quum maledixerint vobis ho-
 mines. *1. Petr. 4.* Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis.
 Exemplum huius patientiæ habemus in Christo, *Esa. 53.* Sicut
 ovis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente
 obmutescet, & non aperiet os suum. *Matth. 27.* Quum accu-
 retur à principibus sacerdotū, nihil respondit. De patientiā
 molestiam corporum habetur *Matt. 5.* Si quis percusserit te in
 dexteram maxillam tuam, præbe ei & alterā. De patientiā ad in-
 iuriam, habetur ibidem: Qui vult contendere tecum in iuri-
 cio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliū. De hac pacien-
 tia commendat quosdam Apostolus ad *Hebræos 10.* Raptim
 bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes non
 habere meliorem & manentem substantiam. ¶ Alia diuisio fit
 tur secundum causas propter quas patimur. Quandoque enim
 quis patitur ex culpa sua. In quo casu magis patienter sustinet.
 Quandoque verò sine culpa sua: & tunc magis moleste sustinet.
 dicens: Si meruissem, non sustinerem moleste: nunc vero non
 est mirum, si moleste sustineam, quum hoc non meruerim. Cu-
 dicendum est, quod ipse secundum hoc potius vult esse simile
 tronibus quàm sanctis. Latrones enim propter culpam susci-
 piuntur ea quæ sustinent: sancti verò sine culpa. *1. Petr. 2.* Hæc est
 gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patienter
 iniuste. In eodem: Quæ est gratia, si peccantes, & colaphis
 suffertis? Sed si bene facientes patienter suffertis, hæc gratia est
 apud Deum. Eiusdem 3. Si quid patimini propter iustitiam, bene.
 In eodem: Melius est benefacientes, si velit voluntas Dei, pati
 quàm malefacientes. Eiusdem 4. Nemo vestrum patiat, quod ho-
 micida, aut fur, aut maledicus, aut alterorum appetitor: hanc
 rem ut Christianus, non erubescat. ¶ Alia diuisio patientiæ est
 talis. Est patientia culpe, & est patientia nature & consuetudinis
 longæ & gratia. Prima triplex est. Quædam est remissionis
 quæ quis sustinet non sustinenda, ut scilicet se redigi in seruitutem
 diaboli. *1. ad Cor. 11.* Sustinetis si quis vos in seruitutem redigit.
Prou. 12. Manus quæ remissa est, tributis seruiet. Hæc patientia
 est quasi asinina. Asinus non discerit quid sibi imponatur, ut
 aurum vel lucrum. Alia est seruilis timoris: ut quum aliquis timet
 disciplinam, vel quia erubescit exire de claustris, sustinet ad
 ritatem religionis, & non amore Dei. Et talis patientia solet
 cum murmure propter defectum vocationis gratiæ, sicut
 murmurat si vincta non fuerit. *Ecc. 31.* Præcordia facit quasi

cutrus. ¶ Tertia est paciētia hypocritarū, figurata impatiētia
 laronis mali, q̄ cū Dño passus est. Paciētia verò natura est quā
 habet aliqs ex streuitate naturali, vt sunt multi milites: q̄ licet
 nō habeāt charitatē, tamē prius sustinerēt mortē, quā fidē nega-
 rēt paciētia naturali. Paciētia laboris inuenit Alexāder exercitiū
 suū quā eū probaret, ducens illū sub torrida zona per dicitā sine
 potu, vsq̄ ad fluuiū quēdā. De paciētia cōsuetudinis lōgā dixit
 quidā: Quod male fers, assuesce, feres. Tullius: Optima forma
 eligēdā est viuēdi, quā incundā reddet assuetudo. ¶ Paciētia ve-
 rō gratiæ triplex est: Quēdam est incipientiū: quēdam proficien-
 tium: & quēdam perfectorum. Incipientium est sustinere mala
 que eis inferuntur patienter. Proficientium verò est sustinere
 ea non solum patienter: sed etiam lætanter. Perfectorum verò
 non solum libenter, sed etiam lætanter. Hos tres gradus paciē-
 tiæ possumus agnoscere in Paulo. Primus habetur 2. ad Cor. 4.
 Tribulationem patimur, sed nō angustiamur, scilicet per impa-
 tētiām. Secundus eiusdem 12. Ego libentissimē impendam, &
 superimpendam ego ipse pro animabus vestris Tertius ad Gal.
 6. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nōstri Iesu Christi.
 Et notandum quòd qui habet perfectam paciētiām cū ma-
 la ei inferuntur, lætatur: inferenti compatitur, & beneficium
 largitur, & Deo regratiatur. De primo habes Act. 5. ibāt aposto-
 li gaudentes, &c. 1. Pet. 3. Communicantes Christi passionibus
 gaudere. De secundo 2. Pet. 1. In paciētia pietatem. Greg. in ho-
 mil. Paciētia vera est, quæ & ipsum amat quem portat. Nā to-
 lerare & odisse, nō est virtus māfuetudinis, sed velamē furoris.
 De tertio Luc. 6. Benedicite maledicentibus &c. 1. ad Cor. 4. Ma-
 ledicimur & benedicimus, blasphemamur & obsecramus. De
 quarto exēplū habemus in Tob. c. 2. q̄ immobilis in Dei timo-
 re permāsit: gratias agens Deo omnibus diebus vitæ suę. Et bea-
 tus Laurentius: Gratias ago tibi Domine Iesu, quia hostia tua ef-
 fici merui. Qui ad ignē tribulationis Deo gratias agunt, similes
 sunt altilibus, quæ cū ad ignē assantur, pinguedine sua se su-
 perfundūt. Et sicut pinguedo assata gratioris est saporis quā
 elix: sic gratiarū actio gratior est Deo quando personat in his
 q̄ sunt in tribulatione, q̄ si personat in his q̄ sunt in prosperitate.

De constantia. PARS VII.

Constantia est stabilitas animi firma, & in proposito perse-
 uerans. Et notandum quòd est cōstantia generalis, quæ at-
 tenditur in perseuerātia propositi, quæ omnem virtutē circuit:
 & est cōstantia specialis, quæ attenditur circa res terribiles, & ad
 sustin

sustinendum difficiles, quæ lædunt naturam. Et hæc constantia
 pertinet ad fortitudinem. Item notandum, quod constantia est
 seruare medium inter mutabilitatem seu leuitatem & pertinaciam,
 quorum vtrunque reprehensibile est. 2. ad Cor. 1. Numquam
 leuitate vsus sum? Num. 19. legitur de filiis Israel, quod ad im-
 perium domini proficiscebantur, & ad imperium eius figebant
 tabernaculum. Sic à proposito recedendum est, quum creditur
 Deo displicere, & in eo perseuerandum est, quum creditur
 placere. ¶ Item notandum, quod sex videntur pertinere ad con-
 stantiam. ¶ Primum est, stabilitas intellectus quæ variatur
 eundem diuersas species cognitionum. Quadam enim stabili-
 tas est in his quæ sunt fidei. Ad quam monemur 1. ad Cor. 13.
 Vigilare, & stare in fide. ad Eph. 4. Non simus paruuli fluctuan-
 tes, & circumferamur omni vento doctrinæ. Tobia 2. Vitam
 illam expectamus, quæ Deus daturus est his qui fidem suam
 quam mutant ab illo. ¶ Secundum est, grauitas seu æquanti-
 tas in vtraque fortuna. Tullius: Præclara est æqualitas in omni
 vita, idemq; semper vultus, eademq; frons, vt de Socrate au-
 pimus. Econtrario cor stultorum dissimile erit. Prouer. 17. Cer-
 tium est, stabilitas circa ea quæ desiderantur. Sen. in epist. Att.
 omnia hæc cura, vt constes tibi. Quoties experiri voles an-
 tiquid actû sit, observa an eadē velis quæ heri. Mutatio volun-
 tatis indicat animû mutare atq; alibi apparere prout tulit ventus.
 Nō vagatur quod fixum atque fundatū est. Quidam adeo sunt
 incōstantes, vt constantia eorū hæc esse dicatur, scilicet esse in-
 stabiles. Poëta: Quod petiit, spernit: repetit quod nuper omisit.
 Item: Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. ¶ Quartum est,
 stabilitas loci, quæ multum facit ad stabilitatem animi. Berna-
 ad fratres de monte Dei: Impossibile est, hominē fideliter fige-
 re in vno animum suum, qui non prius alicui loco perseueranter
 affixerit corpus suum. Nam qui ægritudine animi migrando de
 loco ad locum effugere nititur: sic est sicut qui fugit vmbra
 poris sui, seipsum fugit, seipsum circūfert, locū mutat nō an-
 mū, eūdē vbiq; se inuenit: nisi quod deteriorē ipsa facit mobili-
 tas: sicut lædere solet agrū qui circumferendo concutit. Seneca
 epistolis: Animū debes murare, non cælum. Quid miraris, nisi
 tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? Premis te e-
 dem causa quæ expulit. Onus animi tui deponendū est. Nō an-
 tē vllus tibi placebit locus. Vadis huc atque illuc, vt excutatur
 infidēs pōdus, quod ipsa iactatione incōmodius sit, sicut in nauis
 omnia inmotā minus vrgent, inæqualiter conuoluta circum-
 eant.

e constantia
 constantia est
 & pertinacia
 .1. Numquid
 quod ad
 us figebat
 am crederet
 credere
 ere ad
 variatur
 nira stabili
 ad Cor. 11.
 ali fluitans
 .2. Vitam
 suam
 aquantibus
 tas in omni
 ocitate acci
 ner. 11. Sic
 epist. de
 uoles anali
 tio volunta
 ulit venia
 n adeo sunt
 icet esse in
 per omnia
 quartum est
 nimi Betra
 delictor fige
 et severitate
 grando de
 t vmbra
 tat no
 acit mobilis
 tit. Senec.
 iratis nihil
 erit te
 est. No
 t excutit
 cut in
 lura citat
 eam

eam partem in qua incubuerunt demergunt. Motu ipso nocet
 tibi. Aegrum enim concutis. At cum istud exemeris malum, runc
 omnis mutatio loci iucunda est. Magis quis venerit, quam quod
 interest. Idem: Primum argumentum compositae mentis existimo,
 posse consistere, & secum morari, lapis quadratus stabilis est:
 sic homo bene ordinatus est stabilis. Et e contrario male or
 dinatus, instabilis: Poeta: Romae Tybur amo, vetosus Tybure
 Romam, In culpa est animus qui se non effugit unquam. Caelum
 non animum mutant qui trans mare currunt. Seneca: Non con
 tulescit planta quae saepe transfertur. Ad loci stabilitatem mul
 tum monet scriptura. Eccl. 10. Si spiritus potestatem habentis
 super te ascenderit, locum tuum ne dimiseris. Eccl. 11. Confide
 in Deo, & mane in loco tuo. Facile enim est in oculis Dei subito
 honestare pauperem. Luc. 9. In quamcunque domum intraveris
 ibi manete, & inde ne exeatis. Eiusdem 10. Nolite transire de
 domo in domum 1. ad Cor. 15. Fratres stabiles estote & immo
 biles. 1. ad Thess. 4. Rogamus vos fratres ut operam detis ut quie
 scitis. 2. ad Thess. 3. Scitis quemadmodum oporteat imitari nos:
 inquam non inquieti fuimus inter vos. Instabilitatem reprehen
 dit Paulus in quibusdam mulieribus. 1. ad Tim. 5. Otiose, inquit,
 discunt circuire domos &c. Instabilitas quantum ad locum Deo
 displicet: domini vero est damnosa & periculosa. Iere. 14. Dile
 xit mouere pedes suos: & non quieuit, & Domino non placuit.
 Proverb. 27. Sicut avis transmigrans de nido suo: sic vir qui re
 linquit locum suum. Sicut avis transmigrans de nido suo dam
 nificatur in pullis suis, & homo locum suum relinquens in bonis
 suis. Dina egressa ut videret mulieres regionis illius, corrupta
 fuit. Gen. 33. Et Semel egrediens de Ierusalē fuit occisus. 3. Reg.
 2. Quintum est, firmitas contra ventos, tentationum. De qua com
 mendatur Ioannes Matthaei 11. & Lucae 7. Quid existis in deser
 tum videre? Arundinem vento agitatum? In Psalm. Non sic
 impij, non sic: sed tanquam puluis &c. Ecclesiast. 5. Non ventiles
 estis in omnem ventum. ¶ Sextum est, stabilitas in occupatione seu
 operatione. Sen. Melius est ut proposita custodias, quam ut ho
 nesta proponas. ¶ Item notandum quod constantia seu stabi
 litas est valde admirabilis in statu praesentis vitae, quae ita in
 stabili est. Iob 14. Nunquam in eodem statu permanet. Difficile est
 folium arboris stabile esse, dum statu venti percuitur. Gregor. in
 Moralib. Humana anima quot tentationes patitur, quasi tot fla
 tibus mouetur. Idem in eodem: Qui arbor fuit in conditione, fo
 lium a semetipso factus est in tetatione; sed post stipula appare
 bit

bit in deiectione. Stabilitas etiam quædam imago est æternitatis. Ipsa ponit hominem quasi in statu angelico. 2. Reg. 14. Sic et Dominus meus rex sicut angelus Dei, ut nec benedictione nec maledictione moueatur. Item notandum quod sex videntur facere ad instabilitatem. ¶ Primum est stulticia. Eccl. 27. Stulticia ut luna mutatur. Seneca in epist. Quid est sapientia? Semper velle atque nolle. Nō potest cuiquam semper idem piacere et rectum. Nesciunt homines quid velint: variatur quotidie iudiciū, ac plerisque agitur vita per lusum. Idē: Quid colluctatur animo nostro, nec permittit nos quicquā velle? Nihil libere volumus, nihil semper. Stulticia est, cui nihil cōstat, nihil diu placet. ¶ Secundū est peccatū. Gen. 4. dictū est Cain post homicidium Vagus & profugus eris super terrā. In codē: Ecce eiicis me hodie à facie tua, & ero vagus & profugus in terra. Esa. 57. Corinpij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Thren. Ierusalem peccauit Ierusalē: propterea instabilis facta est. Iob 11. Iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te, tunc latere poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis. In Psal. 138. dabis in æternum fluctuationem iusto. ¶ Tertium est impatientia. Boët. in li. Consolationum: Quis est ille tam felix, qui non dederit impatientiæ manus, statum suum mutare non optat. Quartum defectus timoris. Timor animum stabilem reddit, sicut lapides superpositi asseribus eos custodiunt ne à vento moueantur, vel sicut anchora nauem stare facit. Eccl. 25. Timor Domini super omnia se superposuit. Greg. Anchora mentis pōlatur timoris. ¶ Quintum est defectus dilectionis boni. Amor boni animum stabilem reddit, sicut radix profunda arborē. Eccl. 4. Qui implantatus est, abundabit nequitia. Senec. Non vagatur quod fixum atque fundatum est. ¶ Sextū est duplicitas animi. Iac. 1. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Vir duplex est animo, qui vult hic gaudere cum mundo, & in futuro cum Domino. Hier. Deceptus es charissime, si & hic vis gaudere cum seculo, & postea regnare cum Christo. Et notandum quod homo instabilis, quasi lunaticus est. Matt. 17. Domino iussit ferre filio meo, quia lunaticus est. Et est similis homini erranti, quandoque vadit huc, quandoque illuc. Cano. 1. Iuda: Sydera errantia quibus caligo tenebrarum reseruata est in æternum. Secundum glo. Sydera errantia, sunt apostate.

De perseverantia.

PARS VIII.

Breviter hic agitur de perseverantia, quia aliqua de ea dicitur in tractatu de acedia, ca. de vitio Imperseuerantiæ, & in

tate post Constantiam. Est enim Perseuerantia, permanens, sicut &
 constantia: unde comunicat cum constantia. Sed in hoc differt: quia constantia est permanens in proposito: perseuerantia vero permanens in bono, siue continuatio boni. Constantia cauet leuem transitum a proposito vno in aliud: perseuerantia vero cauet discontinuationem vel imperfectionem seu defectum debiti finis. Et describitur sic perseuerantia magistraliter: Perseuerantia est permanens in bono, diuturna vel finalis. Tull. vero in 1. Rhetoric. sic eam describit: Perseuerantia est in ratione bene considerata, stabilis & perpetua mansio. Et notandum quod est perseuerantia generalis & specialis. Generalis attenditur in continuatione boni, & circumscribit omnem virtutem. Specialis vero attenditur circa terribilia & difficilia, ad sustinendum quae laedant naturam, quae perterritae ad fortitudinem, ad quam monemur Hebraeorum. 12. In disciplina vero, inquit, perseuerate. Item notandum, quod quedam est perseuerantia finalis, quedam est non finalis. Non finalis est, quando aliquis longo tempore perseuerat in bono, tamen postea cadit per mortale. Finalis vero perseuerantia dupliciter dicitur. Vel finalis proposito, vel finalis actu. Finalis vero proposito fit finalis actu, in his quae permanent in bono. De perseuerantia finalis actu, dicit Augustinus quod multi eam habere possunt, nullas amittere: incipit enim esse finalis actu in termino vitae. Et notandum quod perseuerantia regulariter datur homini per bona merita. Unde glossa super illud Psal. Retribuet mihi secundum iustitiam meam, dicit, Pro fide, & spe, & aliis bonis operibus reddet Deus perseuerantiam. Ideo autem dictum est regulariter: quia virtutes communiter primo dantur in aliqua quantitate, secundo per bona opera merentur augeri, tandem perfici: tamen alicui, ut Christo, datae sunt virtutes in statu perfectionis, quae neque augentur nec intenduntur. ¶ Ad commendationem perseuerantiae, Primo valere potest frequens admonitio quam scriptura facit ad perseuerandum. Iud. 18. Nolite negligere, nolite cessare. 1. Cor. 7. Vnusquisque sicut vocauit Deus, ita ambulet. In eodem Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Eiusdem. Sic currite ut comprehendatis. Gal. 5. Stare, & nolite iugo iterum seruitutis contineri. 1. Io. 2. Vnctionem quam accepistis a Deo, maneat in vobis. Apocal. 2. Id quod habetis, tenete donec veniam. ¶ Secundo promissio quae fit perseuerantibus. Apocal. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitae. Roma. 2. Vide in te bonitatem Dei, si perseueraueris in bonitate. Math. 10. & 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.

Bern.

Bernard. in epistolis: Scias diabolum soli semper perseverantia insidiari, quam solam virtutum novit coronari. Idem in eodem. Studete perseverantia, quae sola coronatur. ¶ Tertia comminatio quae fit non perseverantibus, scilicet ablatio coronae. Apoc. Tene quod habes, & nemo accipiat coronam tuam. ¶ Quarto exempla. Primo exempla Dei. Genes. 2. Complevit Deus die primo opus suum quod fecerat. Deuteron. 33. Dei perfecta sunt opera. Secundo exemplum Christi hominis. Ioan. 17. Opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam. Tertio exempla sanctorum. Iob 27. Iustificationem meam quam cepi tenere, non deferam. 2. Timo. 4. Bonum certamen certavi, cursum consummaui. Act. 20. Non facio animam meam pretiosiores quam modum modo consummam cursum meum. ¶ Quinto commendabilis est perseverantia à suo effectu multiplici. Primus est quod à Deo impetrat quod vult. Lucę 11. Si perseveraverit peccator, etsi non dabit ei eod quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget, & dabit ei quod quorquor habet necessarios. Eiusdem 17. de iudice iniquo, qui licet Deum non timeat, nec homines reuereretur: tamen fecit quod vidua voluit propter eius improbitatem. Mat. 16. Misereor turbae, quia iam duo perseverat mecum. Gre. Quæsiuit Maria Magdalena puerum, & minime inuenit: perseveravit ut quæreret, unde contigit inuenire. Idem: Sic quippe quod poposcerat obtinere Anna parvulum, quia se post lachrymas in eodem mentis rigore servavit. Tobia 3. Sara in oratione persistens, & cum lachrymis Deum deprecans, exaudita est. Et Apostoli perseverantes in oratione Spiritum sanctum acceperunt. Act. 1. Hi omnes erant unanimiter in oratione perseverantes &c. ¶ Secundus est, quod perseverantia bona acquisita custodit, sicut imperseverantia destruit. Proverb. 19. Qui mollis est & dissolutus, frater est operum dissipantis. August. Perseverantia magnum donum Dei est, quod dona cetera conservantur. ¶ Tertius est, quod difficilia & aspera, facilia & suavia facit. Bernard. in epistolis: Subito procedit de umbra ad solē, de orio ad laborē, graue cernitur omne quod incipit: sed postquam ab his dissuescere, & ad illa se paulatim assuescere coeperit, vltus tollit difficultatem, inuenitque facile esse quod impossibile autē putauit. ¶ Quartus est, quod nihil imperfectum relinquit. Senec. Non despero iam durato: nihil est quod non impugnet pertinax opera ei intenta ac diligens cura. Videmus debiles mulieres senilis ætatis, perseverando peregrinationes longas perficere. Item videmus nauigram conueniens

operando, ex modica nuce additione imperceptibili magnam ardorem efficere: & aquã quã adeò mollis est, lapidem adeò durum perseverãti percussione excauare. ¶ Quintus est, quòd perseverãtia virtutem operanti ministrat. Sen. Perseuerandũ est, & assiduo labore robur addendum est. ¶ Sextus, quòd meretur apprehendere præmium. 1. ad Cor. 9. Vnus accipit brauium, scilicet perseverans. Bern. Perseuerantia est singularis filia summi regis, virtutum finis & consummatio. Chry. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedẽ habet, nec beneficiũ gratias, nec laudem fortitudo. Deniq; non qui inceperit, sed qui perseverauerit, saluus erit. Idẽ: Incipere multorum est, finire paucorum: semper in principio delectatio est, in fine probatio. Idẽ: Afluere multi in initio seruẽres esse, in fine remitti & dissolui: quã utilitas est seminum florentiũ, & postea tabescentium? Greg. in Moral. In casum bonum agitur, si ante terminũ vitæ deseratur: quia etiã frustra velociter currit qui priusquam ad metas veniat desit. & sup illud Matt. 10. Qui perseverauerit &c. dicit gl. Nõ cepisse vel fecisse, virtutis est: sed perficere. Vnde cauda hostiæ dicitur offerri Leui. 3. Ornatus virtutũ, est vestis vsq; ad talos, si perseverantia fuerit. Sine ea vestis est inhonestẽ decurrata. Vltimũ dies perseverantis plus videtur ei valere, quã quicunque præcesserit. Si enim illa die defecisset, præcedentia perdidisset.

De Magnanimitate. PARS IX.

Magnanimitas quãdoq; sumitur pro fortitudine. Et attenditur non solũ in aggrediendo terribilia, sed etiam in sustinendo. Et pertinet ad eam nõ solum aggressio arduorum, sed etiam processus & consummatio eorum. Senec. in lib. de quatuor virtutibus: Magnanimitas, quã & fortitudo dicitur, si insit animo tuo, cum magna fiducia viues. Quandoque magnanimitas dicitur terribilium spontanea & rationabilis aggressio: sic accipitur à Macrobio. ¶ Itẽ notandũ quòd homo magnanimus terribilia seu difficilia aggreditur propter cõmunem utilitatẽ, vel propter honestatem, non propter cupiditatẽ vel glorię vanitatẽ: nõ enim decet vt cupiditate vincatur, qui metu nõ frãgitur. Tullius: Nihil tã angusti animi est, tãmq; parui, quã amare diuitias. Macrobius. Virtutis fructũ sapiẽs in conscientia ponit, minus perfectus in gloria. Item ad magnanimum pertinet cauere non solum timiditatẽ, sed etiam temeritatẽ. Non enim debet homo absque causa offerre se periculis. In adeundis periculis imitari debemus medicorum consuetudinem. Illi enim leuiter agrotantes leuiter curant: grauioribus autem morbis ancipites

curationes adhibere coguntur. In tranquillo tēpestatem optare
 dementis est, tempestatē autē cum euenit subuenire, sapien-
 tis. Poēta : Vis consilij expers, mole ruit sua. Senec. lib. de qua-
 tuor virtutibus: Eris magnanimus. si pericula nō appetas. Vero-
 merarius, nec formides vt timidus. Tullius : Turpis fuga mor-
 tis, omni morte peior. Ad magnanimitatē pertinet, ardua optare
 appetere, & magnitudinem boni vel mali transitorij superare.
 Primū inuuit Tullius : Te, inquit, animo excelsū natura cre-
 uit. Audita de magnanimitatē, tibi statim insedit oratio, id est,
 intimē sedit vel placuit. Magnitudo boni transitorij superari
 contēnendo; magnitudo verō mali transitorij nō timendo. Senec.
 in epistolis: Animus nunquā maior est, quā vbi aliena sepeletur
 & fecit sibi pacem nihil timendo, fecit sibi diuitias nihil concu-
 piscendo. Idem in epistolis. Magni animi est magna cōtēptio
 ac medioeria malle, quā nimia. Illa enim vtilia vitaliaq; sunt,
 hęc eo qua superflua nocent. Sic segetem nimia sterne vbera,
 sic rami onere franguntur. Sic ad maturitatem nō peruenit
 nimia fecunditas. Idē animis quoq; euenit, quos immoderata
 licitas rūpit, qua non tantū in aliorū iniuriam, sed etiā in
 vrūtur. Idem in eodē: Magnus ille est qui fœtibus virtut, quā
 admodum argento. Nec minor est quidē qui sic argento vti
 quemadmodū fœtibus. Idē in eodē: Scitote tam bene hō-
 nes culmo, quā auro regi: cōtēpente omnia quę superuacua
 labor velut ornamentū aut decus posuit, memēto te praeter
 mū nihil esse mirabile, cui magno nihil est magnū. Idem in lib.
 de Naturalib. quaestionibus: Magna ista, quia parui sumus, cre-
 mus multis rebus: nō ex sua natura, sed ex humilitate nostra
 gnitudo est. Idem in lib. de Clemētia: Magni animi est, iniuriam
 in summa parietia pati. Ad magnanimitatē pertinet iniuriam
 ceptas vilipēdere, & inimico cū est in potestate hominis pat-
 re & fraudes & dolos vitare. Senec. in lib. de quatuor Virt. Si ma-
 gnanimus fueris, nūquā iudicabis tibi iniuriā fieri. De inimico
 potestate tuā videris, vindictā putabis vindicare potuisse. Senec.
 enim magnum & honestū vindictę esse genus, ignoscere. Vbi
 aggredere, nō geres consiliū nisi indixeris. Nā fraudes & dolos
 imbecillū decent. Magnanimitas videtur posse distingui in
 partes: scilicet in cordis altitudinē, latitudinē & longitudinē.
 Cor altū est, quod in aduersis non deicitur, sed eleuatur. Cuius
 exemplū habes in gallis, quorū crista eleuatur cum ira eorum
 pugnandū accendit. Senec. in epistolis: Nō est mirū in tranquilla

tate non coneurrit: illud mirare, ibi extolli aliquē, vbi omnes deprimuntur: ibi stare, vbi omnes iacēt. Vel cor altū est, cor honores trāstorios despiciens. Cor verò latū, est cor despiciens magnitudinē diuitiarū. Sen. in episto. Ille ingētis animi est, qui diuitias circūfulas sibi multū diuq; miratus. quòd ad se venerint, ridet: suāsq; magis audit esse, quā sentit. Cordis longitudo est per quam vincitur tēdiū longa expectationis, vel lōgitudo molestiæ & laboris. Quidā sunt breues animo statim volētes quod fieri desiderant, statimq; volētes transire quod molestum. sustinent: similes agricolis qui iāstato semine, statim metere vellent.

De fiducia & Magnificētia, de descriptione vtriusque, & de officiis.

magnificētie tam in pace quā in bello. PARS I.

Equitur de Fiducia & Magnificētia. Fiducia est certa spes Animi producendi ad finē rem inchoatam. De fiducia bona vel mala, require in tractatu de Spe. Magnificētia verò quandoque dicitur negotiorum difficilium & præclarorū consummatio. Et sic sumitur à Macrobio. Quandoq; verò sic sumitur magnificētia, quòd ad eā pertinet, nō solū consummatio præclarorum negotiorū, sed etiā inchoatio eorundem. Et sic sumitur à Tullio in 1. Rhet. Vnde sic describit eam: Magnificētia est rerum magnatū & excelstarū cum animi ampla quadā & splendidissima propositione, cognitio atq; administratio. Nec loquitur de magnanimitate, imò sub magnificētia comprehendit eam.

¶ De officiis Magnificētie.

Distinguuntur verò officia magnificētiæ tam in pace quā in bello. In pace, secundū Platonem tria ad eam pertinent quantum ad prælatos. Primū est, vt sic vtilitatem ciuium tueantur, vt quæcunq; agunt, ad eā referant cōmodorum suorum oblitū. Secundum est, totum corpus ciuitatis curent, ne dum partem aliquam tueantur, reliquā deserant. Vt enim tutela, sic procuratio reipublicæ ad vtilitatem eorū qui cōmissi sunt, nō eorū quibus cōmissa est, gerēda est. Hæc duo documenta Platonis recitat Tull. in lib. de Offi. Qui parti vrbis cōsulunt, partē deserunt, perniciosissimam seditionem in ciuitatē inducūt. Tertiū est, vt contentionē caueant. Dicit enim Plato similiter facere eos qui inter se contendūt quānam potius ciuitatem administrent, vt si nauæ certarent tempore tempestatis, quis eorum potissimum gubernaret. ¶ Officia verò magnificētiæ in bello, nouem assignat. Primū est, ea intētiōne suscipere bella, vt sine iniuria in pace viuatur. Aug. in lib. de Ciuitate Dei: cōstat pacem belli esse oprabilem finē. Idem ad Bonifacium. Pacem debet habere vo-

luntas, bellū necessitas. Idem ad eundem: Bellum geritur ut pacem acquiratur. Esto ergo in bello pacificus, ut eos quos expugnat ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Secundū est, ante aggressionem belli diligentem adhibere preparationem in clientulis, municipiis, sumptu & armis. Sen. Longa belli preparatio coelestem affert victoriā. Omnia autē prius experiri, quā armis cetera sapienter decet, iuxta verbum Philosophi. Tullius in lib. de officiis: Cum sint duo genera decertandi: vñ per disceptationē alterū per vim: illud propriū hominis, hoc belluarum: confugiendum est ad posterius, si superiore uti nō licet. Terriū est, nec temerē desperes propter ignauiam, aut propter cupiditatem nimis confidas: in periculum enim ducit immoderatus amor haberi. Quartū est, plus turpitudinē quā mortē horrere: plus ad honestatem quā ad salutē temporalem & alia cōmoda spectare. Quintū est, copias suas crebris laboribus exercere. Poëta: Virtus semper dant otia mentē. Sextum est, postquā ad bellandū ventum est, hortando bonā indolē erigere, modō laudibus animos afficere, modō admonitionibus desidiā discutere. 2. Machi. Exhortati inde sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi iuuenum confortati statuerunt dimicare & configere fortiter. Septimū est, in concursu ad primos impetus accurrere, inclinatis opem ferre, labentes fuleire. Octauum est habita victoria seruare eos qui nō crudeles fuerunt. Nonum est, fœdera & promissa hostibus seruare: exēplo Reguli, qui tēptus præsinito iuramento quōd rediret, missus est Romā pro captiuis commutandis: qui ut venit, videns captiuos non esse reddendos: cum retineretur ab amicis, ad supplicium redire maluit, quā fidem hosti datam fallere, ut narrat Tull. in lib. de Offi.

Tertia partis principalis de quatuor virtutibus cardinalibus, Tractatus V. De Iustitia.

De ordine diceudorum in hoc tractatu. Et de diuersis acceptionibus huius nominis iustitia.

PARS I.

Iustitia ponitur diuersa acceptione huius nominis Iustitia. Secundo, diuersa eius descriptiones. Tertio, eius commendationes. Quarto, ipsius diuisiones. Quinto, tangerit de opposito ipsius. ¶ Circa primum notandum quod Iustitia quandoque valde largē sumitur, scilicet pro bonitate secundum hoc dicit Augu. duas partes esse iustitia, scilicet declinare à malo, & facere bonum. Et super illud Hebræ. 1. Diligisti iustitiam, dicit Glo. Omne bonum. Sic sumitur Matthæ. 6.

Qua

Quæritur primum regnum Dei, & iustitiâ eius. Glo. Iustitia regni est omnia quæ Christus docuit obseruare. Eiusdem 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Sic etiam sumitur quum dicimus impium iustificari. Quandoque etiam sumitur nomen iustitiæ minus largè, scilicet pro virtute reddente vnicuique quod suum est, & sic sub iustitia pietas videtur contineri. Quandoque autem sumitur strictius, prout attenditur in infirmitate peccatorum. Sic videtur iustitia esse opposita pietati vel misericordia. Sic sanit hoc nomen iustitiâ Bet. dicens: Nullum nomen Dei est quod non sonet aut iustitiam aut pietatem. Et notandum quod iustitia etiam prout est virtus cardinalis, quodammodo generalis est, sicut & prudentia generalis est quo ad directionem. Dirigit enim opera ceterarum virtutum. Iustitia verò generalis est quo ad imperium. Potest enim imperare opera ceterarum virtutum: non sufficit tamen ad exequendum eam vel ad eligendum sine ceteris virtutibus.

De descriptionibus Iustitiæ.

PARS II.

Circa secundum, notandum quod Tullius in 1. Rhetor. sic describit Iustitiâ: Iustitia est habitus animi communi utilitate seruata, suam unicuique tribuens dignitatem. Iustitia multum attendit communem utilitatem. Unde quandoque punit hominem plusquam meruit propter publicam utilitatem. Tullius: Primum fundamentum iustitiæ est, ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati seruiatur. Ambr. in lib. de paradiso: Iustitia magis aliis quam sibi prodest, & utilitates suas negligit, communia emolumenta proponens. Iustitia etiam cuique suam dignitatem tribuit, quia unicuique tribuit, quod dignum ei est tribui, siue quod ei debetur. Illud autem debitum quandoque est fœdere naturali, quandoque etiam ratione officij, vel prælationis, ut obedientia debetur prælatis: quandoque verò ratione meriti, ut cum pena vel præmium redditur his qui meruerunt. Macrobius dicit, quod iustitiæ est, unicuique seruare quod suum est. Aug. verò in lib. de lib. arbi. dicit: Iustitiâ quid dicam esse, nisi virtutem qua sua cuique tribuuntur? Et super illud Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiâ, dicit Glo. Iustitia est: sua cuique tribuere, sibi & proximo & Deo. Sene in lib. de 4. Virtutib. dicit: Quid est iustitia, nisi naturæ tacita cõuentio in adiutorium multorum inuenta? Idem in eodem: Iustitia diuina lex est, & vinculum societatis humanæ. Isidor. sic describit eam: Iustitia est ordo & æquitas, qua homo cum vnaquaque re bene ordinatur. ordo dicitur conueniens rei collocatio, vel secundum Anselmum sic describitur: Iustitia est rectitudo voluntatis propter se

seruata. Voluntas dicitur, quia lapis quum descendit, recte agit
faciendo quod debet: tamen non dicitur iustus esse, quia hoc non
facit voluntarie. Rectitudo vero quæ est iustitia, non est cuius-
cunque appetitus, sed appetitus rationalis qui est cum discre-
tione. Si enim aliquis impediatur ab ingressu domus aliquem vo-
lentem intrare, vt innocentem ibi occidat, ignorans tamẽ quid
ille ibi acturus sit, non reputatur ipse in hoc iustus. Non dicitur
etiam aliquis iustus propter rectitudinem intellectus, vel opo-
ris, si desit rectitudo voluntatis. Itẽ si aliquis coactus reddat pec-
cuniam quam abstulit, vel causa inanis gloriæ non est propter
hoc iustus, sed si amore iustitiæ hoc faciat. Ideo ergo benedi-
ctus est, quod iustitia est rectitudo voluntatis propter se seruata.
¶ Et notandum quod quum rectum sit in quo medium non est
ab extremis, vbi est rectitudo iustitiæ, aliquid est vt medium, &
aliqua vt extrema. In iudicio verò hoc manifestum est, vbi iudex
medius est inter partes, qui non debet declinare ad dexteram vel
ad sinistram. Generaliter vero tria considerari possunt vbi est
iustitia, scilicet quod redditur, cui redditur, & per quod reddi-
tur. Per quod redditur est vt medium, alia duo sunt vt extrema.
¶ Describitur etiã iustitia sic: Iustitia est virtus cõseruatrix ho-
manæ societatis, & vitæ communitatis. Societatem, id est, cohe-
sionem hominum sic seruat iustitia, dum homines cohiben-
t: obtinet vnus agros vel alias possessiones quibus eger alius,
ideo cõcitareretur inuidia & seditio, nisi iustitia adesset, quæ
vnicuique ius suum redderet. Vitæ autem cõmunitatem custodit
dum eundem modum viuendi plures sectantur: vt mercaturam
vel militiam, quæstus vnus minuit alterius lucrum, quæ res
vno moueret, nisi iustitia adesset. Item iustitia sic describitur
ab Aug. in lib. de moribus ecclesiæ: Iustitia est amor soli amato
seruiens, & propterea recte dominans. Item 19. lib. de Ciuitate
Dei: Qui fundum aufert ei à quo emptus est, & tradit ei, qui nihil
habet in eo iuris, iniustus est: & qui semetipsum aufert de-
nanti Deo à quo factus est, & seruit malignis spiritibus, iniustus
est. Bern. in lib. de diligendo Deo: Infidelem ratio urget & iusti-
tia naturalis, totum se tradere illi à quo totum se habet. ¶ Et no-
tandum quod secundum Aug. 4. lib. de doct. Christ. Sicut ratio
rotunditatis eadem est in magno disco & in cumulo exiguo, vt
à puncto medio omnes lineæ pares in extrema ducantur: ita vbi
aliquis parua iuste gerit, non minuitur iustitiæ magnitudo.

De commendatione Iustitiæ.

PARS III.

¶ Notandum ergo quod iustitia commendat natura, com-
men-

mendat & scriptura. ¶ Natura tripliciter. Primo, quia rectitudo
 quam dedit corpori humano monet ad rectitudinem iustitiæ.
 Eccl. 7. Hęc inueni, quod fecerit Deus hominē rectum. Ber. su-
 per Can. Rectus dominus Deus noster, & nō est iniquitas in eo.
 Rectus itaque dominus hominē rectum fecit. Idē: Statutam de-
 dit Deus hominē rectam, forsità vt ista corporea rectitudo exte-
 rioris viliorisq; figmenti, hominē illū interiorem qui ad ima-
 ginem Dei factus est spiritualis, suę seruandę rectitudinis admo-
 neret, decōr limi deformitatem argueret animi. Quid enim in-
 decenius quā curuum recto corpore gerere animū? ¶ Secun-
 do, quia ea quę sunt iustitię pro magna parte naturaliter in cor-
 de hominis scripta sunt. Aug. in lib. Cōfes. Furē certe punit lex
 domine, & lex scripta in corde hominum, quā nec ipsa qui-
 dem delet iniquitas. quis enim fur a quo animo furem patitur?
 Tullius in 1. Rhetō. Iustitię initium est à natura profectū, dein-
 de quādā in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerūt, post-
 ca res & à natura profectas, & à cōsuetudine probatas legū me-
 ritus & religio sanxit. Naturę ius est, quod nō opinio genuit, sed
 quādā innata vis inseruit: vt religionem, pietatem, gratiam,
 vindicationem, obseruantiam, veritatem. Seneca in epistolis:
 Hęc societas diligenter & sanctē nobis obseruanda est, quę
 nos omnes omnibus miscet, & iudicat aliquod esse commune
 ius generis humani. ¶ Tertio, quia natura docet etiam bruta
 animalia multa eorum quę ad iustitiam pertinent, vt innocen-
 tiam, concordiam, pietatem ad animalia sui generis. ¶ Scriptura
 etiam multis modis iustitiam nobis cōmendat. Primo, multū ad-
 tam mōnendo. In Ps. Sacrificate sacrificium iustitię. Sap. 1. Di-
 ligite iustitiam qui iudicatis terrā. Eccl. 3. Vsque ad mortē certa
 pro iustitia. Eiusdem 3. Ante obitum, operare iustitiam. Idem 18.
 Ante iudicium para iustitiam. Ezech. 45. Rapinas intermittere,
 & iudicium, & iustitiā facite. 1. Timo. 6. Homo Dei sectare iu-
 stitiam. ¶ Secundo ostendendo eos esse beatos qui iustitiā esu-
 tiunt. Matt. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā. ¶ Tertio, bea-
 tos ostendendo qui aliquid pro iustitia patiuntur. Matt. 5. Beati
 qui persecutionē patiuntur propter iustitiā &c. Et 1. Pet. 3. Si quid
 patimini, propter iustitiā, beati. ¶ Item ad cōmendationem iu-
 stitię hoc facit, quod hęc virtus multū Deo est grata, & homi-
 ni multū necessaria. Primum in multis locis ostendit scriptura.
 In Ps. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Item acceptabis sacri-
 ficium iustitię. Pro. 15. Qui sequitur iustitię, diligetur à domi-
 no. Eiusdem 18. Initium vitę bonę facere iustitiam: accepta au-

tem apud Deum magis quam immolare hostias. Act. 10. In omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi: Econtrario iniustitia multum displicet ei, vnde Deute. 25. post illud, Non habebis in sacco diuersa pondera &c. subditur, Abominatur eum dominus qui facit hæc, & aduersatur omnem iniustitiam. Iustitia expresse nominatur inter illa quatuor, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Sap. 8. Ipsa adeo necessaria est, vt nec eriam latrones omnino ea carere possint. Tullius in lib. de offi. Tanta est vis iustitiæ, vt nec illi quidem qui maleficis & scelere pascuntur, sine vlla iustitiæ particula viuere possint. Iustitia adeo vtilis est, vt nihil vtile reputetur, quo ipsa amittitur. Vnde super illud Ps. Rapinas nolite concupiscere, dicit Glo. O lucra damnoſa, inuenis pecuniã, perdis iustitiã. Iustitia adeo vtilis est, vt cū ea vtilia sint que maxime noxia videtur, vt mot. Num. 23. Moriatur anima mea morte iustorum. Iustitia non solum est homini necessaria in vita, sed etiam in morte: nec solum in presenti, sed etiam in futuro. Iustitia in presenti, vera à malo poenæ custodit. Dan. 6. Cœclisit ora leonũ, & non nocuerunt illi: quia corã eo iustitia inuenta est in me. Temporalia bona tribuit. Prou. 13. Iustitia eleuat agerem. Eccl. 10. Qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur. Econtrario dicitur in Psal. de quibusdã propter iniustitias enim suas humiliati sunt. Et Ecc. 20. Regni à gente transfertur in gentem propter iniustitias &c. Itẽ à malo culpæ defendit, propter quod lorica dicitur. ad Ephes. 6. Stans, inquit, induit lorica iustitiæ. Item appetitum boni transire non restringit, ideo vocatur zona. Eccl. 45. Circuncinxit Aaron zona iustitiæ. Et Esa. 11. Et erit iustitia cingulum lumborum eius. Item iustitia homini pacẽ dat: & sic Deo in homine locum preparat. In pace enim factus est locus eius. In Psal. Iustitia & pax oscularẽ sunt. Esa. 32. Erat opus iustitiæ pax. In Psal. Iustitia ante eum ambulabit. Item: Iustitia & iudicium preparatio sedis eius. Iustitia necessaria est in morte: quia virum iniustũ mala capiet in interitu, vt dicitur in Psal. Econtrario vero sperat iustus in morte sua. Pro. 14. Iustitia in futuro necessaria est, & maxime in illo districto iudicio in quo iustitia Dei indicabit, quæ iustitiã condemnare non poterit. Gen. 30. Respondebit mihi cras iustitia mea. Prouer. 10. Nihil proderunt thesauri impietatis: iustitiã verò liberabit à morte. Difficile erit homini haberi iustitiã, imò intolerabile, apparere tunc coram Dei iustitiã. Psal. Ego in iustitiã apparebo in conspectu tuo. Idem: Non permanebunt iniusti ante oculos tuos. Item: Iniusti punientur. Item: Iniusti autem

tem disperibunt. ¶ Ad commendationem iustitiæ etiam va-
 cere potest præminencia, quam ipsa habet respectu aliarum car-
 dinalium virtutum. In ipsa, vt ait Tullius, maximus est splendor
 honestatis. Et Plato dicit de ea, quòd si ipsa conspiceretur, mi-
 nos spectantibus sapientiæ excitaret amores. Iustitia finis vide-
 tur esse aliarum cardinalium virtutum. Vnde propinquior vide-
 tur esse mercedi, saluti, & coronæ quæ specialiter ei in scriptu-
 ra sacra attribuuntur. In Psal. Retribuet mihi dominus secundũ
 iustitiam meam. Item: Tu benedices iusto. Prou. 10. Benedictio
 domini super caput iusti. Eiusdem 11. Seminanti iustitiã merces
 fidelis. Item 12. In semita iustitiæ vita. Sap. 1. Iustitia perpetua
 est & immortalis: iniustitia autem mortis acquisitio. Eccl. 30.
 Salus animæ in sanctitate iustitiæ. 2. ad Timo. 4. Reposita est mi-
 hi corona iustitiæ.

De diuisionibus Iustitiæ.

PARS IIII.

¶ Orandum, quòd secundum quosdam iustitia diuiditur in
 seueritatẽ & liberalitatem. Seueritas virtus est debito sup-
 plicio coercens iniuriam. Liberalitas verò est virtus beneficio
 erogatrix, quam pro affectu benignitatem, & pro effectu
 beneficentiam vocant. Et consistit hæc virtus tota tribuendo
 & retribuendo. Benignitatem verò diuidunt in septem partes:
 scilicet religionem, pietatem, innocentiam, amicitiam, reueren-
 tiam, concordiam, misericordiam. Secundum Macrobiũ ad iu-
 stitiã pertinet innocentia, amicitia, cõcordia, pietas, religio, affe-
 ctus, humanitas. Secundũ Tull. verò in 1. Rhetor. ad iustitiã pri-
 uent religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, veritas. Qui-
 da verò iustitiã diuidunt in quinque partes, scilicet in obedi-
 entiam quæ est respectu superioris, & disciplinam quæ est respectu
 inferioris, & aequitatem quæ est respectu paris, & veritatem & fi-
 dem quæ pertinent ad omnes. Gl. verò super illud Luc. 6. Si diligi-
 tis eos qui vos diligunt &c. aliã innuit diuisionẽ iustitiæ: dicens:
 Philosophi in tres partes diuidunt iustitiã. Vnam in Deum, quæ
 pietas dicitur. Alteram in parentes vel reliquum humanum ge-
 nus. Tertiam in mortuos, vt his exequiarum iura soluantur. Sed
 dominus legis oraculum & Philosophiæ fastigiũ supergressus
 in eos quos qui leserint pietatis porrexit officium. Secundũ Se-
 nec. verò in libr. de quatuor virtutibus, duo pertinent ad iusti-
 tiam, scilicet velle omnibus prodesse, & nulli nocere. Amabis,
 inquit, Deum, si in hoc illum imitaberis, vt velis omnibus pro-
 desse, & nulli nocere: tunc te virum iustum appellabunt omnes.
 Et hæc duo videntur concordare duobus præceptis iuris na-

turalis, quorum alterum habes Tob. 4. Quod ab alio odere debet fieri, ne vide ne tu aliquando alteri facias. Reliquū Mat. 7. Omnia quæcūque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Sed quia nulla prædictarū diuisionum perfectè tangere videtur ea quæ ad iustitiam pertinent, generalior videtur potius da esse diuisio iustitia. Et quia virtute iustitiæ reddimus vnicuique quod debemus, diuidetur iustitia secundum ea quæ debemus & quibus debemus. ¶ Notandum ergo, quod quedam debemus omnibus, vt dilectionem, veritatē, & fidē: quedam vero non omnibus, & inter ea aliquid debemus superiori, aliquid inferiori, aliquid parti. Item aliquid speciale debemus nobis specialiter coniunctis, vt parentibus, & patrie, beneuolis, quod debitum soluit pietas, prout Macrobius & Tullius de ea loquuntur. Item debemus aliquid his qui beneficia conferunt: scilicet gratiam, de qua loquitur Tullius. Et aliquid his qui mala inferunt: scilicet vindicationem, de qua idem loquitur. Et aliquid etiā his qui mala ferunt vel sustinent, scilicet misericordiam.

De Latria & religione, prout Tullius religionē sumit, & de virtutibus eius, ac quadruplici officia religionis. PARS V.

Inter ea verò quæ superiori debentur, aliquid est quod soli Deo debetur, & aliquid quod nō soli Deo. Sola Deo debetur latria. Vnde Glo. super illud Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs: Græcè latria dicitur, seruitus Latine. Seruitus communis Deo & homini & cuiuscunque Græcè dicitur dulia. Illa verò quæ soli Deo debetur, latria distincte: vnde idola latria, qui quod soli Deo debet, idolo dat. ¶ Primò inter partes iustitiæ de latria prosequemur. Quod autem latria Græcè dicitur, videtur à Tullio religio vocari. Quam ipse sic describit: Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant, curam ceremoniamque affert. In hoc quod dicitur curam, innuit cultum interiorem. In hoc, quod dicitur ceremoniam, exteriorem cultum, qui signum est interioris. Isid. 8. lib. etymol. dicit, & religio appellata est quia per eam vni Deo religamus animas nostras ad cultū diuinū vinculo seruiendi. Hoc religatio fit in principio vniuscuiusque religionis: vt in baptismo vbi initiatur Christiana religio: vel in specialibus, religionibus cum quis obligat se ad ea quæ religionis sunt. Secundum Augustinum verò 10. lib. de Ciuit. Dei: Religio dicta perhibetur à religione Deum, quem amiseramus negligentes. Et secundū hoc religio respicere videtur statum peccati, & non statum innocentie.

deut. 26. Dominum elegisti hodie ut sit tibi Deus. Latria vero
 dei tribitur: Latria est cultus Deo debitus & exhibitus. Vel
 Latria est voluntas impendendi Deo cultum debitum. Ado-
 rationem latriæ commendat nobis multiplex exhortatio quam
 scriptura sacra facit de ea. In Psal. Venite adoremus, & proci-
 namus ante Deum. Item: Adorate dominum in arrio sancto
 Item. Adorate dominum omnes angeli eius. Matth. 4. Do-
 minum Deum tuum adorabis. Ad idem valent exempla sancto-
 rum, ut exemplum Christi, de quo Luc. 22. Positis genibus orabat,
 &c. Et Mat. vi. dicitur de undecim discipulis, quod vi-
 cerunt se ipsum adorauerunt. Apoc. 4. legitur de viginti quatuor
 senioribus, quod procidebant ante sedentem in throno, & ado-
 rant vincentem in secula seculorum. Item eiusdem 15. Viginti-
 quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt &c.
 Item. 7. Omnes angeli stabant in circuitu throni &c. & ado-
 rant Deum, dicentes, Amen. Benedictio & claritas. ¶ De
 adoratione etiam vigintiquatuor seniorum, habetur eiusdem 11.
 Item legitur de Beato Bartholomæo, quod centies flexis geni-
 bus adorabat Deum per diem, & centies per noctem. Et de Ia-
 cobi minore, quod ræcum iacebat super genua sua orans, quod
 genua habebat ut calcaneum, similem duritiam habens in eis
 duritiei camelorum. Gloria adorationis est quæ sibi Deus spe-
 cialiter retinere voluit. De hac dicitur Esa. 42. Gloriã meam
 non dabo. Eceles. 25. Bono animo gloriam redde Deo, &
 non minuas primitias manuum tuarum. Gloria ista significata
 est per thymiamam de quo Exod. 30. Sanctum sanctorum vobis
 est thymiamam. Talem compositionem non facietis in vltus ve-
 stros, quia sanctum domino est. Homo quicumque fecerit simi-
 le, ut odore illius perfuatur, peribit de populis suis. Obsequiũ
 illud multum placet Deo. Eccle. 35. Qui adorat Deum in oble-
 tatione, suscipietur: & deprecatio illius vsque ad nubes propin-
 quabit. Et notandum, quod licet adoratio latriæ soli Deo sit ex-
 hibenda: tamẽ dicitur exhiberi illi homini qui est filius Dei, sed
 quasi per accidens. Non enim exhibetur ei in quantum est homo,
 sed in quantum est filius Dei: sicut dicitur de homine illo, quod
 creavit stellas, quas tamen non creavit in quantum homo, sed
 in quantum Deus. ¶ Et notandum quod triplex est cultus Deo
 debitus. Primus est, cordis. Secundus est, oris. Tertius, operis.
 Cultum cordis specialiter vocat gl. cultum, super illud Exo. 20.
 Non adorabis, neque coles. Aliud est, inquit colere, aliud est ado-
 rare. Potest, quis inuitus adorare, vel adulando regibus idolola-
 tris.

tris, vel tormentis victus quum sciat quia idolum nihil est. Colere verò est toto his affectu & studio mancipari. De cultu posteriori dicit Isid. 8. li. Etymol. Tria sunt quæ in religionis cultu ad colendum Deum in hominibus perquiruntur: fides, spes, & caritas. Aug. in Enchirid. Fide, spe, & charitate colimus Deum. Item August. loquens de theosebia siue pietate, quæ est cultus Dei, dicit quòd consistit in cognitione Dei & dilectione, quam debita subiectione. Et super illud. 1. Cor. 12. Alij per spiritum datur sermo sapientia, alij sermo scientia. dicit gloss. loquens de illo verbo Iob secundum vnam literam 28. Ecce pietas est sapientia. vbi litera nostra habet. Timor domini ipse est sapientia. Pietatè, inquit, hoc loco posuit Dei cultum, quæ Græcè dicitur theosebia: & quis cultus est, nisi amor & cognitio eius? Cultus interior Deo debitus in duobus videtur consistere, scilicet in cognitione & affectione. Cognitio verò ad cultum Dei pertinet, est, vt credulitas, qua creditur Deo sicut Deo credendum est. licet propter se & super omnia: sicut enim primæ veritati credendum est. Item credulitas, qua credimus de Deo dignam summam potentiam summam sapientiam, summam bonitatem, & consequentia ad hæc, vt quòd ipse est omnium bonorum creator & conseruator, mundi gubernator, hominis recreator, inuentium sibi liberalissimus retributor: eorum verò qui pertinaciter rebellesci sunt zelantissimus ultor. Inter affectiones verò pertinentes ad cultum Dei, Prima videtur, esse timor, & non qualiscunq; timor, sed talis timor quali timendus est ille, cuius potentia nullus potest resistere, cum sit summa: cuius sapientia nihil potest abscondi, cum sit summa, & cuius bonitas cum summa sit, summè odit malitiam, & sine fine puniet eam in eis quos pertinaces in ea inuenerit: Timendus est ergo super omnia.

¶ Secunda est spes non qualiscunq; sed talis qualis potèda est in eo cuius potètia facillimè est liberare ab omni miseria: cuius sapientia notissima est miseria nostra. Abyssus enim misericordie non inuocat abyssum misericordie, nisi agnoscat, & cuius bonitati proprium est misereri semper & parcere, quæ etiam propter liberalitatem suam fecit, quæcunq; fecit, quia omnia fecit ad dandum in ipso: ergo super omnia sperandum est.

¶ Tertia amor, & non qualiscunq; amor, sed talis quali amandus est qui optimus est in se, & ideo amore dignissimus, qui fons est omnium bonorum, à quo suscepimus omnia bona quæ habemus vel habuimus, & à quo suscepturos nos speramus: quod quid boni suscepuri sumus. De timore & amore dicit Seneca

De quatuor Virtutibus: Quisquis iustitiã sectari desideras, time
 Deum prius, & ama, vt ameris à Deo. De spe dicitur in Psal. Spe-
 rant in te omnes qui nouerunt nomen tuum. Nomen domini
 agnoscit qui serui eius esse volūt, à quibus spes specialiter re-
 quiritur. ¶ Cultus oris est vocalis professio maiestatis diuinæ,
 quam fideles faciunt frequenter Deum orando, laudando, bene-
 dicendo, gratias ei agendo. Cultus operis est, vt quum aliquis
 opere recognoscit singulare dominum Dei, quod ecclesia ore
 recognoscit, Christo dicēs: Tu solus Dominus. Dominum istud
 nomen ad personas nostras recognoscimus Deo, genu flexione
 & prostratione. Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu. Mich. 6.
 Curuabo genu Deo excelsō. Quantum ad nostra verò, oblatio-
 nem alicuius partis bonorum illorū quæ ab eo accepimus. Deut.
 18. Profiteor hodie corā Domino &c. tradidit nobis terrā lacte
 & melle manantem, & idcirco offero nunc tibi primitias fru-
 ctuum terræ, quam dominus dedit mihi. Ad cultum operis perti-
 nent sacrificia veteris legis, quæ fiebant de animalibus quo-
 rum immolatione sacrificantes ostendebant plenissime Deo se
 esse subiectos, etiam ad occidendum. Morre enim animalium
 ostendebant Deum eos occidere posse, & eos mortem meruisse,
 & sperabant misericordia Dei mortem propriam quam merue-
 rant in mortē animalium commutare. Et notandum quod sa-
 crificium soli Deo debetur. vnde Aug. 10. lib. de Ciuit. Dei: Sa-
 crificium certe nullus hominū est qui audeat dicere deberi, nisi
 Deo multa denique de cultu diuino vsurpata sunt quæ honori-
 bus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione
 & vana gloria tamē, vt quibus ea deferuntur, homines habentur,
 qui dicuntur colendi & venerandi: si autem eis multū additur,
 & adorandi. Quis verò sacrificandum celsit nisi ei, quem Deum
 esse scit, aut putauit, aut finxit? Et subdit: Sacrificium visibile
 sacrificij inuisibilis sacrū signū est. ¶ Et rāgit sex species sacri-
 ficij spiritualis. Primū sacrificium est cordis contritio. In Psal.
 51. Voluisses sacrificiū dedissem: utique holocaustis nō delecta-
 beris. Sacrificium Deo, spiritus &c. Aug. Intueamur quemadmo-
 dum vbi Deum dixit nolle sacrificium, ibi Deum ostendit vel-
 le sacrificium. Non vult ergo sacrificium trucidati pecoris, sed
 spirituale sacrificiū contriti cordis. ¶ Secundum sacrificiū est cordis
 igne diuini amoris inflammati. De quo Aug. Deo suauissimum
 incensum adolemus quum in eius conspectu pio sanctoq; amo-
 re flagramus. Tertiū sacrificiū corporis propter Deum morti-
 ficari. Roma. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis

beatis

beatis corpora vestra hostiam viventem &c. ¶ Quartum est
 sacrificium corporis pro Deo proprio sanguine cruciatum. Ad
 Deo cruentas victimas cedimus, quādo vique ad sanguinē
 eius veritate certamus. ¶ Quintum est sacrificiū laudis de
 in Psal. Nunquid manducabo carnes taurorū, aut sanguinē
 corū potabo? Immola Deo sacrificiū laudis. ¶ Sextum est, sacri-
 ficiū misericordiae, quo miseriae proximi volumus subuenire.
 Heb. 6. Beneficētia & cōmunionis nolite obliuisci: talibus enim
 hostiis promeretur De⁹. Itē Aug. eodē lib. dicit, q̄ sacrificiū
 diuina est. Et videtur velle q̄ verū sacrificiū opus sit miseri-
 cordiae. Verū sacrificiū est opus qd̄ fit propter Deū, vt homo à mi-
 seria releuetur & Deo adhæredo beatus efficiatur. Vnde dicit,
 Verum sacrificiū est, omne opus quo agitur vt sancta societas
 inhaereamus Deo, relatum ad illū finē quo veraciter beati
 possumus. Et subdit: Vera sacrificia opera sūt misericordiae
 in nos ipsos, siue in proximos, quae referuntur ad Deū. Opera
 misericordiae non ob aliud fiunt, nisi vt à miseria liberentur
 per hoc vt beati simus: quod non fit nisi bono illo, de quo dicitur
 est, Mihi adhærere Deo bonū est. Idē in eodē, Ipsa misericordia
 qua homini subuenitur, si non propter Deum fit, nō est sacri-
 ficiū. Ad cultū etiā operis pertinet thurificatio, quae ostendit
 affectum nostrum integrē in Deū esse dirigendū, quasi in omne
 bonū, sicut torus fumus thuris tendit sursum. Exo. 33. Ego ob-
 dam omne bonū tibi. Et notandū q̄ religionis, quā Tullius po-
 nit partē iustitiae, quae idem videtur esse quod caritas, secundum
 quosdam, quadruplex est officiū. ¶ Primū est perpetrati scelus
 poenitere. Hoc videtur esse primum sacrificiū Deo acceptum
 post mortale peccatū. In Psal. Sacrificiū Deo spiritus &c. Secū-
 dum est temporalium mutabilitatē paruipendere. Postquam
 enim anima Deo aeterno se religauit religione fidei, spei, & ob-
 lectionis, spe aeternorū despicit transitoria. Sene. Nemo dignus
 Deo qui opes non contēpserit. ¶ Tertiu est vitam nostram Deo
 cōmittere. Qui enim agnoscit per fidē se habere vitā suā à Deo
 vult illā ei offerre, & oratione, & obsequiis impetrat eā à Deo
 dirigi. Tob. 4. Omni tempore benedic dominum, & peccata tua
 vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permanent.
 Quartū est, veritatē dicere de his quae ad religionē pertinent. His
 primo debet habere poenitentiā de his quae agnoscit se fecisse
 se cōtra Deum & contra se. Secundo, despiciere ea quae agnoscit
 esse infra se. Tertio, Deo committere se. Quarto, his quae sunt
 iuxta se veritatē dicere, quam accepit de religione sua.

De *Dulia*, PARS VI. *Quæ habet tria capitula.*

De ordine dicendorum de *Dulia*, & nominis *dulie* distinctione ac descriptione. CAP. I.

Iſto de cultu Patriæ qui ſoli Deo debetur, dicendum eſt de
 hiſ quæ aliſ ſuperioribus debentur. Et inter ea aliquid eſt
 quod ſoli debetur creaturæ, vt eſt reuerentia ſeu honor *dulie*.
 Aliquid verò qđ debetur & creatori & creaturæ, vt obedientia.
 In primo dicitur de honore ſeu reuerentia *dulie*. De qua hoc
 ordine agetur. Primo oſtendetur quid ſit reuerentia ſeu honor
dulie. Secundo tangetur de diuerſis ſpeciebus *dulie*. Tertio de
 errore illorum qui eccleſiã dicunt idololatrare, adorãdo diuer-
 ſos ſanctos & imagines ſanctorũ. ¶ Circa primũ verò eſt notã-
 tũ quòd hoc nomen *dulia* quandoque cõmuniter ſumitur pro
 ſeruitute quæ exhibetur Deo vel creaturæ. Vnde *dulia* Græcè
 ſeruitus Latinè dicitur: & *dulos* dicitur ſeruus. gloſſ. ſuper illud
 Mat. 4. Dñm Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruiſ. Seruitus
 cõmunis Deo & homini & cuiuſq; Græcè dicitur *dulia*. Quã-
 doque autem nomen *dulie* reſtringitur ad honorem creaturæ
 debitum: & ſecundũ hoc ſic deſcribitur: *Dulia* eſt cultus vel ho-
 nor creaturæ debitus & exhibitus. *Dulia* videtur eſſe idẽ vel in
 toto vel in parte cũ reuerẽtia, prout ſumitur in prima diuiſione
 iuſtitie prius poſita, quæ ſic deſcribitur: Reuerentia eſt virtus
 perſonis grauibus vel aliqua prælatione ſublimatis, debita ho-
 norificationis cultũ exhibẽs. ¶ Et notandũ qđ reuereri tripliciter
 accipitur. Vno modo dicitur motũ qui eſt fugiẽdo ſeu reſiſtẽdo ab
 auidine alicui⁹ rei in propriã paritate. Et vocatur iſte mot⁹
 timor reuerẽtiæ. Et huic motui interiori reſpõdet exterius elõ-
 gatio vel fuga qua humiles perſonæ elõgãt ſe ab hiſ qui ſunt in
 dignitate poſiti, nõ audẽtes eis appropinquare. Quandoq; verò
 reuereri dicitur honorẽ quẽ aliquis exhibet aliĩ gratia dignitatis
 ad oſtendẽdũ quòd ei ſubiectus ſit & paratus volũtatẽ eius ſe-
 qui: vt eſt aſſurgere veniẽti, aſſiſtere ſedenti, inclinare trãſeũti,
 incedẽte ſequi, & genuflexio. Quandoq; cõprehendit motũ ti-
 moris reuerentia, & honorẽ. Et ſi ſumitur ſuper illud Hebr. 11.
 Patres carnis noſtræ habuim⁹ eruditores, & reuerẽbamur eos.
 ¶ Reuereri eſt cũ timore honorẽ impẽdere. Tullius in ſecunda
 diuiſione pri⁹ poſita, in parte honorẽ *dulie* cõprehẽdit ſub illa
 parte iuſtitie quæ dicitur obſeruãtia, quã ſic deſcribit: Obſeruã-
 tia eſt per quã homines aliqua dignitate antecedentes cultũ &
 honorẽ dignãtur. ¶ Itẽ notandũ quòd hoc nomen Honor, mul-
 tipliciter ſumitur. Quãdoq; pro dignitate. Heb. 5. Nec quiſquã
 ſumit

sumit sibi honorē: sed qui vocatur à Deo tanquā Aarō. Quādo
verò honor dicitur quod exhibetur alicui gratia superioritatis
ad ostensionē subiectionis, vel propter prioritatē, vel naturę di-
gnitatem, vel excellentiā in aliqua gratia propter superioritatem
vt Ro. 13. Cui honorē, honorem. i. Petr. i. Regem honorificato.
Propter prioritatē tēporis: vt Leuit. 19. Coram cano capite con-
surge, & honora personam senis. Propter dignitatem naturę
Exo. 20. Honora patrem tuū & matrem tuam. & Mala. i. Si ego
pater, vbi honor meus? Propter excellentiam in aliqua gratia
honor exhibendus est omnibus, quia debemus credere quod om-
nes nos excedant in aliena gratia. i. Petr. 2. Omnes honorate.
Rom. 12. Honore inuicem prouenientes. Glo. Aliter non est fir-
ternus amor, nisi in mutuis se proueniāt obsequiis. Ephe. 5. Sub-
iecti inuicem in timore Christi. Phil. 2. In humilitate superio-
res sibi inuicem arbitantes. Gl. Aug. Non hoc ita debemus ar-
bitrari, vt nos aestimare fingamus: sed vere aestimemus posse
esse aliquid occultum in alio. quo nobis superior sit, etiam si ho-
num nostrū quo illo videmur superiores esse, non sit occultū.

De speciebus Dulix.

CAP. I.

Sequitur de speciebus dulix. Notandum ergo quod digni-
sima species dulix est honor qui debetur humanę naturę, quę
filius Dei assumpsit. Specialiter verò honoranda est humana na-
tura in Christo propter inhonorationem quam in cruce susti-
nit: secundū illud Phil. 2. Humiliauit semetipsum, factus obe-
diens vsque ad mortē: mortē autē crucis. Propter quod & Deus
exaltauit illū &c. Propter hoc ex institutione ecclesię fit adora-
tio crucis, in qua id cui exhibetur honor ille est Christus passus
ignominia verò est causa illi⁹ honorationis. ¶ De adoratione hu-
manę naturę à filio Dei assumptę, dicit gl. Aug. super illud Ps.
Adorate scabellū pedum eius, quoniā sanctū est. Sciendū quia in
Christo terra est, id est, caro quę sine impietate adoratur. Hęc
species dulix, hyperdulix vocatur, quę soli humanitati Christi
exhibetur. Vnde gl. sup illud Ps. Adorate scabellū pedū eius &c.
Dulix adoratio est, quę etiā creaturę exhibetur. Quę duas spe-
cies habet: vnā quę indifferēter omnib⁹, alterā quę soli humani-
tati Christi exhibetur. ¶ Post naturā humanā à filio Dei assumptā,
exhibendus est honor beate Virgini, in qua & ex qua filius Dei
carnē assumpsit. Damas. Dei genitricis imaginis nō materiam, sed
figurā adoramus. Figurā hęc intellige figuratū siue significatū
per imaginē. Et subdit Damas. Honor enim qui est ad ipsam, ad
eū qui ex ipsa incarnatus est reducitur. Hoc ideo dicit, quia pro
pter

per filiū adoratur mater. ¶ Tertio exhibendus est honor beatis angelis, & sanctis qui sunt in statu glorię, ab his qui sunt in statu miserię. Status enim miserię inferior est statu glorię. Matt. 23. Inter natos mulierū nō surrexit maior Ioāne Baptista, qui autem minor est in regno calorū, maior est illo. ¶ Quarto exhibendus est honor his qui præsunt in ecclesia militante: qui scilicet sunt in gradu superiori, ab his qui sunt in gradu inferiori. Qui enim præsunt, loco Dei sunt: & ideo honor vel cultus eis exhibendus est. Vnde & Dij vocantur. Exo. 23. Diis non detrahes: & principi populi tui non maledices. Præcipue verò honor exhibendus est his qui præsunt ad spiritualia. i. Tim. 5. Qui bene præsent presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime hi qui laborant in verbo & doctrina. ¶ Quinto exhibendus est honor amicis Dei, etiā in statu vitę qui sunt notę sanctitatis. Vnde qui se reputant peccatores, cum genuflexione suffragia solent petere à talibus. Status enim eorū secundum suam reputationē inferior est statu aliorū: sicuti status serui à statu filij vel domini. Filius domini à seruis dominus solet vocari. Matt. 15. Nō est bonum sumere panē filiorū, & dare canibus. Canes vocat peccatores filios iustos. Et subditur: Etiā domine: nā & catelli edunt de micis quę cadunt de mensa dominorum suorū. Intellige illos dominos qui prius vocati sunt filij. De hoc honore dicitur Isa. 49. ad ecclesiā: Vultu in terra demisso adorabūt te. Itē notandū q̄ honor quandoque exhibetur creaturę absolute: quandoque Deo absolute: quandoq; verò honor respicit relationem seu cōparationem creaturę ad Deum. Et de illo honore sciendum est, q̄ potest exhiberi Deo in creaturę, vt in imagine eius, vel in ministro eius, vel in tēplo materiali, vel spirituali, vel in rebus, vel in aliis rebus quę ad cultū Dei pertinent: & est honor patrię. Et Deus est, id cui propriē exhibetur honor ille: creaturę verò est mediū, vel occasio aliqua cogitandi de Deo, & afficiēdi eum, & signo exteriori iudicandi affectū illū. Si verò honor exhibeatur creaturę cōparatione Dei: honor dulci est, & Deus est, vt causa illius honoris: creaturę enim siue cōsideretur absolute, siue inquantū imago Dei, vel ministras ei, vel associata ei in vna persona, nō fuit sic ab æterno, sed incepit esse: vnde non videtur ei exhibenda reuerentia latrię. ¶ Et notandum quod reuerentia quę debetur rebus Deo dedicatis, vt loco sacro, scilicet templo vel cōmeterio, vel his quę pertinet ad ornatū tēpli, vel sacro tēpori, videtur esse quidā timor, quo timeamus intrare templū illorū, vel nō sanctificati, vel appropinqua-

re altari, vel aliis rebus sacris, vel contrectare res sacras, vel inquinare nos in loco, vel tempore sacro, vel violentiā inferre facto loco, vel cōmunia opera ibi exercere: de hoc timore legitur Gene. 28. Quā̄m terribilis est locus iste: nō est hic aliud, nisi domus Dei, &c. Malach. 2. Leui à facie nominis mei pauebat. Cui dominus sanctus sit, in sanctitate vult appropinquari ad eius ministeriū. Exo. 28. Aaron sanctificatus minister mihi. Qui vult Deum non ostendit sanctum ad ministerium eius in sanctitate appropinquando, ipse ostendet eū non sanctum pro immunitaria sua à Deo penā recipiendo. Leui. 10. Arreptis Nadab, & Abihu filij Aaron thuribulis imposuerunt ignem, & incensum deliquit offerentes coram domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat: egressusque ignis à domino, deuorauit eos. Dicitur Moyses: Hoc est, quod locutus est dominus, Sanctificabor in illis qui appropinquant mihi. Non legitur Christum in Euāgelio in vita ista tantam iram per zelum ostēdisse, quantā ostendit in vidit, quod templo nō exhibebatur debira reuerentia. Ioan. 2. Matthæ. 22. Tunc impletum est illud, Zelus domus tuæ conturbauit me. Marci 10. legitur, q̄ non sinebat, vt quisquam transferret vultum per templum. 1. Cor. 3. Si quis templum Dei violauerit, disperdet illū Deus. Traditur de Pompeio, quod postquam illi qui cum eo erant prophanauerunt templum & stabulauerunt equos in porticu templi, nunquam post pugnauit quin vinceretur, qui hinc natus fuerat fortunatissimus, & Heliodorus volens templum spoliarē, diuinitus flagellatus est. 2. Machab. 3.

De errore illorum qui dicunt ecclesiam idololatrare circa Sanctos & imagines Sanctorum.

CAP. III.

Sequitur de errore illorum qui dicunt ecclesiam idololatrare quia ponit in ecclesiis imagines, & adorat diuersos sanctos. Qui error occasione potuit habere ex illo verbo Exo. 10. Nō facies tibi sculptile, neque omnē similitudinē, &c. Nō adorabis neque colēs. Item in Pl. Cōfundantur omnes qui adorant ficticia. Esther 3. legitur de Mardocheo, q̄ solus nō flectebat genua, nec adorabat Amā, eū omnes serui regis, qui in foribus palatii morabatur hoc faceret: sic enim eis præceperat imperator & Dan. 3. Tres pueri noluerunt adorare statuam Nabuchodonosor. Item Apoc. vlt. dixit angelus Ioan. cū cecidisset ad pedes eius, vt eum adoraret, Vide ne feceris: cōseruus tuus sum, & cōfratrum tuorum. ¶ Sed cōtrarium manifestē ostenditur ex hoc q̄ dominus imagines Cherubin præcepit fieri, Exo. 25. Esaias vidit dominū sedentem super solium excelsum. Esa. 6. Serap

habant super illud. & Ezech. vidit imaginés quatuor animaliu.
 Ezech. 1. & Apocalyp. 4. Quas figuras sicut sancti minoris literis
 scripserunt, quantum ad illos qui legé sciunt: sic picturis, vel scul-
 pturis quasi grossis literis scribi potuit, quantum ad laicos qui le-
 gere nesciunt. Sicut enim scriptura litera sunt clericorú: ita pi-
 cturae vel sculpturae litera laicorum. Licet ergo ecclesia habere
 imagines: nec est hæc reuocatio idololatriæ, sed potius reuoca-
 tio ab idololatria. Et sicut dominus voluit sibi sacrificia fieri, vt
 filios Israël reuocaret à sacrificiis, quæ idólis fiebant: ita imagines
 solebant fieri diis; qui colebantur, volens ecclesia homines ab
 hoc reuocare, voluit imagines fieri in ecclesia, ad memoran-
 dum facta memoria digna. Dama. Quia nō omnes noscunt li-
 teras nec lectioni vacant, partes excogitauerunt velut quosdam
 triumphos imaginibus scribere. Prohibuit autem Moyses fie-
 ri sculprile, vel similitudinem falsorum deorum, ad adorandum
 vel colendum. Vnde subdidit: Non adorabis ea, neque coles.
 Nec fuit intentio sua prohibere omnino, vt nulla similitudo fie-
 ret, vel nullum sculprile, eum ipsemet contrarium fecerit, vt in
 Cherubin: Exo. 15. Adoratio verò quam Moyses prohibuit fie-
 ri creaturae, adoratio latriæ fuit, non adoratio doliæ. Ad illud
 verò, quod dixit Angelus Ioanni, Vide ne feceris: dicendum
 est, quòd hoc dixit, vt daret exemplū humilitatis, exemplū scili-
 cet refugiendi honorē huius, eum alicui exhibent: vel ad osten-
 dendū sublimitatē humanæ naturæ in Christo sublimata. Greg.
 Timet angelus adorari ab humana natura, quam videt in Deo
 sublimatam. Vel quia periculosa est talis adoratio propter faci-
 lem declinationem in idololatriam. Vnde Aug. loquens de an-
 gelis venientibus ad Abraham: Duplici, inquit, de causa aliquis
 est arcendus à bono: vel propter maius bonū aggrediendum, vt
 Deus reuocauit volentem sepelire patrem suū. Matt. 8. Vel pro-
 pter facilem declinationem in malum. Et notandum quòd spi-
 rituales substantiæ, licet corporeæ nō sint, tamen figurari pos-
 sunt corporeis imaginibus illarum rerum, in quibus quandoq;
 leguntur apparuisse: vt angeli qui apparuerunt Loth & Abra-
 ham, assumptis corporibus humanis in figura humana depin-
 guntur. Item notandum quòd propter hoc quia angelus satha-
 ne transfiguratur se in angelum lucis, vel in speciem Christi, si
 appareat aliquis alicui in specie angeli vel Christi, & nō cōstet
 ei cui apparet, an sit angelus vel Christus, adorare potest Chri-
 stum simpliciter, vbicunq; ipse sit recognoscendo eū filium Dei
 æternum, omnipotentem: non tamen debet adorare eum in eo

qui ei apparet, nisi sub conditione, scilicet si ipse est Christus. Matth. 24. Si quis dixerit vobis, Ecce hic est Christus vel illic, nolite credere. Itē exhibere potest debitam reuerentiā omnibus beatis angelis Dei vbiq; sint: illi verō qui apparet non simpliciter, sed sub conditione, scilicet si est de beatis angelis Dei.

De oratione. PARS VII. que habet decem capitula.

De ordine dicendorum de oratione. Et de diuersis acceptionibus huius nominis Oratio. CAP. I.

Post patriā & duliā tractabitur de oratione. Ab eo enim cultū patriæ, vel duliæ impendimus oratione beneficiū impetramus. Et honor patriæ vel duliæ efficacē reddit orationem: secundū illud Eccl. 35. Qui adorat Deum in oblatione, suscipietur: & deprecatio illius vsq; ad nubes appropinquabit. Præterea oratione quodammodo Dei maiestatem profitemur: dum pro defectibus nostris supplendis, ad eū quasi ad fontem bonitatis orando recurrimus. Itē cum ab eo postulamus ea quæ soli potentiæ diuinæ possibilis sunt, & soli liberalitati diuinæ congruunt, vt est collatio regni celestis. ¶ De oratione verō hoc modo tractabitur. & primo ponentur diuersæ acceptiones huius nominis oratio. Secūdo, eius descriptiones. Tertio, cōmēdationes. Quarto, agetur de præparatione orationis. Quinto, de impedimentis eius. Sexto, ostēdetur quādo sit orandū. Septimo, vbi orandū. Octauo, quomodo orandū. Nono, quid orandū. Decimo, agetur de speciebus orationis. ¶ Circa primū norandū, q̄ oratio quandoque dicitur esse opus bonum. Vnde super illud 1. Thess. vlt. Sine intermissione orate, dicit Glo. Semper orat, qui semper bene agit. Quandoq; verō dicitur iustitia seu bonitas hominis, quæ apparet Deo in filiis eius quasi quædam imago Dei, habet quasi vim orationis apud Deum: sicut & apparitio filij Dei coram patre suo, est quasi oratio pro nobis. Hebr. 9. Iesus introiit in celum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Sic sumitur, Orate, in Gloss. super illud 1. Thess. vlt. Sine intermissione orate, &c. Iustus nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Bernardus ad fratres de monte Dei, specialiter dicit de charitate Dei, a qua maxime est bonitas in anima, q̄ ipsa est oratio nōquam deficiens. Charitas, inquit, quæ nunquam deficit, ipsa est sine intermissione oratio. Et subdit: Est enim quædam ingis bonitas mētis, & bene compositi animi, & ad patrem Deum in filiis Dei bonitatis quædam similitudo. Quandoq; oratio dicitur petitio boni, siue dirigatur ad Deū, siue ad angelos, siue ad Sanctos: sic litania oratio est, vel orationes. Quandoq; verō strictius sumit

sumitur, vt dicatur oratio petitio boni, quæ ad Deum dirigitur: & sic maximè à magistris sumitur, vt inferius patebit. Quædoq; verò amplius restringitur, scilicet ad petitionem quæ est pro adipiscendis bonis. Vnde Glo. super illud Psal. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem, &c. Deprecatio est pro remouendis malis, oratio pro adipiscendis bonis.

De descriptionibus Orationis. CAP. II.

Circa secundum notandum, quod oratio sic describitur à Ioanne Damasc. Oratio est ascensus intellectus ad Deum. Intellectum verò hic accipias prout comprehendit duas vires, quæ sunt propriæ animæ rationalis, quarum vna est apprehensiva, altera motiua. Apprehensiva dicitur intellectus speculatiuus: motiua intellectus practicus. Ad Deum ascendit, cum hac consideratione humanorum defectuum, ad considerationem boni sufficientissimi, & potentissimi supplere defectus illos transit. Et inuenitur in hoc modo quo debet procedere qui vult orare. Primo enim debet defectus suos considerare, deinde ascendere ad eius liberalitatem, qui hoc potest supplere. Vnde 3. Reg. 8. Dixit Salomon templo ædificato: Si quis cognouerit plagam cordis sui, & extenderit manus suas in domo hac: tu exaudies in celo, &c. Intellectus practicus ad Deum ascendit desiderio & spe, à liberalitate eius sperando impleri desiderium suum. Item oratio describitur sic à Ioanne Damasc. Oratio est petitio decentium à Deo. Non decet Dei filios omnia indifferenter petere. Nec Deum decet omnia indifferenter dare. Non sunt petenda à Deo, nisi honesta. Senec. in epistolis: Quarta, inquit, dementia est hominum: turpissima vota Deo insulurrant: ita vt si quis aurum admouerit, conticescant, & quod scire hominem nolunt, Deo narrant. Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo, tanquam homines videant. Non decet filios Dei petere vilia: vt sensibilia ista quæ sunt transitoria, & corruptibilia. Seneca in epistolis: Maior sum, & ad maiora natus, quam vt mancipium sim sensuum meorum. Item non decet viros virtutis petere puerilia. 1. Cor. 13. Quando factus sum vir, euacuauit quæ erant paruuli. Ite oratio sic describitur: Oratio est pius mentis affectus in Deum directus. Iste affectus desiderium est. Vnde super illud 1. Thess. vlt. Sine intermissione orate, dicit Gl. Ipsum desiderium bonum oratio est: & si continuum est desiderium, continua est oratio. Pietas, à qua pius est affectus quæ est oratio, est theosebia, siue cultus Deo debitus, qui comprehendit fidem, spem, & charitatem. Vnde Aug. de orando Deo, ad Probam: Ipsa fide, spe, & charitate continua-

ro desiderio semper oramus. Idem in eodem: Ora in spe, orate
 deliter & amanter. Affectus qui est in Deum dicitur dirigi ad
 modum nuntij. Est enim velut nuntius ab homine ad Deum mis-
 sus. Vnde super illud Psal. Intret oratio mea in conspectu tuo.
 dicit Gloss. Virtus magna puræ orationis hic notatur, qui quæ-
 persona quedam ad Deum intrat, & mandatum peragit, quo ca-
 ro peruenire nequit. Item in lib. de Spiritu & anima, sic descri-
 bitur: Oratio est mentis conuersio in Deum per pium, & humi-
 lem affectum. Gre. verò in sexta parte Moral. dicit quòd veraci-
 ter orare est amarus compunctionis gemitus, & non composita
 verba resonare. Item oratio magistraliter sic describitur: Or-
 tio est ostensio voluntatis nostræ ei à quo impetrare speramus
 id quod desideramus.

De commendatione Orationis. CAP. III.

AD commendationem Orationis, Primò valere potest si-
 quens admonitio, quam sacra scriptura facit ad orandum.
 Eccl. 18. Non impediaris orare semper. Iere. 33. Clama ad me, &
 exaudiam te. Mach. 5. Et nunc clamemus in celum. Luc. 11. Pe-
 tite & dabitur vobis: quærite, & inuenieris: pulsate, & aperientur
 vobis. Aug. Nō tamen hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet.
 Erubescat humana pigritia: plus vult ille dare, quā nos accipere:
 plus vult ille misereri, quā nos à miseria liberari. Itē Luc. 22.
 & Matt. 26. Vigilate & orate ne intretis in tentationē. ad Ro-
 12. Orationi instantes. Idem ad Col. 4. 1. ad Thessal. vlt. Sine in-
 termissione orate. Iac. 1. Si quis indiget sapiētia, postulet à Deo,
 &c. Eiusdem 1. Tristatur aliquis vestrum, &c. 1. Pet. 4. Vigilate in
 orationibus. ¶ Secundò exempla, & inter ea est efficacissimum
 exemplum Christi, qui licet oratione nō indigeret, cum petere
 omnia posset: tamē vt daret nobis exemplum orandi, toties ora-
 bat. De eius oratione habes Mat. 14. Dimissa turba ascēdit in mo-
 tem solus orare. Item eiusdem 26. Sedere hic, donec vadā illuc,
 & orem: progressus pusillum prōcidit in faciē suam, orās & di-
 cens: Pater mi, &c. Et paulò post: Iterum secundo abiit, & orauit
 dicens: Pater mi, &c. Et subditur: Et orauit tertio eundē sermo-
 nem dicens. Idē Marc. 1. Diluculo valde surgens, egressus abiit
 in desertum locū, ibique orabat. Item Luc. 4. Iesu baptizato &
 orante, apertum est cælum. Et eiusdē 6. Factum est in diebus illis
 exiit in montē orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Itē
 eiusdem 9. Facta est species eius altera dum oraret. Itē 11. Factum
 est cum esset in loco quodam orans, vt cessauit, dixit vnus ex disci-
 pulis eius ad eū: Domine doce nos orare. Item eiusdem 22. Factus

factus in agonia prolixius orabat. Eiusdē 13. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciūt. Ioannis 12. Pater, saluifica me ex hac hora. Item eiusdē 17. habes multum de oratione eius. ¶ Ad cōmendationem etiam orationis valere possunt exempla alia: & causa breuitatis pauca de illis tangamus. Legitur Lucē 2. de Anna, quod non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruens die ac nocte. Et Act. 1. Erant omnes perseuerantes in oratione vñanimitē cū mulieribus, & Maria matre Iesu & fratribus eius. Et eiusdē 10. Ascendit Petrus in superiora domus vt oraret. Et de beato Martino legitur, quod etiā moriens inuitum ab oratione spiritum nō relaxabat. Et de Paulo primo eremita legitur, quod mortuus quasi orabat: vnde habuit signum orantis, ore & manibus in caelum erectis, cū inueniretur sanctum cadaver eius appodiatum arbori à beato Antonio, qui de eo ait: Pater quā assidue, quantūmque oraret Deum viuus, quā nō desinit orare mortu⁹. Et Iacobus Alphēi ex vtero matris sanctificatus, ex assiduitate orandi cōtraxerat in genibus suis duritiem camelorum. Et Bartholomæus cēties in die & cēties in nocte ante Deū genua flectebat. ¶ Terriò, quod filius Dei ad eò diligenter nos voluit instruere ad orandum. Vix enim est aliquod opus ad quod ita diligenter instruxerit. Ipse enim docuit quid orandū, & vbi, & quando, & quomodo orandū, & quo fine, & qua necessitate, vt in sequentibus patere poterit. Noluit nos negligenter addiscere, quod ad eò voluit diligenter docere. Verecundum est discipulis Christi ignorare quod magister eorum diligentissimē docuit. Item verecundū est eis rarò facere, quod magister eorum tantum frequentauit. ¶ Quartò, dignitas angelorum orationes nostras Deo offerentium. Tob. 12. dixit angelus Tobie: Quādo orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos ego obtuli orationem tuam Domino. Non debet homini esse onerosum xeniū illud Deo mittere, quod angelus nō dedignatur ei deferre: imò quod plus est, ipse Christus qui inquantū homo est, summus sacerdos, illud offert Deo patri. Quod figuratur in hoc, q̄ diaconus thuribulū tradit sacerdoti, & sacerdos thurificat Deo. Sic Christus orationes ecclesie Deo patri presentat, quæ presentatio multum facit eas valere. Quomodo enim à Deo contemneretur quod à tanto mediatore ei presentatur? ¶ Quintò, præminentia quam oratio habet respectu aliorum operum. Oratio premium respectu lectionis. Isidorus: Orationibus munda mur, lectionibus instruimur, vtrunque bonum est, si liceat: si non liceat, melius est orare quā legere. Item præmi-

nentia quam videtur habere respectu ieiunij & eleemosynarum. Primò in hoc, quòd oratio est respectu eius quòd supra nos est, scilicet respectu Dei: eleemosyna verò & ieiunium respectu eius quòd iuxta nos vel infra nos. Vnde quum oratio ad digniorem ordinem, in hoc videtur esse dignior. Præterea ieiunium & eleemosyna videntur seruire orationi. Sunt enim velut duæ alas de quibus dicit Isidorus: Qui vult orationem suam volare ad Deum, faciat illi duas alas, ieiunium & eleemosynam: Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Oratio columba est, avis scilicet Spiritus sancti, quæ ramum oliuæ apporrat, ut pacem hominibus imperrat. Ideo dicimus esse avem Spiritus sancti: quia deuota oratio à Spiritu sancto est. Roma. 8. Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Bernardus. Tepida est omnis oratio, nisi eam præcedat inspiratio. Semper facilitas huius operis. Si dicatur alicui, quòd det eleemosynam, potest excusare se, quum non semper habeat homo argentum in burfa. Si dicatur ei quòd ieiunet, potest excusare se, quum multi propter debilitatem capitis ieiunare non possint. Sed ab oratione nullus potest excusare se. Quilibet enim potest habere orationem saltem mentalem, etiam si sit mutus. Vnde Psal. Apud me oratio. Et super illud, Iustus autem miseretur, &c. dicit Chrysostomus. Semper est aliquid iusto quòd det, saltem orationem. Chrysostomus. Solam orationem quasi spirituale tributum anima offerre de suis visceribus. ¶ Septimò, quòd opus hoc est honorabile. Multa sunt officia, quæ aliquibus cederent ad dedecus: sicut arare, vel fodere: sed orare Deum, nulli quantumcunque nobili cedit ad dedecus: quia quum oramus, ipsi cum Domino loquimur, quod sine dubio magnus honor est. Isidorus. Qui vult cum Deo esse, frequenter oret & legat: nam quum oramus, ipsi cum Deo loquimur: quum verò legimus, Deus nobiscum loquitur. ¶ Octauò, quòd officium istud valde lucrosum est. Quòd primo potest ostendi ex hoc, quòd nihil est ad quòd oratio valere non possit. Vnde 2. Paral. 20. Quum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos ad te dirigamus, hoc est officium quo potest homo lucrari omni tempore, in hyeme, & in æstate, in sereno & in pluuiali tempore, de die & de nocte, festiuis diebus & ferialibus, in infirmitate & sanitate, in iuuetute & senectute, stando & cundo, in domo & extra domum. Quamobrem quæ vna ora plus lucratur homo orando, quàm valeat ciuitas viuere, quia modica oratione deuota acquirit homo regnum celorum. ¶ Nonò, orandi necessitas, quam in presenti habemus. Tra-

solent

solent esse occasio clamandi hominibus: ignis, aqua, hostes. Bernardus, Hęc tria quasi singulis diebus incitare debēt nos, vt ad Deum in oratione clamemus. Vix enim est dies in quo domus conscientię nostrę non succendatur igne infernali: scilicet igne concupiscentię prauę. Vnde necesse habemus clamare ad aquã diuinę gratię, & ad aquã lacrymarum recurrere. Ignis iste aliquando ex vna parte extinguitur, & ex alia parte accenditur. Ex ipsa enim aqua lacrymarum vnde debuit extingui, quãdoque vires sumit: vt quum aliquis vanę gloriatur de hoc quod peccata sua plorat. Item vix est dies in quo homo nõ sentiat fluctus malarum cogitationum super caput cordis sui, vt necesse habemus frequenter clamare illud Matthei 8. Domine, salua nos, precimus. Item vix est dies in quo hostes suos non videat ad portas castri sui: vt quum verba mala in ore habet, vel fatuam mulierem aspicit. Oratio multum competit loco in quo sumus. Sumus enim in valle miserię: ideo necesse habemus ad Dei misericordiam frequenter orando clamare. Pugnam habemus cum eo de quo scriptum est Iob 41. Nõ est potestas in terra quę ei valeat comparari. Ideo necessario habemus frequenter auxilium Dei inuocare. In futuro cessabit hęc pugna: ideo non erit ibi oratio necessaria. Augustinus de orãdo Deo: In vita æterna non erit vlla tentatio, itaque nec oratio: non enim erit ibi boni promissi expectatio, sed redditi contemplatio. ¶ Decimò, commendabilis est oratio à multiplici suo effectu. Notandum ergo quod oratio infirmitatem corporis sanat. Ecclesiast. 38. Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum: sed ora ad Dominum, & curabit te. Iacob. vlt. Oratio fidei sanabit infirmum. Item vitam prolõgat. Esaiã 30. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos. Item ab opprobrio liberat, vt Saram filiam Raguelis. Tobie 3. Liberat etiam à mortis periculo, vt Susannam. Danielis 12. Item à principe iniquo. Baruch 4. Clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. Actuum 12. Liberatur Petrus de carcere, ecclesia sine intermissione orante pro eo. Item Ionas orans. de ventre ceti liberatus est. Ionã 2. Itẽ oratio sanat morbos spirituales. Iacob. vlti. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesię, & orent, &c. & si in peccatis sit, dimittentur ei. Hieronym. Ieiunio sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis. Item oratio etiam in bello corporali triumphat. Exod. 17. Quum leuaret manus Moyses, vincebat Israel. Iudic. 4. Memores estote Moyfi serui Dei, qui Amalech

(non ferro pugnando, sed precibus sanctis) deiecit. Gloss. super Numer. Plus valet vnus sanctus orando, quam innumeri peccatores praliando. Oratio sancti calum penetrat: quomodo hostes in terris non vincat? Plus vetula vna acquirit de celo vna hora orando, quam mille milites armati acquirunt de terra longo tempore praliando. Item de hostibus spiritualibus triumphat. Isidorus: Hoc est remedium eius qui vitiorum tentamentis aestuat, vt quoties quolibet tangitur vitio, toties se ad orationem subdat; quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. Dicebat magnus cantor Parisiensis: Qui molebatur luxuria, vel huiusmodi, certum numerum genuflectionum cum litanis sibi constituat. Item oratio daemones fugat. Matth. 17. & Marc. 9. Hoc genus daemionum non eicitur, nisi per ieiunium, & orationem. Item daemones cruciat. Vnde clamabat quidam daemone plenus, Bartholomae apostole. Diaboli incendunt me orationes tuae. Item oratio hominem illuminat. Vnde super illud Actuum decimo, Erat Petrus in Toppe orans. dicit Augustinus: Oratione melius soluuntur dubia, quam inquisitione alia. Item ad amorem Dei inflammat. Vnde 4. Regum. Descendit ignis de celo ad orationem Eliae. Item mundat. Hieronymus: Orationibus mundamur. Item confortat. Luc. 22. Postquam genibus orabat dicens, Pater &c. Et subditur: Apparuit autem illi angelus de celo, confortans eum. Bernardus ad fratres de monte Dei: Amorem Dei oratio illuminat & confortat. Mariae consolationes ab amicis Dei in orationem recipiuntur. Eccl. 15. Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur. Luc. 9. Ascendit Iesus in montem, vt oraret: & facta est, dum oraret, speciem vultus eius altera, & vestitus illius albus resurgens. Item oratio etiam ad tranquillitatem valet. 1. Timot. 1. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, &c. vt quietem & tranquillam vitam agamus. Job 8. Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te, & paratum reddet habitaculum tuum. Nec solum oratio operatur in terra, sed etiam in celo. Augu. Magna virtus orationis, qua effusa in terra operatur in celo. Ipsa calum aperit. Luc. 4. Iesu baptizatum & orante, apertum est calum. Ipsa etiam calum claudit, vt patet in oratione Eliae, 3. Reg. 18. Iac. vltim. Multum valet deprecatio iusti assidua. Eliae, homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit &c. Oratio etiam Deum mitigat. Vnde sup illud Tob. 3. vbi dicitur, quod tribus diebus & tribus noctibus non manducauit neque bibit: sed in oratione persistens cum lacrymis depre-

deprecab
git: haec v
Dei prote
rela depre
tionem
Oratio
Exod. 32.
gotius: Q
am pra
gnose q
44. Non
te. Iere. 7
dem & o
cutia qu
aureas pl
Oratione
promiss
serine su
i Patro
tione, cre
Item Io.

A D
Anē
Deū. Or
impera
valet ad
audiuit
facit sac
prepara
Prius ac
Et non
qua, qua
mo que
tra ecclē
cantium
de à De
aut etia
angusti
in pra
poteft

deprecabatur Deum. dicit glo. Oratio Deum lenit, lacryma cogit. hac vngit, illa pūgit. Oratio velut quoddam scutum ab ira Dei protegit. Vnde Sapiētia capit. 18. Properans homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem, & pex incensum deprecationem allegans, resistit ira. Oratio quodammodo, tenet Deum, & habet in protestate sua. Exod. 32. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Gregorius: Quid est dicere seruo, Dimitte me, nisi deprecandi aulam præbere: quasi diceret, Pensa quantum ad me valeas, & cognosce, quia obtinere poteris quicquid pro populo oras. Esaiæ. 44. Non est qui inuocet nomen tuum, qui confurgat & teneat te. Iere. 7. Noli orare pro populo hoc, & ne assumes pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi. Item oratio cælestem certiam quasi quadam redolentia delectat. Apoc. 5. Habebant phialas aureas plenas odorem, quæ sunt orationes sanctorum. Oratione sancti impetrant apud Deum quod volunt, secundum promissiones à Christo factas. Matt. 18. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo. Eiusdem 21. Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et Luc. 11. Petite, & dabitur vobis, & c. Item Io. 16. Petite, & accipietis.

De preparatione Orationis. CAP. IIII.

Ad preparationem orationis monemur. Eccl. 18. Antè orationem prepara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Oras tunc Deum tætare viderur, quum illud pro quo orat, nec impetrare desiderat, nec se accepturum sperat. Preparatio multum valet ad hoc vt oratio exaudiat. Psa. Preparationem cordis eorum audivit auris tua. Huius preparationis figura est, preparatio quam facit sacerdos celebraturus induendo se sacris vestibus. Itè hæc preparationem nobis comendat templi edificatio, & ornatus ipsius. Prius edificavit Salomō templum, deinde ad Deum oravit. 2. Reg. 3. Et notandum quod duplex est preparatio ad orandum: quaedam propria, quaedam remota. Ad remotam preparationem pertinet, primo quod homo bene vivat. Greg. super Iob: Sunt nonnulli in terra ecclesiæ, qui prolixas ad Deum preces habent, sed vitam deprecantium non habent. Item in Dialog. Quid mirum si postulantes, tardè à Domino exaudimur, qui præcipientem Dominum tardè aut etiam nullo modo audimus? Idem in Moralibus: Clamorem angustie tempore Dominus non audit, quia tranquillitatis tempore in præceptis suis ipse clamorem dominum non audivit. Isid. Non potest habere precum certam fiduciam, qui adhuc in præceptis Dei

Dei pigritat, & quem peccandi recordatio delectat. Quia preces
 Dei auertitur, quod in oratione postulat non meretur. *Idem*
 impetrat ab illo bonum quod poscit, cuius legi non obedit. *Idem*
 Si id quod Deus præcepit facimus, id quod petimus sine dubio
 obrinemus. 1. Io. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiducia
 habemus ad Deum, quicquid petierimus accipiemus ab eo, quæ
 mandata eius custodimus. Aug. in li. de opere monach. Citius
 auditur vna obediens oratio, quam decem millia contemp-
 tuosa. Psal. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum.
 Cundum Isidor. necessarium est vt oratione operatio, & opere
 fiat oratio. Moyses oratione pugnans contra Amalech manus
 habebat ad Deum leuatas. Exo. 17. Thren. 3. Leuemus corda
 nostra cum manibus ad Dominum. Isidor. Cor tuum manibus leuas,
 oratione cum opere subleuat. In Psal. Eleuatio manuum me-
 rum sacrificium vespertinum. Quod sacrificium erat dignitas.
 Tim. 2. Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus.
 Item ad preparationem remotam specialiter videntur pertinere
 ieiunium & elemosyna, quæ specialiter iuuat orationem. Vnde
 cum thure, in quo significatur orationis deuotio, offerunt Magi
 aurum, in quo significatur elemosyna: & myrrham, in qua
 significatur carnis maceratio, quæ est per ieiunium. Matth. 23. Ha-
 sunt duæ animæ orationis, de quibus loquitur Isidor. Tob. 12.
 Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. Qui ieiunio corpus
 suum macerat, dum miseriam assumit, Dei misericordiam pro-
 cat, & sic orationem iuuat. Daniel. 9. Posui faciem meam ad
 Dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiunio, sacco
 & cinere. Qui vero elemosynam dat, dum misericors proximo
 existit, Deum sibi misericordem inuitat. Matth. 5. Beati miseri-
 cordes, quonia ipsi misericordiam consequentur. Esa. 58. Frange
 esurienti panem tuum, &c. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet
 clamabis, & dicet, Ecce adsum, quia misericors sum Dominus
 Deus tuus. Qui vult aliquid ab aliquo impetrare, premitur mu-
 nera vt facilius impetret. Eccles. 39. Conclude elemosynam in
 sinu pauperis, & hæc exorabit pro te. Item ad preparationem
 remotam videtur pertinere confessio homini facta. Iaco. 5. vi.
 Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate, &c. Et sacer-
 dos celebraturus missam facit generalem confessionem. Ad
 propinquam vero preparationem, Primò videtur pertinere reuo-
 catio cordis ab exterioribus ad interiora cum retentione eius.
 Matt. 6. Tu autem quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clau-
 so ostio ora Patrem tuum, &c. Ingressus in cubiculum, est cor-
 dis

Quia prece
 meretur
 obedit. Id
 sine dubio
 fiducia
 eo, quod
 h. Citius
 tempore
 ces cordi
 opere fu
 ech man
 corda no
 leuat, qui
 uum me
 dignius
 ras man
 ur perne
 cione. Vn
 runt Magi
 a, in qua
 larth. i. He
 r. Tob. n
 nio corpus
 diã proce
 meam ad
 nio, faco
 s proximo
 ati milite
 58. Frãge
 exaudiet
 Dominus
 mittit mu
 ofynam in
 arationem
 Iaco. vii.
 Et facer
 nem. Ad
 nere reuo
 one eius
 i, & clau
 a, est cor
 dis

is reuocatio. Clauis ostij, est cordis retentio. Fatuum est Deū
 uocare vt ad se veniat, & gratiæ eleemosynam cōferat, si ho
 mo eum non expectat. Bernard. Omnes nobis plangimus deesse
 gratiam: sed iustius ipsa gratia conqueritur nonnullos deesse
 gratiam. Idem: Sic pauperes cū multis clamoribus inuocatus fuerit
 tributor eleemosynarum, diuerticula captat. Isid. Purgandus
 est primū animus, atque à temporalium rerū cogitationibus se
 regandus, vt pura acies cordis ad Deū verè & simpliciter diri
 gatur. Idem: Pura est oratio quā in suo tempore seculi nō inter
 rumpunt cura. Lōge autē à Deo est animus qui in oratione cogi
 tationibus seculi fuerit occupatus. ¶ Secundo, pertinet ad pro
 priam præparationem consideratio sui ipsius. Bern. ad fratres
 de mōre Dei: Debemus nosmetipsos corā Deo cōstituere, quasi
 facie ad faciē, & in lumine eius prospicere tribulationē de no
 bis ipsius nobis venientem. Isidor. Quum Deo assistimus, gemere
 ferere debemus, reminiscētes quā grauiā sunt quæ commisi
 mus, quā dura inferni supplicia quæ timemus. Dicebat quidā,
 quod latrones & tyranni docuerant eum orare. Latro attendēs
 quid fecit, & quod tormētum sibi præparatū sit, inter hæc duo
 cum multis lachrymis misericordiā petit. Tyranni verò ea quæ
 sunt miserabiliora in eis improbissimè ostendunt, & quæ sana
 sunt abscedunt, vt magnitudo misericordiæ ad misericordiam
 accedat. 1. Reg. 8. Si quis cognouerit plagam cordis sui, & exten
 dit manus suas in domo hac, tu exaudies in cælo. Ex conside
 ratione peccatorū prouenit luctus, qui multū valet in oratione, vt
 superius ostēderur. Isido. Peccatorū recordatio mœrorē gignit:
 luctus verò mentē puriorē reddit, quod sic valet ad hoc vt ora
 tio exaudiat. Aug. Munda tantum cubiculum cordis, intus est
 qui exaudiet. Et super illud Psal. Iniquitatem si aspexi in corde
 meo, nō exaudiet Dominus: dicit gl. Puritas orationis auditur.
 Libanus Hebræa lingua candor interpretatur, Lingua verò
 Græca thus. Candor enim puritatis, & deuotio orationis quæ in
 pure designatur, congruè sibi iugitur. Itē ex consideratione pec
 catorū humilitas prouenit, quæ multū iuuat orationē Eccl. 35.
 Oratio humiliaris se nubes penetrabit. Itē consideratio status
 periculosi multū valet ad augmentū desiderij. Magnitudo verò
 desiderij multū iuuat orationē ad hoc vt exaudiat: vt inferi
 parabit. ¶ Tertio, pertinet ad præparationē propinquā, vt atten
 datur ad eum cui sacrificiū orationis offert. in Psal. Vacate &
 videte, quoniam ego sum Deus. Multū deberet nos reddere at
 tentos in oratione hoc, quod cū Domino maiestatis loquimur.
 Gen.

Gen. 18. dicit Abrahā: Loquar ad Dominū meū, cūm sim pulvis
& cinis. Bernar. loquens de proficiente: Admonendus est, inquit,
quanta potest puritate cordis intēdere in eum, cui sacrificiū
orationis offert, seipsum intēdere qui offert, intelligere qui
offert. Quantū enim videt vel intelligit illū cui offert, tantū
ei in affectu. Sicut secūdū ligna syluæ exardescit ignis. Eccl. 1.
Sic secundum diuersas meditationes de Deo, sequuntur diuer-
sæ affectiones. Meditationem iustitiæ diuinæ sequitur affectio
timoris: meditationem misericordiæ, affectio spei: meditationem
sapiētiæ omnia videntis, affectio erubescētiæ: meditationem be-
nitatis vel beneficētiæ, affectio gratitudinis vel amoris: medi-
tationem suauitatis diuinæ, affectio quæ potest dici sancta estus.
Secundū verò affectū mentis sequitur affectus orationis. Augu-
stinus de orādo Deo, ad Probam: Dignior, inquit, sequetur esse
affectus quem feruētiōr præcedit affectus. Affectio spei specialiter
valet ad impetrādū. Bern. Quatenus in bonis Domini pedē
cæci porrexeris, eatenus possidebis. Idem: Nihil omnipotentem
verbi clariorem reddit, quā quod omnipotentes faciunt omnia
qui in se sperant. Denique omnia possibilis sunt credēti. Voluit
Christus, orantes specialiter attendere, quod Deus pater, Deus
deorū est, vt fiducia haberēt impetrandi quod peterent. Natu-
le enim dignoscitur esse patris, filius vltra prouidere. Unde
dixissent discipuli ei: Domine, doce nos orare: Respondit, Cum
oratis, dicite: Pater noster. Luc. 11. Et in eodem, Si vos cum
in mali, nostis bona dare filiis vestris: quanto magis Pater
caelestis, dabit spiritum bonum petentibus se? Et Io. 16. Si
quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

De impedimentis Orationis. CAP. V.

Dixit abbas Euagrius: Magnū est quidem sine impedimen-
to orare, mai⁹ etiā est psallere, sine impedimēto. Dicit
abbas Agathon: Nullū laborē tantū esse in religione, quantum
orare Deū. Diabolus enim nullū opus tantū conatur interrūpe-
re, quantum orationē deuotā. Aliud enim opus quousq; perfici-
tur habet aliquā requiē, oratio autem nullam. Et possunt enu-
merari duodecim impedimenta orationis. ¶ Primū est, peccata
orantis. Esa. 1. Quum multiplicaueritis orationes vestras, non
exaudiā: manus enim vestre sanguine plene sunt. In Psal. Iustici-
tatem si aspexi in corde meo, nō exaudiet Dominus. Esa. 59. Peccata
vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. Ier.
5. Peccata vestra prohibuerunt bonū à vobis. Thren. 3. Nos
quē egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco inexora-

bilis es. In eodem: Opposuit tibi nubē, ne trāfirer oratio. Io. 9. Scimus quia Deus peccatores non audit, &c. ¶ Secundum est orātis dubitas. Iac. 1. Postulet in fide, nihil hāsītās. Et subditur de hāsītante: Non aestimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino. Bern. Indignus cœlesti benedictione esse conuincitur, qui Deum dubio quærit affectu. ¶ Tertium est, quod non petatur quod petendū est: quia scilicet vile est quod petitur vel non expediens petenti. Io. 16. Vsq̄ modo non petistis quicquam in nomine meo. glo. quod aliquid sit comparatione rei permantis. Marr. 20. Nescitis quid petatis dictum est filiis Zebedæi petentibus honorem. Et Paulo petenti amotionem stimuli quæ sibi non expediebat, dictum est: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ideo frequenter ecclesia nō exauditur petendo amotionem tribulationum. Esa. 26. Misereamur impio, & nō disset facere iustitiam. Iac. 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Isidor. Multi orantes non exaudiuntur: prouidet enim Deus illis meliora quàm petūt. Sicut contingere solet paruulis, qui ne in scholis vapulent, Deū exorant: sed non datur illis postulationis effectus, quia impedit talis exaudicio ad profectū. ¶ Quartū est, indignitas eius pro quo oratur. Iere. 17. & 11. Noli orare pro populo isto, neque assumes pro eis laudē & rationem: quia nō exaudiam. Eiusdem 15. Si steterint Moyles & Samuel corā me, non est anima mea ad populum istum. ¶ In vitis patrum quidam frater pariebatur molestiā à spiritu fornicationis, & abiit sæpe ad seniore[m] vt pro se oraret. Cumque frequēs oratio senioris eum nō iuuaret, Dominus nocte seniori ostendit negligentiam fratris esse in causa quare nō exaudiretur. Vidit enim senior monachum sedentem, & spiritum fornicationis in diuersis formis mulierum ludentem apud ipsum, & ipsum eū eis delectari. Vidit etiam angelū Domini astantem & indignantē grauitē cōtra eundē fratrem, quia non surgebat nec prosternebat se in orationibus ante Deū, sed magis delectabatur in cogitationibus suis: cognouit ergo senior culpam fratris esse q̄ ipse nō exaudiebat pro eo, & dixit fratri: Impossibile est discedere à te spiritū fornicationis, aliis pro te orātib[us], nisi tu ipse labore assumes in ieiuniis & orationibus, & vigiliis, rogās Dominū cum gemitu. Audies frater verba senioris, cōpunctus est corde, & per afflictionem corpōris meruit misericordiā. ¶ Quintum est, cogitationū malatum multitudo. Eccl. 10. Mulier morientes perdunt suauitatem vnguenti. Genes. 15. Abigebat Abraham volucres à sacrificio. 1. Machab. 2. Templum eius sicut

sicut homo ignobilis. Templum spirituale est vt homo ignobilis, cum immundis cogitationibus occupatur. ¶ Sextū est contemptus diuinæ legis. Prou. 28. Qui declinat aurē suam ne audiatur legem, eius oratio erit execrabilis. Prou. 1. Inuocabunt me & non exaudiam, &c. eò quòd exosam habuerūt disciplinā. ¶ Septimū est, durities. Quæ duplex est: quædam in pauperes, de qua Prou. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse, & non exaudietur. Alia est ad eos qui offenderunt, quum aliquis non vult eis remittere. Eccle. 28. Relinque proxi- mo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. In eodem: Homo homini seruat iram, & à Deo querit misericordiam. Marc. 11. Cū stabitis ad orandū, dimittite si quid habetis aduersus aliquē, & Pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra. Quòd si nō dimiseritis, nec Pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. ¶ Octauū est, peccati additio. Eccl. 34. Vnus orans, & vnus maledicens: cuius vocē exaudiet Dominus? Opus malum orationi additum est quasi quedam maledictio vel mali imprecatio, quæ orationi aduersatur. Qui peccata addit, quasi elōgat se à Deo: & ideo difficilius à Deo exaudietur. Psal. Qui elōgant se à Deo, peribūt. Item: Prolongauerunt iniquitatem suam. Esa. 55. Inuocare eum dum prope est. Iaco. 4. Appropinquate Dominō, & appropinquabit vobis. Deo appropinquat, qui à malo opere cessat. De hoc impedimento & præcedenti, tangit Isidorus, dicens: Duobus modis oratio impeditur ne impetrare quisquam valeat postulata: hoc est, si aut quisque adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit. Idē: Sicut nullū proficit in vulnere medicamentū, si adhuc ferrum in eo sit: ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente vel odiū manet in pectore. ¶ Nonum est, diaboli suggestio, quæ multos ab oratione retrahit. Vnde Greg. in dialog. In quadā abbatia Pompeiani abbatis, quidam monachus nō poterat stare in oratorio in oratione, sed semper exiuit, qui saepe correptus noluit se emēdare. Sed cum quadam die beatus Benedictus venisset ad eum corripiendū, vidit quendam nigrū puerulum tenentē eum per simbriam vestimenti. Cumq; orassent per biddum Benedictus, Pompeianus & Maurus, illi tres viderūt puerulum illū, & beatus Benedictus monachum verberare corripuit, & dæmon recessit, ac si ipse esset verberatus. ¶ Decimum est, prauitas desiderij. Aug. Seruat tibi Deus quod non vult tibi citò dare, vt discas magna magnè desiderare. Greg. in Moralibus: Eter- nam vitam si ore petimus, nec tamen corde desideramus cla-
mantes

mātes tacemus. Psal. Tacui dū clamarē tota die. ¶ Undecimū est, petēris impatiētia. 1. Reg. 28. Cōsultit Saul dñm, qui nō respōdit ei. Et sequitur: Dixitq; Saul: Quærite mulierē habentē pythōnē. Iud. 9. Humiliū & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. ¶ Duodecimū est defectus perseverantiæ in orando. Luc. 11. Si perseverauerit pulsans, &c. Psal. Benedictus Deus, qui non, &c. Aug. Si non est amora oratio, securus esto, q̄ nec misericordia.

Quando sit orandum.

CAP. VI.

Tempus orandi Dominus determinat Luc. 18. dicens: Oportet semper orare, & nō deficere. Et eiusdem 21. Vigilate, inquit, omni tempore, &c. Nō debet miles Christi scutum orationis mouere dum bellum durat. Bellū autem durat, quum durat vita præsens: militia enim est vita hominis super terram. Iob 7. Sap. 18. Homo sine querela proferens suæ seruitutis scutum orationem resistit iræ. 1. Thess. 5. Sine intermissione orate. Pericula nunquā desunt, idēo continuē indigemus Dei adiutorio. Nunquam deest miseria, idēo continuē indigemus Dei misericordia. Ideo si fieri posset, semper esset orandum. Sed quia alia negotia hoc nō permittunt, præmittenda est oratio operibus notis, & etiā intermiscenda. Hieronymus ad Paulam: In principio cuiuslibet operis præmitte dominicā orationem, & signum crucis in fronte. Idem: Sicut militem sine armis ad bellū exire non conuenit: ita homini Christiano procedere non licet quolibet sine oratione. Bernard. Hauriendus est, sæpe lectionis serie affectus, & formanda oratio quæ lectionē interrumpat. Hiero. Orationi lectio, lectioni succedat oratio. Breue videbitur tempus, quod tantis operum varietatibus occupatur. Oratio & gratiarum actio deberent magnam partem vitæ nostræ occupare. Oratio opera nostra deberet precedere, gratiarū actio sequi. Cū videmus mala vel in nobis, vel in aliis, orandū esset. Cū videmus bona in nobis, vel in aliis gratiarū actioni esset instādum. 1. Thess. 5. Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Bern. ad fratres de monte Dei: Charitas tot modis in oratione, vel gratiarum actione in Deū se iugiter refundit, quot in suis, vel necessitatibus, vel consolationibus, in proximi etiam, vel compassionibus, vel congratulationibus causales in hoc materia inuenit pius affectus. Orationi verō præcipuē intēdendum est, vel cū maior est necessitas, vel maior tēporis opportunitas. Maior necessitas orādi est, vt cū aliquam gratiā à Deo recepimus. Tunc enim instandum est apud eum, qui dedit eam, vt nobis cōseruet: quia vt ait Greg. citò bonū amittitur, nisi à lar-

G

giente custodiatur. Poëta: Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. ¶ Quanto aliquis plus habet quod possit amittere, tanto diligentior & magis sollicitus debet esse de conseruatione. Ideo dominus sacramento baptismi suscepto, orationi se dedit. Luc. 3. Item necessitas orãdi est, cum aliqua ardua opera facturi sumus. Ideo dominus electurus apostolos orationem præfinit. Luc. 6. Item necessitas orandi est, cum imminet tribulatio, vel sibi, vel proximo. Vnde dominus imminente passione sua, orauit. Matt. 26. Et oratione suam multum protendit. Luc. 22. Factus in agonia prolixius orabat. Et Matt. 13. legitur quod ascendit in montem orare: & inuenitur causa illius orationis, quæ subditur: Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. De temporis vero opportunitate notandum, quod Ber. ostendit tres horas dici multum opportunas esse orationi, dicens fratribus de nomine Dei: Extra illas horas de quibus dicit propheta, Septies in die laudem dixi tibi: matutinam aut vespertinam, aut mediam noctis sacrificium maxime obseruandum est. Non enim ait Propheta frustra, Mane astabo tibi, & videbo, sed quia tunc à curis exterioribus adhuc sumus ieiuni. Et dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum: quia tunc ab huiusmodi impedimentis inuenimur discessisti, qui etiam in nocturnis vigiliis nostris, quibus media nocte surgimus ad confitendum nomini domini, confessionis eundem ordinem cõtexens: In die, inquit, tribulationis mer Deum exquisiui manibus meis in nocte contra eum. Et alibi in Psal. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. ¶ Ad orandum mane mouemur exemplo Christi, Mar. 1. Diluculo valde surgens Iesus, egressus abiit in desertum locum: ibique orabat. ¶ Ad orandum vespere, Matt. 14. vbi sic legitur: Dimissa turba, ascendit in montem solus orare: vespere autem facto, solus erat ibi. ¶ Ad orandum nocturno tempore, Luc. 6. Vbi legitur quod erat pernoctans in oratione. Efficaciam matutinæ orationis ostendit Iob 8. Vbi dicitur: Si diluculo confurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te. Et filij Israël mane colligebat manna. Exo. 16. Dulcedo enim Spiritus sancti tali hora impetranda est. Sap. 16. Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam. Consueuerunt diuites elemosynam dare pauperibus qui mane eis primo occurrit. Item tempus opportunum ad orandum est dies Parasceues, in qua Dominus adeo largus fuit, quod matrem suam dedit Ioanni, regnum latroni, corpus & animam redemptionem humano generi. Ideo ecclesia illo die pro omnibus

orari, Iudæis, paganis, schismaticis, hæreticis. Itē tempus opportunum est ad orandū ante Ascensionem domini, quando aduocatus ecclesiæ, secundū representationem nostram, vadit ad curiam cælestem. tunc enim formandæ sunt petitiones. Itē tempus opportunū ad orandum est tempore medio inter Ascensionem & Pentecostē. Consueuerunt enim filij regū dare larga munera suscepto regno. In Psal. Scitote quoniā mirificauit dominus sanctum suū, Dominus exaudiet me, cum clamaero ad eum. Item tempus idoneum ad orandū est in magnis sollempnitatibus. Consueuerūt enim principes in festis magnis magna munera dare.

Vbi sit orandum.

CAP. VII.

Notandum, q̄ vbiq; orandū est, cum vbiq; sint pericula, & vbiq; Dei auxilio indigeamus. 1. ad Timot. 2. Volo viros orate in omni loco, leuātes puras manus. Sap. 14. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationē animæ hominū, & in multisculā pedibus insipientiū. Specialiter locus idoneus ad orandum, est locus secretus. Isid. de Sūmo bono: Oratio priuatis locis opportunius funditur. Mat. 6. Tu autē cum oraueris intra in cubiculū tuum, & clauso ostio ora Patre tuum. Eiusdē 14. Christus dimissa turba ascēdit in mōrem solus orare. Et Mar. 1. dicitur quod abiit in desertū locum, ibiq; orabat. Et Luc. 22. Auulsus est à discipulis suis quātum iactus est lapidis, & positis genibus orabat. Item locus idoneus ad orandum est templum materiale Deo dedicatū. Matr. 21. Domus mea domus orationis vocabitur. 1. Reg. 9. Exaudiui orationē tuā, &c. sanctificaui domū istā, &c. & erunt ibi oculi mei, & cor meū cunctis diebus. 2. Parap. 7. Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationē eius, qui orauerit in loco isto. Et subditur: Elegi, & sanctificaui locū istum: vt sit nomē meū ibi in sempiternū, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. In eodem: Quum cōpleisset Salomon fundēs preces: ignis descendit de cælo, & deuorauit holocausta, & victimas, & maiestas domini repleuit domū. Exod. 40. Postquā cūcta perfecta sunt operuit nubes tabernaculum testimoniū, & gloria domini impleuit illud. Christus multū frequētabat templū materiale. Luc. 19. Erat quotidie docēs in templo. Et eiusdē 21. Erat cūctis diebus docens in templo. In templo inuētus est à matre sua. Luc. 2. & ait: Nesciebatis quia in his que sunt Patris mei oportet me esse? Eiusdē 19. Intrauit Iesus in templum. Chrys. Propriū erat boni filij, vt veniens primū ad domum curreret patris. Tu autē imitator Christi factus, intras ciuitatē, primū ante omnes actus ad ecclesiā curras. & su-

per Matth. 22. Dicit glo. Ingressus urbem primò templum adit, dans formam religionis, vt quocūq; imus. domū orationis, si sibi est, primum adeamus, & per orationes Deo commendari agenda negotia secedamus. Item locus idoneus ad orandum est templum spirituale, scilicet cor mundum & purum. Cor carnale vel malignum, stabulum, vel spelunca latronum potius esse videtur, quàm templum. 1. ad Corin. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Psal. Domum tuam decet sanctitudo. 3. Reg. 6. Nichil erat in templo quod non auro regeretur. 1. ad Cor. 3. Nescitis quia templum Dei istis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Ioh. 4. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. 1. ad Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mente.

Quo modo sit orandum.

CAP. VIII.

A Trente orandum est. Vnde super illud 1. Pet. vlt. Vigilate in orationibus, dicit Gloss. Non animus cogitet aliquid praeter id solum quod precatur. Indiscretè orare videtur, qui Deum precatur, vt ei intendat: ipse verò nec sibi, nec Deo intendit, sed quod deterius est, in munda in corde versando fectorem hominilem aspectu Dei ingerit. Reuocare debet cor suum, qui vult orare. 2. Reg. 7. ait David: Inuenit seruus tuus cor suū, vt oraret. Potius orandū est corde, quàm ore. 1. Reg. 1. Anna loquebatur in corde suo, & vox illius penitus nō audiebatur. Matth. 6. Orantes autem nolite multū loqui. Aug. Diu orare cūm vacat, nō est in probum neque inutile: neque enim hoc est orare in multiloquio, si diutius oretur: aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de ipso domino scriptum est, quod pernoctauerit in oratione. Luc. 6. Absit ab oratione multa locutio, sed nō desit multa precatio, si seruens perseverat intentio. Nam multū loqui in orando, est rem necessariā superfluis agere verbis. Multū autē precari est ad Deū quem precamur diuturna, & pia cordis excitatione pulsare: quod plerunque plus gemitibus, quā sermionibus agitur. Item orandum est cum magnitudine desiderij. Deut. 4. Cūm quæseris dominum Deum tuum, inuenies eum: tamen toto corde quæseris. Iere. 19. Cūm quæseritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis. Magnitudo desiderij clamor est quem Deus exaudit. De quo clamore. Exod. 14. Quid clamas ad me: dicit dominus ad Moysen. Et Dan. 13. Exclamauit voce magna Susanna. Dilatio desiderij est quasi preparatio cordis, vt sit capax eius q̄ petitur. Aug. Cur petere, quætere, pulsare nos compellit, qui nouit quid nobis sit necessarium priusquā peramus: nisi quia voluit exerceri nostrum desiderij in orationibus, quod

possimus dominus dulcius e-
egod no-
stem ora-
tum cor-
dominū
Gl. Quæ-
ciet prece-
codem su-
ascendun-
Osee 12.
cum. Et I-
Heb. 1. Pr-
ostiteres, e-
milititer. I-
tes eorū.
Humil-
militate
cōparans
habetur
exiit de-
tionis. D-
ei à Chri-
dignus di-
cidit sup-
David. N-
Item ora-
plo amic-
ca deprec-
tis. & ho-
dicitā fec-
in oratio-
[Nora-
regni
hæc om-
quæratu-
incurua-
nibus pl-
scere di-

possimus capere, quod præparat dare? Item Augu. Si aliquando dominus tardius dat, cõmendat dona non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur: cito autem data vilescunt. Seruat tibi Deus, quod non vult citò dare, vt tu discas magna magnè desiderare. Item orandũ est cum gemitu, & lacrymis. Exo. 2. Audiuit gemitum eorum. 1. Reg. 1. Cum esset Anna amaro animo, orauit ad dominum sens largiter. In Ps. Auribus percipe lacrymas meas. Gl. Quæ lacrymæ violentæ sunt in precibus. Eccl. 35. Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Et eodem subditur de lacrymis viduæ: A maxilla vsque ad cælum ascendunt. Esa. 37. Audiui orationẽ tuam, & vidi lacrymas tuas. Osce 12. dicitur de Iacob luctate cum angelo: Fleuit & rogauit eum. Et Iudith 8. Indulgentiã illius fuis lacrymis postulemus. Heb. 1. Preces supplicationesque eũ clamore valido, & lacrymis effertis, exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Item orandũ est humiliter. Psal. Respexit in orationem humiliũ, & nõ spreuit preces eorũ. Ecc. 35. Oratio humiliãtis se nubes penetrabit. Iudith 9. Humiliũ & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Humilitate obtinuit Chananæa à Christo quod voluit, catello se cõparans, cum Christus eã cani comparasset. Mat. 15. & Marc. 7. habetur quòd Christus ei dixerit, Propter hunc sermonẽ vade, cauit demoniũ de filia tua. Mat. 8. Post illud verbũ humile Cõtentionis, Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectũ meũ: dictũ est ei à Christo. Sicut credidisti, fiat tibi. Et Luc. 15. Postquã fili⁹ prodigus dixit, Non sum dignus vocari filius tu⁹: pater accurrens cecidit super collũ eius. ¶ Itẽ orandum est confidenter sicut orabat David, Miserere, inquit, mei, quoniam in te cõfidit anima mea. Item orandũ est perseveranter, vt ostendit dominus Luc. 11. exemplo amici qui panes necessarios accõmodauit, improbitate amici deprecãtis deuictus. Et exemplo iudicis iniqui Deũ nõ timentis, & homines nõ reuerẽtis, qui improbitate viduę victus, vindictã fecit ei de aduersario ipsius. Lucẽ 8. Apostoli perseverãdo in oratione, Spiritum sanetum accipere meruerunt. Act. 1.

Quid in oratione sit petendum.

CAP. IX.

¶ In oratione petẽda sunt, gloria & gratia: siue regnũ & iustitia regni. Matth. 6. Primũ quærite regnũ Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nõ monet dominus, vt tẽporalia quærãtur. ¶ Primò, quia nõ sunt digna peti. Bona infima sunt, & incuruantur, qui amant, & quærunt ea. Quæ incuruatio demõibus placet. Esa. 51. Incuruate, vt trãseamus. Bern. Noli acquiescere dilecti, Incuruate, vt trãseamus: non enim est transiturus,

G 1

sed te grauiter oppressurus. In Psal. Miser factus sum, & curu-
tus sum vsque in finem. ad Col. 3. Quæ sursum sunt querite, nō
quæ super terram. ¶ Secundo quia tēporalia debentur his qui ha-
bēt iustitiā regni. Iustitia enim regni filios facit. Filiis vero de-
betur prouisio. Vnde super illud, Et hæc omnia adiciētur vobis
dicit gloss. Quia omnia sunt filiorum, & ideo hæc omnia ad-
cientur etiā non quarentibus, quibus si subrahuntur, ad pro-
tionem est, si dantur ad gratiarū actionem. ¶ Tertio, quia nescit
homo utrum sibi expediat tēporalia habere, cum vt frequenter
possessoribus suis noceant. Prou. 1. Vsquequo stulti ea quæ sunt
noxia cupient? Et super illud 1. ad Cor. 13. Virtus in infirmitate
perficitur. Dicit gl. Augu. Cum ea quæ Deus laudat & promittit
petitis, ab illo securi petite: illa enim propitio Deo cōceduntur.
Quando autem petitis tēporalia, cum modo petite, & cum te-
more illi committite: vt si profint det: si seic obesse, nō det. Qui
enim obicit vel proicit medicus nouit, non aegrotus. Item noce-
dum, quod super illud Matth. 26. Et orauit tertio eundē seme-
nem dicens. tangit glo. tria à nobis petenda. Tribus vicibus in-
quit, orauit, vt & nos à præteritis peccatis veniam, à presentibus
malis tutelam, & à futuris periculis cautelā oremus. De primo
Eccl. 38. Fili, in infirmitate tua ne despicias te ipsum: sed ora
dominum, & ipse curabit te. De secūdo, Matth. 26. Vigilate & orate
vt non intretis in tētationem. De tertio, Luc. 3. Vigilate in omni
tempore, orantes vt digni habeamini fugere quæ ventura sunt.
Item notandum quod in oratione petere possumus vt Deus con-
stodiat nos ab occasione peccandi. Exemplo Salomonis dicitur
Prouer. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed eribe
tantum victui meo necessaria, ne fortē illiciar ad negandum, &
dicam, Quis est dominus? aut egestate compulsus furer, & peti-
iorem nomen domini mei. Item possumus in oratione petere
id quod dat nobis occasionem salutis: vt eos qui nos recte in-
struant, secundum admonitionem Christi. Matth. 9. Rogate do-
minum messis, vt mittat operarios in messem suam.

De speciebus Orationis.

C A P. X.

Oratio potest diuidi in orationē fructuosam & infructuo-
sam. Fructuosa oratio multas habet species. Quædam enim
fit verecundo, & humili affectu. Qualis fuit oratio publicani, qui
non audebat oculos suos in cælum leuare. Luc. 18. Item talis fuit
oratio filij prodigi, qui ait ad patrem suum: Pater peccaui in oculis
coram te, iam nō sum dignus vocari filius tuus. Lu. 15. Verecundus
multū placet Deo in penitente, sicut imprudētia displicet ei in
peccato

peccatore. Ber. Quantū displicet Deo impudētia peccatoris, tan-
tū placet ei erubescētia pœnitētis. Similiter humilitas orantis
multum placet ei. Ber. Citius placas Deū, si mensurā tuam ser-
uaueris, & altiora te ne quæsieris. Quædā oratio fit in puro affe-
ctu. sic orauit Susanna, Dan. 13. dicens: Domine Deus, tu scis quia
hec isti malitiose composuerūt aduersum me. ¶ Alia species ora-
tionis fit lato affectu. Sic orauit Moyses Exod. 32. dicens: Aut di-
mitte eis hanc noxam: aut si nō facis, dele me de libro tuo quē
scripsisti. Alia oratio fit grato affectu. Sic monet Apostolus ora-
re ad Col. 4. Orationi instantes, vigilātes in ea gratiarū actio-
ne. Oratio infructuosa similiter multas habet species. Quædam
enim est simiatica. quæ solis labiis fit. De qua Matt. 15. Populus
hic me labiis honorat: cor autē eorū longe est à me. Esa. 29. sic
habetur: Apropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorifi-
cat me: cor autē eius longè est à me Aug. Sicut vox sine modu-
latione quasi vox picarū: sic oratio sine deuotione quasi mugi-
tus boum. Idem Aug. Quid prodest strepitus labiorum, si mutū
est cor? Qualis differentia inter paleam, & granū, & inter simi-
lam & fufur, & inter pellem animalis & ipsum animal: talis est
differentia inter sonum vocalis orationis, & deuotionē cordis.
Praui pastores pro animali solam pellem reddunt: quibus simi-
les sunt qui malè orāt, tantum exteriorem sonum vocalis ora-
tionis habentes. Et notandum quōd deuotio sic describitur: De-
uotio est tēneritudo cordis, quā quis de facili in lacrymas resol-
uitur. Vel sic, Deuotio est feruor bonæ voluntatis, quē mens co-
hibere nō valens certis manifestat indiciis. Deuotio est me-
dulla holocaustorum. Sine ipsa holocausta sunt arida. Psal. Ho-
locausta medullata offeram tibi. ¶ Alia species infructuosæ ora-
tionis est oratio præter opera: qualis fuit oratio Eliæ, cum pe-
tuit animæ suæ vt inderetur. 3. Reg. 19. ¶ Tertia species est salutis
cōtraria. Qualis fuit oratio Pauli perentis à se stimulū amoue-
ri. 1. ad Corint. 12. ¶ Quarta species est oratio præsumptuosa.
Qualis fuit oratio filiorum Zebedæi, qui volebāt peruenire ad
regnū, nō per calicis potū: quibus dictū est, Nescitis quid peti-
tis. Mat. 20. ¶ Quinta species est oratio ridiculosa. Qualis est ora-
tio hypocritarū, qui elati de multitudinē operū suorū, Deū quasi
irridēt, dū manibus plenis eleemosynā gratiæ ab eo perūt. Talis
fuit oratio superbi Pharisei, dicentis: Ieiuno bis in sabbatho, de-
cimas do omniū quæ possideo. Luc. 18. Vacuas oportet esse ma-
nus hominis per humilitatē, ad hoc vt eleemosyna gratiæ ei à
Deo detur. Itē oratio hypocritarū ridiculosā est, qui manus ten-

dunt ad terram, cum eleemosynam perunt ab eo qui est in cælis: terrenam enim mercedem quarunt in operibus suis. ¶ Item potest diuidi oratio in postulationem & obsecrationem, & oratione strictè sumptâ. Et sumitur hæc diuisio ex illo verbo 1. ad Tim. 2. Obsecro ergo primum omnium fieri obsecrationes, orationes postulationes, gratiarum actiones. Membra verò ista notificat Bern. in epistola ad fratres de mōte Dei, his verbis: Postulatio, inquit, est circa obtinendâ tēporalia & necessaria vitæ huius, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam voluntatem, facit tamen quod ipse melius iudicat & dat libenter sequi postulantē. Ad postulationē pertinet petere tranquillitatem pacis, sanitatē corporis, tēperiem aëris. Obsecratio est in exercitiis spiritualibus anxia ad Deum instantia. Oratio est hominis Deo adhærentis affectu, & familiaris quædâ & pia allocutio. Gratiarum actio est in intellectu & cognitione gratiæ Dei bonæ voluntatis indeficiens & interflexa intērio. In postulationibus, piè & fideliter est orandum, sed nō est illis pertinaciter inhaerendum, quia nos nescim⁹, sed Pater noster qui est in cælis, quid in tēporalibus istis necesse est nobis: Obsecrationibus insistendū est, sed in omni humilitate & paciētia, quia nō afferūt fructū nisi in paciētia. Nonnunquam enim cum celerius gratia nō subuenit, obsecrāti cælum aeneū, & terra sua ferrea. Et cum relicta sibi humani cordis duritia, ad votū exaudiri nō meretur: anxietas desiderantis negari sibi existimat quicquid differtur. Cumq; sicut Chananaea illa præteriri se aut despici gemisecit, quasi in immunditia carnis præterita sibi peccata imputari vel impropèri imaginetur. Nonnūquā verò sine labore petens accipit, quatēs inuenit, & pulsanti aperitur, & consolationes ac suauitates orationis inuenit tandem meretur labor obsecrationis. Nonnūquam etiam puræ orationis affectus & bona illa affectionis suauitas non inuenitur, sed quasi inuenit eū non petentem, & quasi nescientem gratia præuenit: & tanquā genus seruorū suscipitur in mēsa filiorū, & rudis adhuc & insipiens animus in eum orandi assumit affectum qui pro merito sanctitatis reddi solet meritis perfectiorum. Quod cum sit, agitur vt vel in iudiciū suū negligendū, non liceat nescire quid negligat: vel vt prouocatio charitatis amorē in eo vltro se proferentis accendat. In quo, proh dolor, multi falluntur: quia cum pane pascuntur filiorū, iam se filios esse arbitrantur: & deficientes vnde proficere debebant, ex visitante gratia euanescent à conscientia sua, se esse aliquid arbitranes, cum nihil sint. ¶ Item oratio sic potest diuidi. Est oratio quam aliquis

aliquis pro se ad Deū dirigit, & est oratio qua aliquis pro alio intercedit, quæ suffragium dicitur, quod suffragium humiliter petendum est, & maximè à sanctis qui iā beati sunt. Job. 5. Ad 2. loquem sanctorum conuerrere. Populus etiam humiliter debet suffragium petere à ministris ecclesiæ. Leuiti. 3. Rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis Dominus: Item habetur eiusdem 5. & Num. 16. Deprecatus est Aaron pro populo, & plaga cessauit. Ministri etiam ecclesiæ suffragium humiliter debent petere à populo, exemplo Pauli ad Ro. 15. Obsecro, inquit, vos fratres per Dominum nostrū Iesum Christum, & per charitatem Sancti Spiritus, vt adiuueris me in orationibus vestris pro me ad Deum. Item petendum est suffragiū ab his qui creduntur esse specialis Dei amici. Job. 42. Iob seruus meus orabit pro vobis: factera eius suscipiam. Illi verò qui in Christo decedit, dicendū est illud Genes. 40. Memento mei cum bene tibi fuerit. Libenter debet orare vnus pro alio. Iac. 5. Orate pro inuicem, vt saluemini. Et 1. Io. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatū non ad mortem perat, & dabitur ei &c. Multum etiam sperandū est de suffragiis sanctorum. ad Philip. 1. Scio quod hoc mihi proueniet ad salutem per vestram orationem. Idem ad Philemonem: Spero per orationes vestras donari me vobis. De commendatione, & expositione Dominicæ orationis, require in sermone illo episcopalium: Omnes vnanimis in oratione estote. Isidor. de summo bono: Fidei symbolum & dominica oratio pro tota lege paruulis ecclesiæ ad cælorum regna sufficit capeſſenda: omnis enim latitudo scripturarum, in eadē oratione Dominica & Symboli breuitate concluditur.

De laude Dei, & de necessariis intēdenti laudi diuine. PARS VIII.

Nunc tangendū est de laude Dei & gratiarum actione, quæ in orationibus suis consuevit ecclesia admiscere. Et primò de laude Dei. Ad quam multum incitat nos Sacra scriptura. Danieli: Immola Deo sacrificium laudis. Idem: Psallite Deo nostro, psallite &c. Ecclesi. 39. In omni corde & ore collaudate & benedicite nomen Domini. Heb. 13. Offeramus hostiā laudis semper Deo. Apoc. 19. Laudē dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deū pusilli & magni. Ad laudandū Deum maximè incitat scriptura Psalmorum in tertia quinquagena, quæ in laude terminatur: Omnis spiritus laudet dominum: & in qua sunt tot psalmi incipientes vel à verbo laudandi, vel confitendi, vel cantandi. Item ad laudandū Deū incitat omnis creatura. Gregor. Mirū est, quod homo semper Deū non laudat: quia qualibet crea-

cura ad eum laudandum semper inuitat. Opera laudabilia animam laudabilem ostendunt. Eccl. 9. In manu artificum opera laudabuntur. Proverb. vlt. Laudent eam in portis opera eius. Aug. 4. lib. Confes. Si placent opera domini, ex his lauda: & in artum eorum retorque amorē, ne in his quæ tibi placent, tu displiceas. Idē intellige de aliis operibus Dei. Laudatio Dei est valde nobilis operatio, cum angeli & animæ iam beatæ huic operationi intendant. In Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine in secula seculorum laudabunt te. Aug. in lib. de Ciuit. Dei: Vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Laudationem ponit vltimā operationē: ideo pallio comparatur. Esa. 61. Palliū laudis pro spiritu meroris. Palliū suspēditur aliis vestibus. Ber. loquens de cælesti ciuitate; dicit quod operatio est assidua Dei laudatio. multum gaudere debent qui in terris admittitur ad hanc cælestem operationē extendam. Aug. in lib. de doctrin. Christ. Deus cum de illo nihil digni dici possit, admisit tamen humanæ vocis obsequium, & verbis nostris in laude sua nos gaudere voluit. Bernar. super Cant. Nihil ita proprie in terris representat quendam cælestis habitationis statū, sicut alacritas laudantium Deum. Qui beati sunt perfecte Deum laudat: sed qui sunt in presenti vita, imperfecti. Unde iubilant. Iob 38. Cum me laudarent simul astra maruina, & iubilaret omnes filij Dei. Greg. Iubilatio dicitur, cum cordis lætitia oris efficacia non impletur. Laudant angeli, qui iam tantæ claritatis latitudinē in sublimibus vident. Iubilant verò homines, qui adhuc in inferioribus oris sui angustias sustinent. Bernar. Semiuuius in terra relictus semilaudare possum: vbi totus viro ibo totus in laudem. ¶ Loquela homini data est ad laudandum Deum: & qui Deum nō laudat, quasi mutus reputandus est. Aug. in libro Conf. Væ tacentibus de te, quoniā loquaces muri sunt. Felix esset qui semper posset laudī diuine insistere. Hierony. Felix lingua quæ non nouit nisi de diuinis texere sermonē. In 7. Semper laus eius in ore meo. Eccl. vlt. Laudabo nomē tuū in fide. Esa. 62. Tota die & tota nocte nō rabeūt, operatio ista valde est Deo gloriosa. In Psal. Sacrificiū laudis honorificabit me. Tob. 12. Opera Dei reuelare & confiteri honorificū est. Itē operatio ista homini valde est vtilis. Ipsa malignum spiritū fugat. Reg. 16. Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt querant hominē sciētē psallere in cithara: vt quādo arripuerit te spiritus domini noster, psallat manu sua, & leuius feras. Et subditur in hoc capitulo

David tol
nim ab e
& ab inin
rat. Greg.
his agitur
caneret p
minem la
tibi. lac. 5.
gl. Crebra
corde exp
tis missa
ditatio ad
tio mund
¶ Et notā
az ex qu
udo mili
homines
confiream
fructū su
scētētem &
Gaudete,
dominus
duo Cher
quasi ad
saltando
rubin qu
Dei assu
rificantes
nem don
plo laud
ratio ista
Deus. Ps
Vocifera
Quid cla
verba no
mō prou
peccator
Confessi
vox eni
cessaria
lantes h
Dau

David tollebat citharam, &c. & leuius habebat. Saül: recedebat enim ab eo spiritus malus, in Psal. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Item Spiritui sancto viam præparat. Greg. super Ezech. Cum vox psalmodiæ per intentionem cordis agitur, omnipotenti Deo iter ad cor paratur. 4. Reg. 1. Cum caneret psalter, facta est super Eliseum manus domini. Item hominem lætificat. In Psal. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. Iac. 5. Tristatur quis in vobis? oret æquo animo, & psallat. gl. Crebra psalmodiæ dulcedine nociuam tristitiæ pestem de corde expellat. Item ad Deum cor eleuat. Bern. Cum à corde foris missa fuerit omnis immunditia, oculos cordis attollit meditatio admirabilis essentiae Dei, & castæ veritatis inspectio, oratio munda & valida, iubilus laudis & desiderium ardens in Deum. ¶ Et notandum, quod homines maximè debent instare laudi diuinæ ex quo sunt redempti. Vnde nato Salvatore, facta est multitudo militiæ cælestis laudantium Deum. Luc. 2. ad prouocandum homines ad Dei laudem. David: Consecrantur tibi populi Deus, consecrantur tibi populi omnes. Et subditur causa: Terra dedit fructum suum. Terra dicitur beata Virgo, quæ dedit fructum sufficientem & hominibus & angelis ad æternam refectionem. Esa. 52. Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est dominus populum suum, redemit Ierusalem. Fecit Salomon duo Cherubin in lateribus arce, habentes pedes obliquatos, & quasi ad iubilandum eleuatos, vt in tripudiis habent mulieres saltando iubilantes. Arca figurat Dominicum corpus. Duo Cherubin quasi iubilantes iuxta arcam, sunt clerici & religiosi, filii Dei assumendo humanam naturam humiliatum laudantes & glorificantes. Item legitur Luc. ult. de discipulis, quod post ascensionem domini reuersi sunt in Ierusalem, & erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum. ¶ Item notandum, quod operatio ista discretè est exercenda. In Psal. Quoniã rex omnis terræ Deus, Psallite sapienter. Item Bern. Psallite ei in vociferatione. Vociferatio est desiderij magnitudo. Vnde super illud Exod. 14. Quid clamas ad me? Dicit gl. Voces apud aures Dei nõ faciunt verba nostra, sed desideria. ¶ Et qui vult laudi Dei insistere, Primò prouidenda est munditia. Eccl. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. In Psal. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Confessio, inquam, laudis. Can. 2. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Denique sex sunt necessaria, quæ rãgit Ber. super Can. 13. sermone, his verbis: Immolantes hostiam laudis, & reddentes vota nostra de die in diem,

CURS

curemus omni vigilantia iungere sensum vsui, affectū sensui, exultationem affectui, gratuitatem exultationi, humilitatē gratuitati, libertatē humilitati, quo interdū liberis purgata mens passibus procedamus, & excedamus per inusitatas quasdam affectiones, speciales letitias, in iubileis amcenitatibus, in lumine Dei, in suauitate, in Spiritu sancto. Sensus iungendus est vsui, est, Psalmorū intelligentia cum attentione prolationi vocis. Vnde super illud Psal. Psallite sapienter. dicit gl. Nemo sapienter loquitur quod non intelligit. Bern. Cibus in ore, psalmus in corde, non negligat anima illū terere dētibus intelligentiæ suæ, ne si frangere integrū gluciat, frustretur palatū sapore dulciori super mellē & fauū. ¶ Item iungendus est affectus sensui. Bern. Nunquā intelliges David, donec ipsa experientia ipsos Psalmorū induerit affectus. David intelligit in illo Psalmo, Domine ne in furore tuo qui affectum timoris induit, vt ad intuitum illius furoris, quod Deus exercebit in die illa cōtremiscent. Hier. Quoties illā diem cogito, toto corpore contremisco. David intelligit in illo Psalmo. Deus iudicium tuum regi da: qui distinctionem extremi iudicii timeret, & ad Christum timorem habet. Duplici enim affectu iungitur Psalmista, quum illud peteret. Item exultatio iungenda est affectui. Vnde Hier. Malo psalmū vnum cū hilaritate mentis decantare, quā totū psalteriū cum torpore, fastidio, & acedia. Item quia leuitas solet comitari exultationē, iungenda est grauitas exultationi. David: In populo graui laudabo te. Itē: Exultate ei cum tremore, & quia homines graues solēt contemnerē homines leues, vel fauorem vanæ gloriæ de grauitate sua querere, ideo humilitas iungenda est grauitati. Bern. Magna virtus humilitas, sine cuius obtentu virtus non solum virtus non fit, sed etiā in superbiā erumpit. Item quia humilitatem quandoque sequitur pusillanimitas, iungenda est etiā humilitati libertas quæ est quū cor dilatatum est abundantia gratiæ, vt mox voluntariē faciat quod pro Deo facit. 2. ad Cor. 3. Vbi Spiritus dei in vobis, ibi libertas. Tullius: Libertas est potestas viuendi vt vultis. ¶ Item notandum quod nō solum laudandus est Deus sermone, sed etiā bene viuendo. Laus enim bonæ vitæ magis continua est. Aug. Qui Deum lingua laudat, non semper laudare potest: qui Deum moribus laudat, semper potest. 1. ad Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Aug. Si quod māducas & b. bis, ad refectionē corporis sumis reparationemq; membrorum, gratias agens ei qui tibi præbuit mortali ac fragili ista supplementorū solatia, cibum

aus & potus laudat Deum. ¶ Item notandum quòd gratior est Deo laus quæ exhibetur in aduersitate, quàm quæ in prosperitate. Gre. in Moral. Despecta vox confessionis est quam format iucunditas prosperitatis. Et intelligas hoc de cõfessione laudis. Item: Sola confessio habet meritum magni ponderis, quàm à veritate rectitudinis nõ sperat vis doloris in Psal. Rectos decet collaudatio. gl. Recti sunt qui dirigunt cor suum secundum voluntatem Dei, quæ est regula, & præponunt voluntatem meliorem suæ voluntati; id est, voluntatem omnipotentis voluntati infirmi. Curuus laudat Deum, quãdo sibi bene est: blasphematur, quando male: rectus verò semper, id est, in prosperis & in aduersis: vt dicit gl. ibidem.

De his quæ possunt hominem incitare ad gratiarum actionem. Et de beneficiis pro quibus homo regratiari debet Deo. PARS IX.

Octo sunt quæ possunt hominem incitare ad gratiarum actionem. ¶ Primum est, admonitio sanctarum scripturarum. Bern. Discite in referendo gratiã non esse tardus aut segnis. Discite ad singula dona gratias agere: diligenter considera quæ tibi apponuntur, vt nulla Dei dona debita gratiarum actione frustrentur. Tob. 3. Omni tẽpore benedic Deũ. ad Col. 3. Omne quodcũque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agẽtes Deo & patri. Eiusd. 4. Oratori instantes vigilantes in ea in gratiarum actione. Ad Eph. 5. Gratias agentes s̄mper. i. ad Thel. 5. In omnibus gratias agite. ¶ Secundum est, admonitio creaturarum quæ incessanter nos inuitat ad gratiarum actionem. Beneficium enim datum alicui inuitat eum vt danti gratias agat. Ergo quum omnia quæ videmus homini data fuerint, secundum illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris & volatilibus cæli & bestiis terræ, vniuersaq; creature: omnia quæ videmus ad gratiarum actionem nos inuitant. ¶ Tertium est, ipsum tẽpus in quo sumus, scilicet tẽpus gratiæ: cui nulla operatio magis congruere videtur quàm gratiarum actio. Ideo valde bonũ videtur gratiarum actioni instare. Prou. 15. Sermo opportunus optimus est. Augu. ad sanctũ Aureliũ: Quid melius animo geramus, & ore probem⁹, & calamo exprimam⁹, quàm Deo gratias? Hoc enim nec dici breuius, nec audiri latius, nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest. ¶ Quartũ est, quod gratiarum actio operatio est quæ exercetur in paradiso. in Psal. Misericordias domini in æternum cantabo. Hoc canticum erat gratiarum actio, de hoc quod fuerimus misericorditer à periculis

culis liberati. Esa. 51. Gaudiū & læticia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Vnde bonum est assuescere huic operationi quā in futuro exercebimus. Bonum est addiscere officium quod tandiu facere oportebit. ¶ Quintū est, utilitas multiplex quæ ex hoc opere sequitur. Prima est, quod ipsa hominē in tribulatione custodit, Deū ei adesse faciēs, quod figuratū est Dan. 3. in pueris qui in fornace positi gratias agentes Deo, ab igne læsi nō fuerunt, & quartus apparuit ei similis filio Dei. Secūda est, quod diuina largitate prouocat ad dandū. Prōu. 11. Anima quæ benedictis impinguabitur. Ad locū vnde exeūt flumina gratiarū reuertuntur, vt iterū fluāt. Eccl. 42. Benedicētes dominū, exaltate illum quantum potestis: exaltātes autē replebimini virtute. ¶ Sextū est, quod hæc operatio multū placet Deo. Gratiarū actio adeps est spiritualis, de quo Leuit. 3. Omnis adeps domini erit iure perpetuo. Item unguentū est quo caput ecclesiæ ungitur. Marc. 16. & Marc. 14. Ber. Bonum est unguentū cōtritionis quod peccatorū recordatione cōficitur: melius deuotionis, quod fit de recordatione beneficiorum Dei. ¶ Septimū, quod ingratitudo, quæ gratiarum actioni contraria est, rusticitas est magna. Si magna est rusticitas ei cui mittitur vasculū vini gratias non agere: quæ rusticitas est ei gratias non agere, qui incessanter nobis tribuit bona sua? Greg. Dignū est semper gratias agere, quia Deus nōquam cessat benefacere. ¶ Vltimum est, multiplex malū, quod prouenit ex ingratitudine. ¶ Primū est, quod bona iam à Deo accepta, auferri facit. Vnde super illud ad Rom. 1. Qui quū Deū cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. dicit Aug. Quod Deus dederat gratis, tulit ingratias. Secundum est, quod impedit ab his quæ darentur homini, nisi fuisset ingratus. Greg. Non est dignus dandis qui nō agit grates de datis. Bern. Ingratitudo est vterus vrens, siccans sibi fontē pietatis, rorem misericordiæ, fluentia gratiæ. Tertiū est, quod non solum priuat hominem bonis, imò etiā pœnā addit. Vnde Ezechias punitus est de ingratitudine. Cū enim Dominus dedisset ei triumphum incredibile, & percussisset 185. millia in castris Sennacherib: licet secundum Iosephum cum populo hostias Deo immolasset, non ramen dignè gratias egit, & canticum non cantauit sicut in huiusmodi patres consueuerāt facere, & ideò agrotauit ad mortem. Esa. 38. ¶ Item notandum quod gratias agere debemus Deo, & de beneficiis generalibus, & de specialibus, & de singularibus. Generalia tangit Bern. dicēs: Agamus fratres gratias factori nostro, benefactori nostro, redemptori nostro, remuneratori

atori nostro
Adiecit enim
mine, &c. C
opus tuar
multa pro
secundum
est, benefico
tar ad pœ
spectatos
tionis, quā
quod circa
tant, vt ag
homo cog
retur. Quo
num indi
Qui ipsa v
nimus fue
cordia
Vn aliqu
landus n
ari debere
debet hor
in statu er
& quid pr
tio debet
tēpus pan
penditur.
mo lucrati
in inferna
tiam ager
Nihil pre
Valde ing
hora tēpo
ce auti.
preciosa o
eōrum meli
bat Deus
lus diuin
to benefi
milit pro
cogitare

atori nostro. Primū quòd nobis præstitit quòd nos ipsi sumus. Adiecit etiam vnde subsisteres, qui iā eras: Faciamus, inquit, hominē, &c. Quid verò postea? Et præsit piscibus, &c. Iam tertium opus tuæ redēptionis attende. Idē fecit te Deus tuus: fecit tam multa propter te, factus est ipse tecum caro vna, te quoq; faciet secundū spiritum vnum. Beneficia specialia sunt tria. Primum est, beneficiū expectationis quo Deus peccatores patiēter expectat ad pœnitentiā. Secundum est, iustificationis quando diu expectatos conuertit, infundendo gratiā suā. Tertiū conseruationis, quādo conuersos in statu bono conseruat. ¶ Et notandū, quòd circa vnūquodque horū beneficiorū quinque attendenda sunt, vt agnoscamus magnitudinē eorum. Circa primum debet homo cogitare quoties meruerit vt tēpus pœnitētiæ sibi auferretur. Quoties enim mortaliter peccauit, hoc meruit. Peccator enim indignus est vita, quia ingratus est authori vitæ. Iob 30. Qui ipsa vita putabatur indigni. Secūdo debet cogitare quā pœnitentius fuerit quādoq; amissioni misericordiæ. Tāto enim misericordia gratior est, quāto pœna proximior est, à qua paritur. Vt si aliquis suspendendus, iā laqueū haberet in collo, vel si mutilandus mēbro, iam mēbrum haberet supra lignum vbi mutilari deberet, maius beneficiū reputaret, si tunc liberaretur. Vnde debet homo cogitare si quandoque fuit in periculo mortis dū in statu erat dānationis, & quòd iuisset si in illo statu decessisset, & quid promeruerit apud Deum, vt tūc Deus ei pepercerit. Tertio debet cogitare quā pretiosam rē Deus ei cōtulerit, quando tēpus pœnitentiæ ei dedit. ¶ Pretiositas tēporis ex duobus penditur. Primò ex hoc, quòd in momento temporis potest homo lucrari regnum aternū. Secundò ex hoc, quòd illis qui sunt in inferno plus valeret momentum temporis, in quo pœnitentiā agerent, quā tanta massa auri, quāta est totus mūdus. Ber. Nihil pretiosius tempore. Sed heu hodie nihil vilius reputatur. Valde ingratus est peccator qui nō vult cōuerti, quum quolibet hora tēporis quā dat dominus ei, plus valeat, quā centū marce auri. Quarto debet cogitare, quā male meruisset vt res tam pretiosa ei conferretur, qui magnū tempus sibi prius datum in contumeliā Dei expēderat. Quintò debet cogitare qualiter sciebat Deus cum esse vsurū tanto beneficio. In hoc enim est cumulus diuinæ misericordiæ, quòd licet Deus sciuerit eū vsurū tāto beneficio pro magna parte in contumeliā sui: tamē nō dimisit propter hoc dare illi. ¶ Circa secūdū beneficiū debet homo cogitare primò à quibus vinculis Deus liberauerit eū. Tot vinculis

culis est peccator ligatus quot peccatis irretitus: iuxta illud
 Pro. 5. Iniquitates suæ capiunt impiū, & funibus peccatorū carnis
 quisque constringitur. Et sunt ideo fortia vincula ista, quod ne
 etiā per mortē quādoq; solūtur. Vnde nō parū debet esse gra-
 tus Deo, quē De⁹ ab his vinculis liberauit. Secūdo, debet cogita-
 re quot & quanta ei Deus dimisit: pro quolibet enim mortali
 dimisso, reus erat mortis æternæ. Si quis esset reus mortis tēpo-
 ralis quæ momēanea est, pro dimissione illius paratus esset illi
 seruire tota vita sua. Quid ergo faciendum est pro dimissione
 mortis æternæ, quæ etiā vni soli mortali debetur? Aug. Cui dicitur
 est, Nauiga, ne moriaris, & distulit: cui dictū est, Labora, ne mo-
 riaris, & piger fuit. Leuia iubet Deus, vt in æternum viuamus, &
 obedire negligimus. Tertio, debet cogitare ad quantā dignitatē
 Deus eū elegit quādo eum iustificauit. Elegit enim eū ad regnū
 æternum. Quarto, debet cogitare in quali statu Deus eū elegit.
 Hostis enim Dei erat, & indignus etiā pane quo vesceretur.
 Peccator enim secundum Aug. indignus est pane quo vesceretur.
 Quinto, debet cogitare quod Deus reliquit quibus tale benefi-
 ciū nō præstitit, imò in peccatis suis eos perire permisit. ¶ Circa
 beneficium verò cōseruationis, Primò attendenda est difficultas
 standi, quæ apparet specialiter in tribus personis, scilicet in Lu-
 cifero, qui cū esset maxima arbor paradisi, ad modicū ventū sine
 statū superbiæ cecidit. Et in Adam, qui cū esset sine corruptione
 naturalium: tamē propter cohabitationē vnius mulieris paradi-
 sum amisit. Hic. Memento semper quod paradisi colonū de pos-
 sessione sua mulier eiecerit. Si potuit mulier eicere eum qui in
 erat in paradiso, nō est mirū, si iā eos impediatur qui nondū in pa-
 radisum peruenērūt. Difficultas etiā stādi patet in Iuda, qui cum
 esset sub tanto pastore & inter tales fratres, tamē occasione mo-
 dica administrationis cecidit, Et nō adiecit vt resurgeret. Secū-
 do, debet attendere pugnæ continuitatē in qua sumus. Diabolus
 enim nos impugnare nō cessat vt saltem tēdio vincat. Miratur
 aliqui cū audiūt aliquē bonū cecidisse: sed nō est mirū, si quādo-
 q; cadat qui continuē est in pugna, imò potius mirū est si ali-
 quādo nō cadat. Legitur in Vitis patrū, quod quidā venit ad ab-
 batē Theodorū, dicens ei: Ecce quidā frater reuersus est ad se-
 culum. Respondit abbas Theodorus: In hoc non admireris: sed
 si audieris q̄ preualuit quis effugere de ore inimici, hoc admi-
 rare. Tertio, debet attendere propriam infirmitatē: tantæ enim
 infirmitatis est homo, vt ad sibilū vnius verbi deiiciatur. Quar-
 to hostis impugnantis potestatem cum astutia & crudelitate
 De

De pote
 recur. De
 bus terra
 quam an
 nostrum
 sunt filia
 lorum v
 vult caue
 gerie à fa
 fouca, te
 homines
 terroris s
 dia suspi
 da est me
 biz, quo v
 laria bene
 qui bus et
 pius possi
 De
 De ord.

O Bedi
 do d
 tius cōm
 obedienti
 bus ipsius
 tangerur
 nō homin
 faciendi
 tū quod f
 fit immed
 que est si
 perij coad
 ratio sect
 que debet
 canonicis
 notū. Itē
 & ration
 est pio st
 propria v
 propria v
 De

De potestate, Job 41. Nō est potestas super terram quę ei cōparetur. De astutia, Gen. 3. Serpens erat callidior cunctis animantibus terrę. De crudelitate, Gregorius: Nihil se fecisse æstimat, quam animas nō sauciat. Incessanter sicut diabolus sanguinem nostrum. Vnde sanguisuga vocatur. Prouer. 10. Sanguisugę duę sunt filię, dicentes, Affer, affer. Quinto debet attendere periculorum varietatem. Tot enim sunt pericula, quōd quādo aliquis vult cauere ab vno, incidit in aliud Vnde Esa. 24. Et erit qui fugerit à facie formidinis, eadet in foucā: & qui se explicuerit de fouea, tenebitur laqueo. Formido est peccatum auaritię, quod homines formidare facit. Vnde de auaro legitur Job 15. Sonitus terroris semper in auribus eius: & quū sit pax, ille semper insidias suspicatur. Fouca est peccatū luxurię: fouca enim profunda est meretrix, vt legitur Prou. 21. Laqueus verò peccati superbię, quo volatilia huius mundi, scilicet nobiles capiuntur. Singularia beneficia sunt quę vnicuiq; singulariter sunt exhibita. Pro quibus etiam Deo gratiã agendã sunt, secundum illud Bernardi postum, Discite ad singula dona gratias agere.

De Obedientia. PARS X. qua habet septem capitula.

De ordine dicendorum de Obedientia, & de descriptione eiusdem.

CAPVT I.

Obedientia debetur & creatori & creaturę. De qua hoc modo dicitur. Primo ponentur descriptiones ipsius. Secundo eius cōmendationes. Tertio tangetur de his quę possunt iuuare obedientiam. Quarto de gradibus obedientię. Quinto, de partibus ipsius. Sexto, de his quę obedientię aduersantur. Septimo, tangetur de errore illorū qui dicunt soli Deo obediendū esse, & nō homini. ¶ Obedientia sic describitur: Obedientia est voluntas faciendi præceptū vel mandatū superioris. Et intelligas mandatū quod fit mediare per nuntium vel literas: Præceptū verò quod fit immediate. Vel mandatam intelligas voluntatem indicandi. quę est sine coactione imperij: Præceptum verò, quando est imperij coactio. Item sic potest describi: Obedientia est obtemperatio secundum regulam sacrę scripturę maioribus quibuscunque debita. Et intellige sacrã scripturã largè, etiam pro statutis canonicis & legalibus, in quibus agitur de iurisdictione superiorū. Itē sic describitur obedientia: Obedientia est spontaneum & rationale proprię voluntatis sacrificium. Vel sic: Obedientia est pio studio proprię voluntatis abnegatio. Et notandum quod propria voluntas dupliciter accipitur. Vno enim modo dicitur propria voluntas, quę non est Deo subiecta: & secundum hoc

H

abnegatio proprię voluntatis fit, quum voluntas nostra diuina voluntati subiicitur. Allo verò modo dicitur propria voluntas quę non est subiecta homini. Et secundum hoc propria voluntas abnegatur in eo qui voto se obligans homini voluntatem suam subdit voluntati humane. Et sic abnegatio proprię voluntatis specialiter videtur pertinere ad religiosos. Et studio dicitur, ad differentiam illorū qui voluntatem suam humane voluntati subdunt timore seruili, vel pro lucro terrenis. Et intellige hic pium studiū vehementem animi applicationem ad cultū Dei, vt pium hic dicatur à pietate, quę dicitur theologia. ¶ Et notandū q̄ alicui visum est q̄ obediētia prout est virtus specialis, attenderetur respectu eorum quę sunt indifferentia. Et ad confirmandum hoc, vsus est illo verbo Augu. in lib. de vera religione: Peccatum est nō solū malum, sed etiam verum facere: inferens à simili, quòd opus virtutis est nō solum bonum, sed etiam præceptū facere. Ad quod videtur facere q̄ dominus obediētiā Adę experiri voluit in eo quòd secundū se erat indifferēs, scilicet in comestione fructus ligni sciētię boni & mali. Alicui etiam visum est q̄ obediētia secundum q̄ est specialis virtus, attēdatur nō respectu cuiuscunq; superioris, sed solū respectu hominis, cui aliquis se spōte obligauit. Et subdidit: Sed potest aliter dici, q̄ sicut prudētia virtus est quodāmodo generalis, scilicet quo ad directionem. Dirigit enim opera ceterarum virtutū. Et de iustitia dictū est q̄ est generalis quantū ad imperiū. Imperare enim potest opera ceterarū virtutū, et si non sufficiat ad exequendū ea sine ceteris virtutibus. Sic obediētia quodāmodo generalis est: mouere enim potest ad opera omnium virtutū. Omne enim opus virtutis iuberi potest à superiore, vel Deo, vel homine. Vnde si aliquis velit exire in op^o virtutis, quia iussum est à superiore, voluntas illa erit obediētia. Vnde voluntas faciēdi iussum superioris quia iussum est, specialis act^o est obediētię. Itē notandū q̄ cum subdere se alteri sit humilitatis & obediētię, differūt tamē hæ subiectiones. Subdere enim se alicui secundum reputationē humilitatis est. Hoc enim proprium electorum esse solet, vt de se sentiāt infrā quā sunt, iuxta verbū Greg. Itē cū superbia sit appetitus proprię excellētię, humilitas est contēptus proprię excellētię iuxta Bernar. in epist. de humilitate etiam pertinet amor inferioritatis vel vilicitatis, secundū illud Bern. super Cāt. Ver^o, inquit, humilis, vilis vult reputari. Et Luc 13. Cū inuitatus fueris, vade & recūbe in nouissimo loco. Item subiectio aliqua ad obediētiā pertinet: sed hæc subiectio

icatio e
ltras n
cit eā p
sonā qu
subiect
Mar. 4. 3
cōsentit
ibi Glo.
ria. Ch
volens
ferioris

A D
Amo
1. Omn
Nij ob
tibus v
subiace
vestris
creatur
in Psal.
vocata
quem n
mare o
est, imp
dire, qu
que in
lia sunt
obedi
acceptu
laudem
voluit
Triplio
de patr
de circ
27. Pri
ortū d
Medio
nalia
cation
memb

fectio est voluntatis respectu alienæ voluntatis. Subiectio humilitatis respicit personam secundum se, subiectio vero obedientie respicit eam personam cui aliquis subditur in quantum est præcipiens, & personam quæ subditur in quantum est agens. Exemplum harum duarum subiectionum invenire possumus, ut videtur in Christo & Ioan. Mar. 4. Subiectione obedientie subiecit se Ioannes Christo, quando cõsensit ut baptizaret Christum prout Christus volebat. Unde dicit ibi Glo. Vera est humilitas quam non deserit ibi comes obedientia. Christus vero subdidit se Ioanni subiectione humilitatis, volens à Ioanne baptizari. Superioris enim est baptizare, & inferioris baptizari. Act. 20. Beatius est dare, quam accipere.

De commendatione Obedientie.

CAP. XI.

Ad commendationem obedientie primo valere possunt admonitiones quæ fiunt in scriptura sacra ad obediendum. Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Eph. 6. Filij obedite patribus vestris in dño. Col. 3. Filij obedite parentibus vestris per omnia. Hebr. 13. Obedite prepositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim perugilant quasi ratione pro animabus vestris reddituri. ¶ Secundo, admonitio quam nobis facit etiam creatura insensibilis quæ obediens est uniuersaliter creatori suo. in Psal. Præceptum posuit, & non præteribit. Et Baruch 3. Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt, Assumus. Itē in Psal. Terminum poluisti quem non transgredientur. Et Matt. 8. Quis est hic, quia & veteri & mare obediunt ei? Ambro. in Hexameron: Non mediocriter pudor est, imperio Dei insensibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est auctore. ¶ Tertiò, exempla quæ in sacra scriptura inveniuntur. Et interea specialiter notabilia sunt, exemplum Abrahamæ, & exemplum Christi. Cum homo per obedientiam à Deo recessisset, Deus volens formare sibi populum acceptum, secundum illud Esa. 43. Populum istum formauit mihi, laudem meam narrabit. Abraham, ex quo populus sibi formauit, voluit probare per obedientiam, & per illam placuit ei Abraham. Triplici autem præcepto probauit obedientiam eius. Primum fuit de patrie desertione. Gen. 12. Egredere de terra &c. Secundum fuit de circuncisione. Eiusdem 17. Tertium de filij immolatione. Eiusdem 22. Primum præcepto voluit separare Abraham à his à quibus ipse ortu duxerat. Vltimo vero, ab eo quod duxerat originem ab ipso. Medio vero præcepto voluit eum separare à seipso quantum ad carnalia desideria: circuncisio enim facta in carne, monebat ad resecationem superfluatorum desideriorum carnalium: ideo fiebat in membro illo quo maxime concupiscentia sæ uiebat. ¶ Circa ter-

H 2

tiū verò præceptū quod fuit de immolatione filij attēdere possi-
 mus x i i i. pertinētia ad difficultatē illius operis, in quo Abra-
 ham voluit obedire Deo præcipiēti. ¶ Primū est quod Abraham
 voluit ad præceptum domini se sibi charissima carere. ¶ Secun-
 dum est, quod ipse voluit amicissimum occidi. Posset esse quod
 aliquis ad præceptū Dei vellet filio suo carere, ita vt nunquam
 eum de cætero videret, qui tamē nollet eum occidi. ¶ Tertium
 est, quod voluit eum occidi corā se, imò ipsemet manu propria
 voluit hæc facere. Multi enim sustinerent, quod filij eorum oc-
 ciderentur: tamen non possunt hæc accipere vel propria manu
 facere. ¶ Quartū est, quod filius ille erat vnigenitus. Non enim
 habebat alium filium ex libera vxore. ¶ Quintum est, quod mi-
 raculosè habuerat eum, quia cū vxore vetula & sterili, quū ipse
 iam esset senex. ¶ Sextū est, q̄ magna promissio facta erat Abra-
 hę de ipso. ¶ Septimum est, q̄ ipse erat solatium matri sue, quod
 notatur ibi cū dicitur. Isaac: quod interpretatur iisus. Dixit
 enim mater sua eo sibi dato: Risum fecit mihi Deus, qui enique
 audierit, corridebit mihi. Gen. 21. Quid dixisset mater Isaac, si A-
 braham reuertēs de eius immolatione, dixisset ei, Immolauit fi-
 lium tuum? ¶ Octauum est, quod voluit eum non solum occidi,
 sed etiam incendi. Vnde dicitur ibi, Offer eum in holocaustum:
 quod interpretatur totum incensum. Noluit ei parcere nec viuo
 nec mortuo. ¶ Nonum est, q̄ voluit eum ducere per triduum ad
 locum immolationis. ¶ Nō est iussus Abraham statim occide-
 re filium, sed per tridū ducere ad immolationis locum, vt lon-
 gitudine temporis tentatio augeretur, & crescentibus cutis pa-
 terna viscera cruciaretur. ¶ Decimum est, q̄ non apparebat ali-
 qua præcepti vtilitas. Quæ enim vtilitas innocentem occideret
 damnum verò manifestum erat. ¶ Vndecimum est, q̄ non excu-
 sasset eum autoritas præcipiētis, cū nullus testis affuisset, nec
 crederetur ei, si diceret dominum hoc ei præcepisse. ¶ Duodeci-
 mū est, quod hoc erat rationi contrarium. ¶ Tertiumdecimum
 est, quia nō præcesserat in sanctis patribus huiusmodi obedien-
 tiæ exemplū. ¶ Quartūdecimū est, q̄ omniū ad quorū notitiam
 hoc peruenisset, imminēbat scandalum. Abraham verò accepto
 præcepto tam difficili nō se excusauit, causam præcepti non in-
 terrogauit, sicut faciunt quidā imitatores diaboli, qui ait Ge. 1.
 Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis &c. Item nō pro-
 crastinauit mandatum exequi, nulli consilium communicauit.
 Si aliquid horum fecisset, forsitan meritū amississet, quia domi-
 nus dixisset ei, Nolebam quod taceres hoc, sed ad probandū te
 hoc

hoc dixi
 tiā. Abra-
 buit obe-
 nito pro-
 de. In se-
 mex. Hoc
 omnibus
 Greg. No-
 bona vo-
 in quo v-
 cut Abra-
 quit, qu-
 mū reli-
 bē & vo-
 reclinet.
 luntā en-
 volo. sed
 Et Luc. 2
 holocau-
 Parer, si
 diētia, q̄
 Dei, did-
 per expe-
 in capite
 Dei obe-
 mini ef-
 scholis
 diu fue-
 Adam
 tum pr-
 omnes
 sunt &
 rissime
 tia hon-
 paradisi
 eleuati
 ret eis,
 nus ed-
 te pote-
 quæ v-
 filij ob-

hoc dixi. Itē attendēdū est quā vtile sit, prōptum esse ad obediētiā. Abrahā enim filiū nō immolauit, & tamen tantū meritū habuit obediētia eius. Gen. 22. Quia nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicā tibi, & multiplicabo semē tuū. In eodē. In semine tuo benedicetur omnes gētes, quia obedisti voci meæ. Homo qui prōptā habet volūtatem ad obediendū Deo, in omnibus placet Deo pro infinitis reb⁹ quas vnquā factur⁹ est. Greg. Nō est manus vacua à munere, si arca cordis plena fuerit bona volūtate. Itē voluit Deus probare Christū per obediētiā, in quo volebat sibi formare populū nouū. Christus nō terrā sicut Abrahā, sed cælū deseruit. Ipse matrē suā dilectissimā reliquit, quādo gladius trāsiturus erat animā eius. Luc. 2. Ipse domū reliquit, quia nullā habere voluit. Matt. 8. Vulpes foueas habēt & volucres cæli nidus: fili⁹ autē hominis nō habet vbi caput reclinet. Ipse formam spiritualis circūcisionis dedit, quādo volūnta em patris volūtati suæ prapofuit. Matt. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu. Et Mar. 14. Nō quod ego volo, sed quod tu vis. Et Luc. 22. Nō mea volūntas, sed tua fiat. Ipse mandato patris in holocaustum seipsum obtulit. Ioā. 14. Sicut mandatū dedit mihi Pater, sic facio. ¶ Quarto valere potest ad cōmendationem obediētiæ, quod legitur de Christo. Heb. 5. Et quidē cum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est obediētiā. Didicit, inquam, per experientiam. Item dicit in corpore per ea quæ passus est in capite. Ipse fuit & discipulus & doctor obediētiæ. Si filius Dei obediētiā didicit tot laboribus & angustiis, non debet homini esse onerosum addiscere eam, & maxime his qui sunt in scholis ipsius, scilicet in claustris. Valde verecundū erit illis qui diu fuerunt in scholis his, si obediētiæ ignari inuenti fuerint. Adam inuentus est male se habuisse in obediētia, in qua Deus eum probare voluit. Et quā graue disciplinā Deus ei dederit, omnes nouimus. Filij etiā Israël similiter in obediētia probati sunt & durissime flagellati, cum in ea male se habuerūt. Sic durissime flabellabūtur, qui inobedientes inuenti fuerint. Inobediētia hominem de paradiso eiecit. Gen. 3. Obediētia verō eum in paradysum introducit. Luc. vlt. Eduxit eos foras in Bethaniā, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factū est dum benediceret eis, recessit ab illis, & ferebatur in cælum. Felix quem dominus eduxit in Bethaniā, scilicet in domum obediētiæ. Sperare potest quōd sit ascensurus in cælum. i. Petr. 1. Sperare in eam quæ vobis offertur gratiam in reuelationem Iesu Christi, quasi filij obediētiæ. ¶ Obediētiā voluit Christus docere & in

mundum istum veniens, & de mundo trāiens, & in mundo manens. Primum ostenditur Iob 6. Descendi, inquit, de caelo, nō ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Secundum Matt. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu. Io. 14. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Bern. Memento te fratres Christi, ne perderet obedientiam, voluit perdere vitam: in signum, quod obediendo mandato Patris, mortem sustinebat, inclinato capite emisit spiritum. Io. 19. Tertium Io. 4. Meus, inquit, eibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Et iudicet. Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Obedientia est imago caelestis hominis, sicut inobedientia est imago terrestri hominis. 1. Cor. 15. Sicut portavimus imaginem terreni, ita & portemus imaginem caelestis. Eph. 4. Induit novum hominem qui secundum Deum creatus est: id est, opere diuino conceptus, nō opere humano more aliorum hominum.

¶ Quinto commendabilis est obedientia à suo multiplici effectu. Notandum ergo, quod obedientia Dei servum efficit, quod nō est modicum quid. Si enim servus regis terreni dicitur esse par comiti, quantum est esse servum regis aeterni? Obedientia in hoc quod efficit hominē Dei servum, efficit etiam Deum hominis dominum. Non verè reputat inobediens Deum dominum suum: etsi ore vocet eum dominum. Lucā 6. Quid vocatis me domine, domine, & non facitis quae dico? Inobedientis ostendet dominus non fuisse servos suos, cum regni caelorum ianua eis clauder. Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Magna securitas est habere dominum omnipotentem. Ambr. Mori nō timeo, quia bonum dominum habeo. Beatus est, qui habet hunc dominum. In Psalm. Beatus populus, cuius dominus Deus eius. Item: Beata gens cuius est dominus Deus eius. Item obedientia hominem Christi fratrem efficit, imò quasi omni genere attinentiae attinentē. Ecc. 33. Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima: quasi fratrem sic tracta illum. Mat. 12. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Simile Marc. 3. Itē obedientia Deo praestat obsequium acceptissimum. 1. Reg. 15. Nunquid vult dominus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur voci domini? Melior est obedientia quam victimarum. Ecclesia. 4. Multo melior est obedientia, quam stultorum victimarum. Licet Deus nos non exaudiat quandoque ad voluntatem, ut exaudiat nos ad utilitatem

tem: d
mus, ip
suam v
quum v
est, atre
faciam
mine h
nis sen
in dom
monis
est Spin
tui, qu
Bethan
tur. Io
sus Ma
venit B
bus, qu
decim.
Lazaru
vereri v
li obed
Item o
super
perio
nam n
pietia
do vfe
indui
Christi
dixi,
tē De
cit en
iuber
q̄ cū
velle
intel
cū co
se cu
lum
Bene
tia.

tem

tem: eò quòd ipse scit quid nobis expèdiat, nos verò hoc nescimus, ipse tamen vult vt seruiamus ei ad eius voluntatē, non ad suam vtilitatē, cùm ipse bonorum nostrorum non egeat, vt quum volūtas eius semper recta sit. Ecc. 35. Salutare sacrificium est, attendere mandatis. Deut. 12. Quæ præcipio tibi, hoc tantum facias: non addas quicquam, nec minuas. ¶ Item obedientia in homine habitaculum Deo quasi excidit, expellēdo è corde hominis sensum proprium & propriam voluntatem. Vnde dominus in domo Simonis leprosi discubuit. Luc. 7. sed non in domo Simonis Cyrenæi, qui crucē domini feri in angaria, vbi vnctio deest Spiritus sancti, & ideò murmur est ibi. Eccl. 33. Præcordia facti, quasi rota carri. Rota carri si vncta non fuerit, murmurat. Bethaniæ quod interpretatur domus obedientiæ, Christus vngitur. Ioan. 12. Ipse illos diligit qui ibi habitant. Io. 11. Diligebat Iesus Marthā, & sororem eius & Lazarum. Cùm deest ei hospitium, venit Bethaniam vt ibi hospitetur. Marc. 11. Circūspectis omnibus, quum iam vesperā esset hora, exiit in Bethaniam cū duodecim. Gl. Vt quòd in vrbe nō inueniebat, in agro paruulo apud Lazarum & sorores eius haberet hospitium. Tunc in hospitiō veri virginalis filius Dei receptus est, quum Maria verbo angeli obediuit. Luc. 1. Fiat, inquit, mihi secundum verbum tuum. Item obedientia hominem super se leuat. Thren. 3. Leuabit se super se. Nisi corpus esset sociatum spiritui vt sensu eius & imperio regeretur, non ascenderet ad hoc vt remunerationē æternam mereretur. Sic vit simplex per obedientiam ascendit ad sapientiam, & mōres maiorum à quibus regitur, imò quodammodo vsque ad Deū ascendit dū seipsum exiit, & Deū quodammodo induit. ad Gal. 2. Viuo ego: ego iam non ego, viuit verò in me Christus. Sic quodammodo deificatur homo, secundum illud: Ego dixi, Dij estis. Et non solū deificatur quo ad sensum & voluntatē Dei que assumitur, sed quodammodo quo ad potestatem. Facit enim diuina & mira: vt patet in Petro, qui obediens Christo iubenti, ambulauit super aquas. Mat. 14. Et Greg. refert in dialo. q̄ cū placidus puer in flumine post vas suū demersus esset, cū veller aquam haurire, beatus Benedictus in cella existens & hoc intelligēs, dixit Mauro, Frater Maure, curre, quia puer ille in lacū cecidit, & eum longius trahit vnda. Maurus autē existimans se currere super terrā, cucurrit super aquā, & eductū per capillum extraxit. Qui postea reuersus ad se attribuit hoc sanctitati Benedicti. Sed beatus Benedictus attribuit hoc bono obedientiæ. ¶ Obedientia ponit hominem in excellentissimo statu, &

in præfenti & in futuro. Primum ostēditur Deut. 27. Si audieris
 vocem domini Dei tui, faciet te dominus Deus tuus excelsus
 cunctis gēribus. Secundum ostensum est cuidā patrum in exal-
 posito, qui vidit quatuor ordines ante Deū. Primus erat homi-
 num Infirmantiū & gratias Deo agentiū. Secundus, eorum qui
 fuerant hospitales. Tertius, eorum qui solitudinem sectantur, &
 non vidēt homines. Quartus, eorum qui propter Deum & obe-
 diētiam solliciti sunt subiecti patribus. Erat autem hic ordo su-
 perior illis tribus, & maiore gloriam præ cæteris habebat, vti
 torque aurea. Et quom quæretet senex, quare hoc? Responsum est
 ei, Quoniam omnes alij habēt requiē adimplendo proprias vo-
 luntates, quāvis in bonis operibus: hic autem omnes voluntates
 suas relinquens, totus pendet in voluntate patris iubentis. Mei-
 tō qui hic nullā habent requiē, in futuro summā habebunt ad
 Phil. 3. dicitur de Christo, Factus obediēs vsq; ad mortē &c. Pro-
 pter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod
 est super omne nomē. ¶ Itē obediētia Deū glorificat. Esa. 48. Si
 glorificaueris eū dū non facis vias tuas: & nō inuenitur volun-
 tas tua, vt loquaris sermonem, tūc delectaberis super dominum:
 sustollam te super altitudinem terræ &c. Multū glorificat Deū
 verē obediēs qui facit beneplacitū Dei, cum Deus etiam hoc
 mandat ei per vilem personam, & tanto maior est Dei gloria,
 quanto persona vilior. Ideo verē obediēs meritō à Deo glorifi-
 catur. 1. Reg. 2. Quicūque honorificauerit me, glorificabo eum.
 Ecc. 10. Semen hominum honorabitur hoc, q̄ timet Deū: semen
 autē hoc exhonorabitur, quod præterit mandatū domini. ¶ Itē
 obediētia, quod vult à Deo impetrat. Greg. Si obediētes fuerit-
 mus præpositis nostris, obediēt Deo orationibus nostris. Aug.
 in lib. de opere monachorum: Citius exauditur vna oratio obe-
 diētis, quā decē millia contemptoris. 1. Io. 3. Si cor nostrum
 non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deū, q̄ quicquid
 petierimus ab eo, accipiemus, quia mādata eius custodimus. Et
 post illud ad Heb. 5. Exauditus est pro sua reuerentia, subditur
 tanquam causa illius exauditionis: Et quidē eū esset filius Dei,
 didicit ex his quæ passus est, obediētiam. Obediētia est quæ
 dicit illud Can. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Deus enim fa-
 cit ac si esset totaliter cum obediētia: quia obediētia est totali-
 ter cum illo. Verē obediētes dicunt illud ad Ro. 14. Nemo nos-
 trum sibi viuit. Item obediētia à periculoso mari huius mūdi
 liberat. Obediēs nauē petriāst huius mundi. Sap. 14. Exiguo li-
 gno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ra-

tem liberati sunt. Exiguum lignum est humilis obedientia. Facta est quasi noui instititoris. Prouerb. vlt. Qui in naui est, etiam quiescens & comedens vel libes procedit, quia alieno motu mo-
 uetur. Sic obediens qui in religione est, etiam quiescens, com-
 edendo & bibendo meretur. ¶ Itē obedientia hominem ditat. Nec
 mirum, cū de suo nihil expēdat, quia nihil suū reputat: & cū in
 cunctis quæ agit voluntatem alterius facere intendat, ideo pro
 omnibus quæ agit meritò remunerationem expectat. Multæ fi-
 liz cōgregauerunt diuitias. Pro. vlt. Obediētia verò supergressa
 est vniuersas. Quis est qui quandoque nō faciat multa speciali-
 ter pro se, de quibus nō expectat remunerationē nisi ille qui sub
 obediētia viuit? Item obediētia quasi equus in paradysum va-
 dit, alieno sensui & alienæ voluntati quasi pedibus alienis inni-
 tendo. Ideo velocius vadit, quia pedes quibus innititur velocius
 sunt propriis. Multi in religione valde surgunt mane, & fre-
 quenter ieiunant, qui si essent in seculo, minus secum agerent.
 Propter eandem causam obediētia nō maculatur. Prou. 3. Via
 eius via pulchræ. Propter eandem causam legitur: Siquidem
 enim culpæ vel periculi est in eo quod ei iniungitur, superio-
 ris est qui portat, cuius sensui & voluntati ipse innititur, nisi ma-
 nifestum peccatū sit illud quod ei iubetur. De ea videtur scriptū
 esse illud Psal. In manibus portabunt te, ne forte offēdas ad la-
 pidem pedē tuum. Itē obediētia hominem expedit & exoneratū
 reddit, cū obediēs à seipso alienatus sit. Alij enim incūbit soli-
 citudo pro ipso & temporaliter & spiritualiter. Ideo non solum
 potest currere, sed etiam volare. Si tamē obediētia habeat duas
 alas sibi cōiunctas, scilicet voluntariam paupertatē & castitatē.
 Apoc. 12. Datur mulieri duæ alæ aquilæ magnæ vt volaret in
 desertum. Ber. Magna penna paupertas, qua tam cito volatur in
 caeli. Nā in aliis virtutibus quæ sequuntur, promissio futuro tē-
 pore iudicatur: paupertati verò nō tā promittitur, quā datur.
 Castitas etiam magna penna est quæ hominē expedit ab illa de-
 lectatione qua difficilimum est hominē bene vti, & fortissima
 occasione peccandi, scilicet à muliere per quā diabolus Adā de-
 iecit. Ge. 3. Et quā Iob reliquit, vt per eam eum deiceret. Iob. 1.
 dixit illi vxor sua, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? ¶ Itē
 obediētia facit hominē triumphare. Prou. 21. Testis mendax
 peribit, vir obediens loquetur victoriam. Testis mendax est qui
 professus est obediētiā, & eā nō seruat: q̄ in presenti perit, cū in
 bello spiritali succūbit: & in futuro peribit, quia eternaliter dā-
 nabitur. Exēplum habemus de hoc in populo Iudaico qui pro-

misit se seruaturum legem. Exo. 19. Omnia quæ locutus est dominus, faciemus. Itē Iosue 1. Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus. Cū verò transgrediebatur legem, vincebatur. Iosue 7. Anthea in medio tui Israël est, nō poteris stare corā hostib⁹ tuis. Adā similiter factus inobediens suo superiori, habuit repugnanti suum inferius. Gene. 3. Qui comedit, & aperti sunt oculi eius. Glo. Augu. Anima rationalis motus bestiales in carne sua habuit. Et subditur: Motus iste de transgressione veniebat. Et 1. 21. legitur de Salomone: Fecit Salomon, quod non placuerat coram domino. Et subditur: Et suscitauit dominus aduersariū Salomoni. Sic accidit ei qui in religione est, qui obedientiam non seruat ei cui promissit, & domin⁹ permittit eū impugnari & vinci: & sic perit qui propriā voluntatē in religione vult sequi, quā alius perditionis. Iob 17. Nemo perit ex eis, nisi filius perditionis. Verē filius perditionis est qui volūtariē laqueū sibi iniecit quo periturus erat. Pro. 6. Illaqueatus ex verbis oris tui. Verē filius perditionis est qui de loco salutis facit sibi locū damnationis & quū esset liberatus de mari huius mūdi, & iam ingressus nauē religionis, vbi etiā periclitatur. Act. 28. Vtique hominū da est, qui cū euasit de mari, vltio diuina nō permittit eū vitare. Vir obediens potest loqui victoriam, quia habet nobilissimū genus triūphi: sicut antiqui patres habita victoria solebāt canere canticum laudis & gratiarū actiones. Nobilissimū genus triūphi est seipsum vincere: quod facit vir obediens. Vnde Superiud, Melior est obediētia &c. Dicit glo. Greg. Vir obediēs loquitur victorias. Dū enim aliē voci humiliter subdimur, nosmet ipsos in corde superamus. Pro. 17. Melior est qui dominatur in domo suo, expugnatore vrbiū. Multi vrbes & regna sibi subiungarūt, qui tamē ad hūc triūphum nobilē nō peruenerūt. Hic triūphus proprius est hominis. Vincit leo vel aliud animal cetera animalia, sed seipsum vincere nō potest. Sen. Qui seipsum vincit, cōtra omnia fortis est. Obediens Deo subiectus est: & merito cetera ei sunt subiecta, & nihil ei repugnat. Deus in obedientia pugnat, ideo non est mirū, si ipse triūphat. Leui. 26. Si præceptis meis ambulaueritis &c. persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Itē obediētia animā ornat. Vnde inauris est aurea quā celestis spōsus dat animæ. Pro. 25. Inauris aurea, & margaritū fulgēs, qui arguit sapientē & autē obediētē. Margaritū fulgēs inauri aureæ decenter iungitur, & doctrina mentem illuminans anti-obediēti vtiliter proponitur. Dat Eliezer Rebecca inauris aureas. Genesi. 24. Et amici

dant ei in autem, & ouem Iob vlt. Item obedientia ecclesiam le-
 gitur. Eccl. 3. Qui obedit patri, refrigerabit matrem. Hominem
 glorificat, ad Rom. vlt. Vestra obedientia in omnē locum diuul-
 gara est. Item hominē castificat à libidine propria voluntatis. 1.
 Pet. 1. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis. Item
 obedientia conseruat animā. Prouer. 19. Qui custodit mādatum,
 custodit animam suā. Obedientē meritō custodit Deus tanquā
 suū. Prou. 29. Verbū custodiēs filius, extra perditionē erit. Eccl.
 1. Qui custodit præceptum, nō experietur quicquā mali. In Vi-
 tis patrum cuidam seni cū deessent necessaria vitæ, præcepit
 discipulo suo, vt iret in vicum ad ministrū qui solebat ei neces-
 saria deferre. Et ille licet timeret tre propter scandalum: tamen
 dixit se iturum propter bonum obedientiæ. Cui senex: Vade,
 confide in Domino, & proteget te ab omni rēratione. Cū autē
 venisset frater ad ostium ministri senis, aperto ostio inuenit ibi
 filiam ministri solā, quæ amplexata eum cœpit eum allicere ad
 cōmissionē carnis, amplexās eū. Et cū vrgerēt eum cogitatio-
 nes, clamauit ad Dominum, dicens: Domine propter oratio-
 nem eius qui me misit salua me ex hac hora: & statim inuērus
 est ad flumen iuxta monasterium suum, & reuersus est ad patre
 sine macula. Item obedienti obediunt omnia, & creator & crea-
 turæ. De creatore, habetur Iosue 10. Non fuit postea tam longa
 dies, obediēte Domino voci hominis. De creaturis verò multa
 habes exēpla in Vitis patrū. Quidam: de senioribus misit disci-
 pulum suum ad hauriendam aquam, & erat puteus remotus à
 cella. Discipulus verò oblitus funem venit ad puteū, & præ lō-
 gitudine viæ non audens reuerri pro fune, ne fortē contristaret
 seniorem, prostravit se in oratione, & sugens de oratione, cla-
 mauit, O putee putee, misit me seruus Iesu Christi abbas meus
 vt hauriā aquā, & statim ascendit aqua ad os putei, & impleuit
 frater lagenam, glorificans potentiam Saluatoris. Aqua autem
 putei reuersa est ad locum suum. Item in Vitis patrum Abbas
 Paulus præcepit discipulo suo Ioāni vt afferret ei simū boui, qui
 erat ei necessarius ad vtensilia. At ille ait: In loco vbi simus est
 habitat leena. Cui abbas, Si venerit super te, alliga eam, & duces
 eam tecum. Iuit Ioannes & inuenit leenam irrudentem super eū,
 qui voluit eam tenere, sed ipsa aufugit. Ioannes verò sequeba-
 tur eā, dicens, Abbas meus præcepit vt alligatam ducam te ad
 eum: & statim bestia substitit, & tenēs eam reuertebatur ad mo-
 nasterium. Quod cū vidisset Abbas, ne fortē discipulus inde
 extolleretur, dixit ei: Sicut tu insensibilis es, ita insensibilem
 bestiam

bestiam adduxisti: solue, & dimitte eam vt pergat ad locū suū.
 Item obedientia homini pacem dat. Prouer. 12. Qui timet præcepta, in pace versabitur. 1. Macha. 14. Siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis. Siluit: id est, quieuit, vel pacē habuit. Eia.
 48. Vtinā attendisses ad mandata mea, fuisset quasi flumen parua. Item obedientia hominem benedicti facit. Deut. 11. Propono vobis benedictionē, si obedieritis mādati Domini. Eiusdem.
 28. Venient super te omnes benedictiones istę, & apprehendent te, si tamē præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, &.
 Item facit hominem beatum, Matth. 16. Beatus es Simon, &c. Prou. 19. Qui custodit legem, beatus est. Obedientia in præfatis hominem dignū prælatione efficit. Vnde Simonē præfecit Dominus cæteris apostolis. Matth. 16. 1. Machab. 2. Simon frater vester scio quod vir consilij est: ipsum audite semper: & ipse erit vobis pater. In vita beati Philiberti dicitur: Præesse non audeat, qui subesse non didicerit. Nec obedientiā à subiectis implorat, qui eā prælati exhibere nō nouit. Obedientia etiā ad regnum introducit. Matth. 18. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Inobedientia clauem paradisi amisit, sed obedientia eam recuperauit. Vnde Simoni Petro dictum est Matth. 16. Tibi dabo clauem regni calorum. Obedientia vitam hominis feliciter consummat. Iob 36. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium. ¶ Sexto valere possunt ad commendationē obedientiæ verba sanctorū quæ videntur ostendere præminentiā huius virtutis ad alias virtutes. Simonē præfecit Dominus cæteris apostolis. Matth. 16. Tibi dabo clauem regni calorum. Et obedientia secundum verba sanctorū præminere videtur cæteris virtutibus. Greg. in Moral. Sola obedientia virtus est, quæ cæteras virtutes menti inserit, insertaq; custodit. Solent in terra arbori agresti duo ramunculi, alicuius nobilis arboris, deinde arbor quæ prius erat agrestis, producit flores, fructus, & folia secundum naturam arboris nobilis à qua ramunculi sunt assumpti. Sic obedientia alienum sensum & alienam voluntatem assumit, & cordi eius qui promittit obedientiam inseruntur, & iam cor illud secundum sensum & voluntatem sui superioris operatur. Item dicit Greg. quod obedientia non tam est virtus, quam mater virtutum, quod ideo potest intelligi esse dictum, quia obedientia producere potest motus omnium virtutum. Omnes enim possunt iuberi: & si aliquis producat motus illos, quia virtus est, obedientia sunt. Itē super illud Gen. 2. Ligetumq; scilicet

boni & mali. dicit gl. Aug. Obediētia sola verissima est vir-
 tus, creaturę rationali sub Dei potestate degēti. Quod potest in-
 telligi dictū esse, Primo, q̄a obediētia perficit hominē ex parte
 illa qua habet cōparationē ad Deū sub quo est, & respectu act⁹
 qui est nobilissimus tāquā finis hominis. Fini enim optimum in
 quoquoque. Hic actus est obseruatio mandati diuini. Eccl. vii.
 Deū time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo. Hoc
 tenet Aug. in hoc q̄ post illud. Obediētia sola est verissima vir-
 tus, subdit: rationali creaturę sub Dei potestate degēti. Secundo
 potest hoc intelligi dictū propter meritū, ad quod valet multū
 obediētia. Vade super illud Gen. 2. Lignumq; sciētię, dicit Aug.
 Oportebat vt homo sub dño positus ab aliquo prohiberetur, vt
 esset ei virtus merēdi obediētia. Dū aliq; intēdit facere volunta-
 tē propriā, nec videtur mereri apud semetipsum. Ab illo enim
 merces expectatur cui seruitur, vel cuius volūtas fit. Nō mere-
 tur ergo apud aliū, nisi q̄ vult facere eius propriā volūtatē, qđ
 est obediētię. Greg. Sola est obediētia quę meritū fidei possidet.
 Tertia, propter maiorē difficultatē. Virt⁹ enim est circa diffici-
 le iuxta Sapientē: & nomē virtutis à vi videtur esse dictū. Diffi-
 cillimum autē videtur esse agere cōtra se, quod facit obediens,
 quod sonat nomē obedientię. Obedere est contrā audire, scili-
 cet cōtra propriū sensum & propriā voluntatem. Greg. super 1.
 Reg. 15. Melior est obedientia quā victima, quia per victimas
 aliena caro, per obedientiam verò propria caro mactatur. Obe-
 diētia quasi quoddam martyrium est. Greg. Tāto Deum quisq;
 cōtra placat, quāto repressa arbitrij sui superbia gladio præcepti
 se immolat. Obediens quasi proprium caput sibi amputat pro
 Christo, & caput sibi Christum cōstituit, vel eum qui loco eius
 est. Qui martyrium pro Christo sustinet, vnam volūtatē sibi
 amputat: scilicet voluntatē viuendi, sed iste omnem voluntatē.
 Obedientia maximē voluntati proprię detrahit, & ideo virtuti
 maximē addit. Sapientēs: Hoc solum virtuti adiciēs, quod propria
 volūtatē detraxeris. Poēta: Est virtus, placitis abstinnisse bonis.
 Propterea quę dicta sunt, amāda est obedientia à fidelibus tan-
 quam mater eorum. 1. Pet. 1. Sperate in eam quę offertur vobis
 gratiam, in reuelationem Iesu Christi, quasi filij obedientię.

De his quę possunt iuuare Obedientiam. CAP. III.

Sequitur de his quę possunt iuuare obedientiā. ¶ Et notandū
 quod quinq; sunt quę valere solēt ad hoc q̄ aliquid sit ma-
 gis tractabile vel flexibile, & similia his possunt valere ad hoc
 quod cor alienius sit inobediēs. ¶ Primū est exilitas. Vt patet in

virg.

virga quæ propter exilitatē flexibilis est. Etiā ferrū si sit exile vel tenue flecti potest. Sic exilitas humilitatis valet ad obedientiā. Vnde cātor magnus Parisiēsis humilitatē posuit matris obedientiæ. Et apostolus ad Philip. 2. loquens de obedientia Christi præmittit de eius humilitate. Humiliauit, inquit, semetipsum, factus obediēs &c. Aug. 14. li. de Ciuit. Dei. Obedientiā nisi humilium esse nō potest. Cū humilitas sit sensus proprii vacuitas, humilis habet vbi sensum alienū recipiat, quāsi vacuus à suo, qui sensum alienū recipit, nisi sit apertē malus, recipit alienam voluntatē, & sic fit obediens. Superb. prius exhibet de sensu suo, quā recipiat sensum alienū vel alienā voluntatē, & fiat verē obediēs. Prou. 26. Vidisti hominē sapientē sibi videri: magis spēs illo habebit insipiēs. Cibus in quo nimis est de sale, quāsi perditus est. Facilius sal cibo additur, quā subtrahatur. Sic qui ad religionē venit, si sal proprii sensus in eo nimis abūdet, non est aptus religioni. Facilius homo simplex religionis efficietur, quā ipse. Bernar. ad fratres de monte Dei: Superbia quamuis prudens sibi videatur, dimittēda ea sibi & abigenda. Si enim admittitur superbia, prima die quæ incipit habitare, incipit leges dare. Nimis vero stultus discere non potest quas inuenit. Eccl. 19. Melior est qui minuitur sapientiā, & indiget sensu in timore Domini, quā qui transgreditur legem Altissimi. Timor qui æstimat etiam pericula quæ nō sunt, & defectus suos scrutatur, inuenit se sensu indigere: & sic timor humilitatē introducit. Humilitas verō videns sensum suū sibi nō sufficere, alieno sensu acquiescit: nō vult habere ducē illū qui in tot foueas eū præcipitavit, scilicet sensum propriū. ¶ Secundū est assuefactio. Vnde equus assuescit circunvolutionibus, vt facilius ad voluntatem scilicet scilicet possit. Prou. 25. Equus paratus ad diē belli. Dominus autem salutem tribuet. Equus est religiosus cui frenum obedientiæ impositū est. Zachar. 10. Posuit eos equū gloriæ in bello. Operatur De⁹ in viro religioso gloriosa, & ideo equus gloriæ potest dici. Hic per assuefactionem parādus est ad obedientiam, vt nunc ad dexterā prosperitatis, nunc ad sinistrā aduersitatis versetur: alter in diē belli succūbet, quādo scilicet aliquid graue ei iniungitur. Religiosus qui in sua voluntate nutritur, destruitur. In Vita patrū beatus Antonius præcepit Paulo simplici eremitæ suere & disfluere vestimenta, texere & frangere sportulas: sic volebat voluntatem eius flexibilem & obedientem efficere. ¶ Terriū est ignis: vt patet in cera, quæ calefacta de facili flectitur: & in metallis, quæ ad ignē liquefunt, & sic de facili formā rei cui insue-

duntur

accipiūt. Si valere potest ad hoc quòd cor per obediētiā magis flexibile fiat, ignis diuini amoris: scilicet si ostendatur qualiter Deus dilexit nos. Luc. 12. habetur de hoc igne. Ignem veni mittere in terrā: & quid volo, nisi vt accendatur? Frequēter cogitandus esset amor ille, ex quo altissimus obedire voluit pro nobis vsque ad mortē crucis, vt confunderemur male obediētes esse ad lenia quæ nobis ex parte eius iniunguntur. ¶ Quartum est separatio rei ab aliquo minus flexibili cui adhærebat, vt patet in corio adhærenti ligno, quod flecti non potest nisi à ligno separetur. Sic expediret ei qui perfectè obedire vellent quod voluntatē suā ab omni re temporalī separaret & eā recolligeret, vt haberet paratā quādo mādātū superioris veniret. In Psal. Paratus sum, & nō sum turbatus. Itē: Paratū cor meū Deus, paratū cor meū. Bern. Paratum ad sublimia, paratum ad vniuersa quæcunque præceperis. Aug. Verus obediens mādātū non procrastinat, sed parat aures auditui, linguā voci, manus operi, pedes itineri, & se totum intra se colligit vt mādātū peragat imperantis. ¶ Quintum est, alicuius liquoris admistio. Vt pellis dura vngitur vt sit tractabilior, & terrā durā aqua miscetur. Similiter vnctio gratiæ necessaria est vt cor magis obediens fiat. Ideo qui in religione est frequēter in oratione, Deo supplicare debet, vt gratiam obediēdi sibi tribuat, & prælato beneplacitum suum de eo inspirat. Aug. 10. li. Conf. Domine, continentiam iube: da quod iubes, & iube quod vis. A simili debet religiosus dicere Deo: Obediētiā iubes, da quod iubes, & iube quod vis. Potest etiam valere ad obediētiā modestia imperantis. Senec. Remissius imperanti melius paretur. Greg. Qui ab vnoquoque bono subiectos verat, necessariū est vt multa concedat, ne obediētis mens funditus intereat, si à bonis omnibus repulsa ieiuet. Vnde Deus Adā vnicam arborem prohibuit, omnes alias concessit. Gen. 2. & 3. Reg. 12. Populus inobediens factus fuit propter graue imperium Roboam.

De gradibus Obediētiæ.

CAP. IIII.

Bernardus septē gradus obediētiæ tēgit, quorū primus est liberè obedire. Quis gradū, vt ipse ait, nō potest ascendere qui voluntatē præcipiētis suā nō fecerit. Liberè obediēbat qui dicebat, Meus cibus est vt faciam voluntatē eius qui misit me. Ioan. 4. Aug. 10. lib. Conf. Optimus minister tuus est, qui nō magis inuenitur hoc à te audire quod ipse voluerit, sed potius hoc velle quod à te audierit. Bernardus: Quisquis occultè latagit, vt quod vult ipse, hoc ei prælatus iniungat, ipse se seducit, si forte sibi,

sibi,

sibi quasi de obedientia blandiatur. Nec enim in ea re ipse praelato, sed magis ei praelatus obedit. Paratum ad Domini voluntatem se ostendit Paulus dicens Act. 9. Domine, quid me vis facere? Bern. in sermonibus: Nec dubitum est quin ampliore gratiam mereatur, qui paratum se exhibet ante mandatum, quam qui obedire satagit post mandatum. requirit Dominus oblationes voluntarias. Exod. 35. Iste est sermo quem precepit Deus. Omnis voluntarius prono animo offerat primitias Domino. Dauid: Voluntarius sacrificabo tibi. Coacta sacrificia Deo non placet. Sed quidam sunt similes rusticis, qui dominis suis nullum seruitium volunt facere nisi coacti. Et notandum quod libenter obedire precipue laudabile est, cum graua iniunguntur. Vnde super illud 1. Reg. 15. Melius est obedientia &c. dicit gl. Greg. Sciendum quod obedientia aliquando si de suo aliquid habet, nulla est: aliquando minima est, si aliquid non habet. Cum enim locus superior imperatur, obedientia virtutes euacuat sibi, qui ad hunc proprio desiderio anhelat. Dum vero probra & contumelia imperatur, nisi hoc ex se ipso animus appetat, obedientie sibi meritum minuit, qui ad hanc uultus descendit. Hinc Moyses principatum populi humiliter recepit. Paulus autem audacter dicit, Ego non solum ligari in Ierusalem, sed & mori paratus sum. Et notandum quod obedientia in difficultioribus gratior est, quam inobedientia grauior. Inobedientia uero in facilioribus multum Deo displicet. Bern. de precepto & dispensatione in obedientia ratione haec generalis regula teneatur, ut in difficultioribus quibuscumque agendis obeditio gratior quam prauiotio grauior iudicetur, & in facilioribus minusque onerosis contemptus danabilior, quam actus laudabilior aestimetur. Aug. 14. lib. de Ciuit. Dei: In paradiso tanto maior inobedientia fuit, quanto illud quod preceptum est nullius difficultatis fuit. Vbi enim magna est inobedientiae poena proposita, & res a creatore facilis imperata, quisnam satis explicet quantum malum sit non obedire in re facili, & tanta potestatis imperio & tanto terresti supplicio? Secundus gradus est obtemperare simpliciter. Multos enim videmus secundum uerbum Bern. post precipiendum imperium multas facere quaestiones, quate, sapius ingeminare, unde hoc uenerit, quis hoc inuenit consilium, inde murmuratio, excusatio, simulatio, impossibilitates, aduocatio amicorum. In Psal. In auditu auris obediuit mihi, ut ostenderet uno eodemque momento processisse & imperantis imperium, & obsequium obsequentis. Ad simplicitatem obedientiae pertinet, non iudicare quid vel quate precipiatur. Bern. in libro de consideratione: Omnibus nobis in conuersionis initio multum

la magis virtus est necessaria, quā simplicitas humilis, & graui-
 tas verecunda. Ber. ad fratres de mōte Dei: perfecta obedientia
 maximē in insipiente est indiscreta: hoc est, nō discernere quid
 vel quare prācipiatur: sed ad hoc tantum niti, vt fideliter & hu-
 militer fiat quod à maiore prācipitur. Idē loquens de nouitio:
 Scultus fiat, vt sit sapiens: & hoc omnis eius sit discretio, vt in
 hoc nulla ei sit discretio: hęc omnis eius sapientia sit, vt in hac
 parte nulla sit ei. Idē in sermonibus: Rara avis in terris discre-
 tio: ideo discretionis locū fratres in vobis suppleat virtus obe-
 dientiæ, vt nihil plus, nihil minus, nihil aliter quā imperatum
 sit faciatis. Deut. 12. Quæ prācipio tibi, hęc tantū facias: nec ad-
 das quicquam, nec minuas. Cū Iulius Cæsar in perdomandis
 hostibus, quinq; annorū spatium sibi permissum transisset, licet
 gloriōse triumphasset, honor tamen debitus sibi denegatus est:
 nec urbē ingredi permissus est, eō quod vltra terminū sibi prā-
 fixum morā contraxisset. Deut. 12. Non facietis ibi quod nos hic
 facimus hodie, singuli quod sibi rectū viderur. Bern. super Cant.
 Quis vestri curam semel nobis credidistis, quid rursus de vobis
 nos intromittitis? Perfectē obediens debet se habere vt iumen-
 tū. Dauid: Vt iumentū factus sum apud te. Item: Deduxisti sicut
 oues populū tuū. Et iterum: Qui deducis velut ouem Ioseph.
 Simplicitatē obediētię multū amabāt antiqui patres in discipu-
 lis suis: ideo in principio nō prācipiebāt eis recta. Vnde in Vitis
 patrū, dixit quidā abbatī Pastori: Patres seniores nō loquuntur
 ab intio fratribus recta, sed magis distorta: & si viderint quia
 ea que torta sunt faciūt, iā eis non loquuntur nisi quod expedit,
 cognoscentes quoniā in omnibus obediētes sunt. Debent infe-
 riores audire mādata superiorū, quasi à Deo dicerētur. Mat. 10.
 Qui vos audit, me audit. Vnde sicuti nō discerneret, si aliquid à
 Deo eis prāciperetur, sed humiliter illud implet: sic non debet
 desceperare de mandatis prælati. Bern. Non te moueat magister
 imperitus, indiscreta potestas: sed memento, quia non est pote-
 stas nisi à Deo: & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit.
 Ad Coloss. 3. Serui obedite per omnia dominis &c. Et subditur:
 Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut domino, & non
 hominibus. Tertius gradus est hilariter obedire. Hilarē enim
 datorem diligit Deus. 2. Corin. 9. secundum verbum Bern. Sere-
 nitas in vultu, dulcedo in sermonibus multum colorāt obediē-
 tiam obsequentis. Nubilosa corporis compositio & facies tene-
 bris tristitia obfuscata deuotionem ab animo recessisse signifi-
 cat. Quis enim libenter imperat homini tristitiam efflanti. Ad

Ephe. 6. Omnia facite sine murmurationibus. Eccl. 35. In omni dato hilarē fac vultū tuum. Qui cum murmure obediunt, eum prava salsa Deū pascere volūt. In Psa. Dederunt in escā meā fel. Obediētia taliū est quasi obediētia dæmonum. Ad præceptum enim Christi exhibāt dæmonia à multis, clamantia. Qui sic obediunt, nō verē sunt obedientes, etsi dicantur esse. Matt. 27. Invennerunt hominē Cyrenā, nomine Simonē. Tales sunt vt magni lapides qui moueri nō possunt sine afflictione mouētis. Eccl. 10. Qui transfert lapides, affligetur in eis. Tales sunt vt rotæ carri nō solū in hoc quòd præ defectu vnctionis murmurāt, sed qui vnus alterū præcedere non vult: non faciam hoc dicit vnus, nisi ille idem fecerit. Eccl. 33. Præcordia fatui quasi rota carri. Tales sunt sicut imagines in ædificiis quæ sustinent columnas quæ in facie tristitiam ostendūt. Prælati cuius subditi cum tristitia de murmure obediūt, similis est illi qui haberet omnia mēbra infirma, quæ necesse haberet mouere, & nullū mouere posset sine dolore, qui esset in magna miseria. Prælati talis imperat illi, & ille affligitur, & contristatur, & ipse cum eo. Similiter imperat alij, & ille contristatur, & ipse cum eo, & sic qui obsequi debuerunt, offendūt. ad Hebr. 13. Obedite præpositis vestris, & obedite eis: ipsi enim perutiligant quasi rationē pro animabus vestris redditurū, vt hoc faciant cum gaudio, & nō gementes: hoc enim nō expedit vobis. Sen. in lib. de beneficiis: Ita à natura comparatū est: vt altius iniuriæ quàm merita descendāt: illa cito defluant, has tenax memoria custodiat. Quid expectat qui offert dum obligat? Satis aduersus eū gratus est, qui beneficio eius ignoscit. A simili possumus dicere, q̄ satisfacit Deus pro obediētia aliquorum, si affectionem quam ipsi faciūt superioribus suis eis ignoscit. ¶ Quartus gradus est, velociter obedire. Luc. 17. dictum est Zachæo, Festinans descende. Et subitur remuneratio: Hodie, inquit, salus huic domui facta est. Matt. 4. dicitur de Petro & Andrea à domino vocatis: Et illi cōtinuò relictis retribus secuti sunt eū. Et similiter subditur de Iacobo & Ioāne: Illi statim relictis retribus & patre secuti sunt eum. Hiero. Perfecta obediētia est sua imperfecta relinquere. Cantic. 5. Manus eius tornatiles. In Vitis patrum, Abbas Syluanus habebat duodecim discipulos, vni eorū nomen Marcus, quem præ cæteris diligebat propter bonū obediētiā, quod erat in eo. Cūmq; quidā dicerent eum, q̄ alij discipuli cōtristarentur ex hoc, ipse pulsauit ad ostium vniuscuiusq; vocās eum, & nullus exire voluit. Tandem vocatū Marcū ad eius ostiū, qui statim exiit, & Syluanus in quatuor

quem ille scribebat tēpore vocationis, literā vltimā imperfe-
ctā inuenit, quam post vocationem propter bonū obedientiæ
implere noluit. Tunc illi iudicauerunt eum magis esse diligen-
dum, eò quòd Deus magis diligeret eū propter bonū obedien-
tiæ. Item quidam Abbas seniori suo abbati debuit preparare pi-
scem, & apposuit cultellum & incidebat eum, & vocatus ab ab-
bate suo reliquit piscem semiscissum propter bonum obedien-
tiæ. Valde gratū solet esse principibus quum præcepta eorū ve-
lociter adimplentur. Prou. 22. Vidisti hominem velocem in ope-
re suo, coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. ¶ Quintus
gradus est, viriliter adimplere mandatum Bern. Manum tuam
insiste ad fortia, agendum est instanter, & constanter obedi-
endum. Nec inter asperitatem verberū tam regalis est semita re-
linquenda. Et loquitur de semita obedientiæ. Christus hanc se-
mitam etiā pro morte ignominiosissima relinquere noluit. Ad
Phil. 2. Factus obediens vsque ad mortem: mortē autem crucis.
Bernar. Memento fratres, Christus ne perderet obedientiam,
perdidit vitam. Idem: Putas obedientiæ fructū, quū subditus au-
dit obedientiam quam multis experierat votis, quum ei præci-
pitur quod redoleat dignitatē? Ecōtrario meritum assignat illi
obedientiæ quæ terret animum audientis, grauis ad audiendum,
grauior ad implendum, grauissima ad tenendum. ¶ Sextus gra-
dus est, humiliter obedire. Et subdit Bern. Magna virtus humi-
litaris, sine cuius obstaculo virtus fortitudinis non solum virtus
non sit, sed etiam in superbiam erumpit. Luc. 17. Quum feceritis
omnia quæ præcepta sunt, dicite, serui inutilis sumus: quod fa-
cere debuimus, fecimus. ¶ Septimus gradus est, indefinēter obe-
dire. Et subdit Bern. Perseuerantia singularis est filia summi re-
gis. Idem: Quid currere prodest, & ante cursus metam deficere?
Sic currite vt comprehendatis. 1. ad Corin. 9. Hi sunt septem gra-
dus scalæ quam vidit Iacob. Gen. 28. Hanc visionem vidit Iacob
dormiens in itinere, lapide supposito capiti. Gloss. Caput ponit
in lapide qui Christo inhæret mēte. Et secundū August. in itine-
re dormire, est in via huius seculi ab impedimento secularium
actionum quiescere. Beatus Benedictus & August. & alij sancti
qui religiones instituerunt, quum Christo corde adhæsisent, &
a carnis huius seculi quiescerent, spiritualiter viderunt visionem
illam. Scala ista obedientia est, cuius duo latera possunt intel-
ligi, paupertas voluntaria & continentia, vel abrenūciatio pro-
prij sensus & proprię volūtatis. ¶ Attendēda verò sunt quatuor
quæ de hac scala dicuntur. ¶ Primum est, quòd erat stans super

terram. In quo notatur rectitudo intentionis quæ debet esse in
 his qui viam obedientiæ aggrediuntur. Et excluditur per hoc
 macula intentionis terrenæ eorum qui habent terrenam inten-
 tionem in religione. Scala eorum nõ stat, sed potius iacet super
 terram: vel potius directa est ad infernum. Ecclesi. 4. Custodi pe-
 dem tuam ingrediens domum domini. Pedem, inquam, inten-
 tionis. ¶ Secundũ est, quod cacumen eius tangebatur cælũ. In quo
 figuratum est, quod conuersatio religiosorũ in cælis debet esse,
 vel quod immediatus transitus est in morte à via perfectæ obe-
 dientiæ in cælum. Parum enim vel nihil moratur perfectè obe-
 dientes in purgatorio. Et quia magni lucri est obedientia, ut
 prius ostensum est, & ideo sufficit hic soluere debita. Et quia
 vero obediente Christus viuit & operatur. ad Gal. 2. Viuo autem
 iam nõ ego: viuit verò in me Christus. Nec est verisimile, quod
 Deus sit in futuro eorum victor, quorũ hic est actor. ¶ Tertium
 est, quod Iacob vidit angelos ascendentes & descendentes per sca-
 lam illam. In quo insinuat, quod via obedientiæ vita angelica
 est. Siue enim descendant verè obedientes fratribus suis mini-
 strando, siue ascendant Deo assistendo in oratione, lectione, me-
 ditatione, ad modum angelorum voluntatem Dei peragunt. Ve-
 de quantum ad illos impletur orationis dominicæ petitio, Fiat
 voluntas tua sicut in cælo & in terra. Matt. 6. ¶ Quartũ est, quod
 dominus erat innixus scalæ. In quo insinuat, quod perfectæ
 obedientiæ se habet immediatè ad Deum. Nullum enim inter-
 uallum vel modicum est inter mortem verè obedientis & di-
 uinam visionem. In Psal. Tenuisti manũ dexteram meam, & in
 voluntate mea deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me. Esa. 63.
 Si auerteris à sabbatho pedem tuum & c. sustollã te super alti-
 tudinem terre, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Multum
 deberent incitare eos qui sunt in scala obedientiæ ad ascenden-
 dum viriliter, spes & desiderium videndi dominũ innixum sca-
 læ. Sicut quũ acclamatum est in obsidione alicuius castri, ali-
 lum habiturum centum libras qui primò intrauerit: spes & de-
 siderium tãti lucri facit aliquos per scalam ascendere, tenentes
 clypeos supra se, licet lapidibus desuper percussantur. Sic spes
 & desiderium, de quibus iam diximus, deberent facere vt homi-
 nes per scalam obedientiæ ascenderent: omnes aduersitates quæ
 occurrunt superando. Matth. 11. Regnum cælorum vim patitur,
 & violenti rapiunt illud. Item insinuat in hoc quod domi-
 nus erat innixus scalæ, quod ipse paratus est iuuare & cõseruare
 eos, qui viam obedientiæ aggressi sunt, quasi suos. Perfectè
 obediens

obediens
 fidelis f
 dum po
 mea po
 quod se
 domini
 do, & e
 volunt
 cob pol
 locus sa
 riam. S
 pter ho
 Deus r
 suo. Mi
 locis sa
 na Luci
 Dei, & p
 diantib
 propinc
 nem. Va
 mo Dei
 nem ali
 domus
 latronu
 scalam
 tent ho

E St
 quis ob
 nã obe
 ceruico
 re, & ill
 debere
 tia mo
 cum reg
 obedi
 do aut
 epistol
 le obed
 quã ex

obediens è proximo sequitur dominum. Vnde Dominus quasi fidelis socius vbi deueniunt ad locum difficile ad transeundum porrigit ei manum iuuans eum. In Psalm. Adhæsit anima mea post te : me suscepit dextera tua. Attendendum etiam est quod sequitur : Verè dominus est in loco isto, dicit Iacob. Deus dominum se exhibet verè obedienti, cum iuuando, conseruando, & ei prouidendo: & meritò, cum ille se exhibeat seruū Dei, voluntatem eius adimplendo. Item attendendum est quod Iacob postea dixit, Quam terribilis est locus iste? Terribilis est locus sanctus scilicet locus religionis, propter domini præsentiam. Sollicitè enim debet se habere qui sunt in religione, propter hoc quòd dominus præsens est. Hoc est vnum illorū quæ Deus requirit ab homine : scilicet sollicitè ambulare cum Deo suo. Michææ 6. Terrorem incurere deberet his qui peccant in locis sanctis, pœna illorū qui in locis sanctis peccauerūt: vt pœna Luciferi & Adam. Sequitur : Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Domus Dei dicitur religio: quia in verè obedientibus Deus habet dominium. Porta verò cæli est propter propinquitatem quam habet perfecta obedientia ad Dei visionem. Vt illis qui de porta cæli faciunt portam inferni: & de domo Dei, speluncam latronum: vt qui simoniacè intrant religionem aliquam, vel proprietarij sunt ibi. Matth. 21. Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum. Item: Vt illis religiosi qui de scala regni cælestis scalam faciunt confusionis, quorum peccata tanto amplius fecerunt hominibus, quanto ipsi sunt in gradu altiori.

De partibus Obedientie.

CAP. V.

EST obedientia reprehensibilis, & est obedientia cõmendabilis: Obedientia reprehensibilis est triplex. ¶ Prima est quam aliquis obedit creaturæ inferiori homine: vt pecuniæ. Ecc. 10. Pecuniæ obediūt omnia. ¶ Secunda est, cū ex remissione superioris & ceruicofitate inferioris accidit quod ille obedit qui debet imperare, & ille imperat qui debet obedire, cū scilicet ille est supra qui deberet esse infra, & membrū super verticē se extollit. Pro. 30. Per tria mouetur terra, & quartū quod nō potest sustinere, per seruum cū regnauerit &c. ¶ Tertia est, cū aliquis suo superiori in malo obedit. Gr. in Moral. Nunquā p obedientiā malū fieri. Aliquando autē debet bonū, quod agitur, per obedientiā intermitteri. Bern. in epistolis: Facere malū quolibet etiā iubete domino, cõstat nō esse obedientiā, sed potius inobediētiā. Gre. Caueāt subditi ne plusquam expedit sine subiecti, ne dū plusquam expedit studēt subiecti;

superiorum cōpellantur vicia venerari. Aug. Sic modus obedientiæ tenendus est, vt bonis in malo nō cōsentias, nec malis in bono non contradicas. ¶ Obedientia verò cōmendabilis quædã est necessaria, quædã abundãs vel perfecta. Necessaria est, vt quum aliquis obedit in his quibus tenetur obedire. Abundãs verò est, quum obediatur etiam in his in quibus non tenetur obedire. Bern. Subjectus huiusmodi, obedientiam quæ finibus cohibetur nouerit imperfectam: nam perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, neque cōtenta angustiis professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis. Idem ad perfectionem obedientiæ pertinet, nō solum facere quod iubetur, sed etiam sicut iubetur. Ber. Illum optimũ dixerim obedientiæ gradum, cum eo animo opus iniunctum recipit quo & præcipitur. Gen. 17. dicitur de Abraham. Et circumcidit carnem preputij eorum statim ipsa die, sicut præcepit ei Deus. Matt. 1. Exurgens Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus. Io. 14. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. ¶ Itẽ notandũ, quòd est obedientia quæ debetur ex natura: vt illa quæ debetur Deo. Act. 5. Obedire oportet Deo magis quã hominibus. Et illa quæ debetur patribus carnalibus. Ad Eph. 6. Filij obedite patribus vestris in domino, hoc enim iustum. Item ad Coloss. 3. Filij, obedite parentibus vestris, per omnia: hoc enim beneplacitũ est domino. Item est obedientia quæ nō debetur ex natura, sed habuit voluntatem principium sui, vel voluntatem liberam, vel nō liberam. Velut seruus domino. ad Coloss. 3. Serui, obedite per omnia dominis vestris. Voluntatem verò liberam sui principium habuit obedientia quam vxor debet viro, vel quam debet subditus prelati. ad Eph. 5. Mulieres subdite sint viris suis in omnibus. Gen. 3. mulieri dicitur: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. ad Heb. 13. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.

De his quæ aduersantur obedientiæ. Et de duodecim malis quæ propria voluntas homini facit.

CAP. VI.

Obedientiæ primo aduersatur proprius sensus, deinde propria voluntas. Sicut equus videns nō est idoneus circumire ad molã: sic qui habet propriũ sensum: nō est aptus voluntati obedientiæ. Deu. 12. Nō facietis ibi quod nos facimus hic hodie singuli quod sibi rectum videtur. Iudic. 17. In diebus illis non erat rex in Israël: sed vnusquisque quod rectũ sibi videbatur, hoc faciebat. Exemplum relinquendi proprium sensum, dedit Christus à matre sua in templo inuentus. Luc. 2. Descendit cũ eis: &

venit Nazareth, & erat subditus illis. Ber. Quis nō erubescat obstinatus esse in consilio suo, quando suū sapiētia ipsa deseruit? Proprius sensus, oculus est veteris hominis qui inimicus est Deo, & ideo erudendus est. ¶ De propria voluntate, notandū est, quod ipsa Deo multum displicet, diabolo multū placet, hominī multū nocet. Nec mirū si Deo multum displicet. Ipsa enim est, quæ Deo primo iniuriatur. Ipsa sola Deo aufert dominiū suū, & dat illud diabolo. Sicut enim obedientia efficit hūmānum seruum Dei: sic propria voluntas efficit eum seruum diaboli: ideo multū placet diabolo. Ecc. 18. Post concupiscentias tuas non cas, & a voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. ¶ Propria volūtas hominī multipliciter nocet. ¶ Primo aufert ei Deum. Bern. super Cant. Non dabit inobedienti copiam sui tantus obediētiæ amator, vt mori quā non obedire maluerit. ¶ Secundo beneficia Dei hominī subtrahit. Greg. Dignum est, vt ab eius beneficiis sit quilibet extraneus, qui eius nimirum iussionibus nō vult esse subiectus. ¶ Terriō, meritū euacuat. Esaiā 58. Quare ieiunauimus, & nō aspexisti? Et subditur: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Ber. super Cant. Grande malū propria voluntas, qua fit vt bona tua tibi bona non sint. ¶ Quarto, hominem excommunicat. 2. ad Thes. 3. Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne cōmisceamini cum illo. ¶ Quinto hominem furem efficit. Ille enim qui in religione est propriæ voluntatis, contractat rem alienā, scilicet seipsum domino inuito. Matth. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Luc. 14. Omnis ex vobis qui nō renunciauerit omnibus, quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. ¶ Sexto, reddit hominem maledictū. Deut. 28. Si audire nolueris vocem domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mādata eius, veniet super te omnes maledictiones istæ, & apprehendet te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreū tuum, & maledictæ reliquię tuę, maledictus fructus vētris tui, & fructus terre tuæ. ¶ Septimo, idololatram efficit. 1. Reg. 15. Quasi peccatum ariolādi est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Gl. Sola est obedientia, quæ fidei meritū possidet, sine qua infidelis quisque cōuincitur. Inobediēs negat Deum in quantum Deus est. Greg. in Moralib. Contra conditorē superbire, est præcepta eius peccando transcendere: quia quasi à se iugum dominationis eius excutit, cui per inobedientiam subesse contemnit. ¶ Octauo, hominē à dignitate deicit: vt patet in Saul, cui dicit

Samuel 1. Reg. 15. Quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus ne sis rex super Israël. ¶ Nono aduersarium homini suscitatur. 3. Aeg. 11. Fecit Salomon, quod non placuerat cori domino, & suscitauit dominus aduersarium Salomoni. ¶ Decimo, hominem confundit. Osee 10. Confunderetur Israël in voluntate sua. Esa. 45. Confundentur omnes qui repugnant ei. In hoc confunditur qui propriam voluntatem in religione sequitur, quia contrarium accidit ei illius, quod intendit. Quærit alicubi consolationem, & ex hoc postea habet maiorem desolationem, vel in tormentatione conscientiam, vel in punitione penitentiam, vel in infirmitate qua quandoque ex hoc sequitur. Qui plus vult facere voluntatem suam in religione, plus cogitur facere contra eam. Qui enim talis non habeat gratiam illam apud Deum vel homines quam habet verus obediens, multa non conceduntur sibi, quæ conceduntur vero obedienti. Jonas effugere voluit ut Dei voluntatem non impleret: impleuit tamen eam inuitus. Greg. Ecce Ianam fugitium Dei tempestas inuenit, fors ligat, mare suscipit, & quia authoris voci obedire reniritur, ad locum quod missus fuerat suo reus carcere portatur. ¶ Undecimo hominem affligit. Vnde Saul inobedientem malignus spiritus exagitat. 1. Reg. 16. Homo propriam voluntatis in religione animum habet inordinatum, & ideo affligitur. Aug. in lib. confessionum: Iussisti domine, & sic est, ut poena sibi sit omnis inordinatus animus. ¶ Duodecimo, hominem morte temporali & æterna dignum efficit. Deu. 17. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, morietur. Eiusdem 21. Si genuerit homo filium contumacem, qui non audierit patris aut matris imperium, & contumaciter obedire contempserit, lapidibus eum obruet populus. Iosue 1. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis quos preceperis ei, morietur. 2. Reg. 13. Vir Dei qui inobediens fuit orationi domini percussus est à leone. Ber. Quid odit Deus, aut quid punire præter voluntatem propriam? Cesset enim propria voluntas, & infernus non erit.

De errore illorum qui dicunt soli Deo obediendum esse, & non hominibus.

CAP. VII.

Falsitas huius erroris facile manifestari potest his, qui veteri testamentum recipiunt: quum in veteri lege præcipiantur occidi, qui imperio sacerdotis, vel principis, vel parentum inobedientes sunt. De primo habetur Deute. 17. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, morietur. De secundo Ios. 1. Qui contradixerit ori tuo &c. De tertio Deut. 21. Si genuerit homo fili-

lium

lã contumacem &c. Testimoniis etiã Noui testamenti falsitas
 dicti erroris manifestè potest ostèdi, ad Rom. 14. Omnis anima
 potestati⁹ sublimiorib. subiecta sit. Nõ enim est potestas nisi à
 Deo: quæ autè sunt, à Deo ordinatæ sunt. Itaq; qui resistit pote-
 stati, Dei ordinationi resistit: qui autè resistit, sibi ipsi dãnatio-
 nẽ acquirũt. ad Eph. 6. Filij obedite parentib. vestris in domino:
 hoc enim iustũ est. In eodẽ: Serui obedite dominis vestris carna-
 libus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut
 Christo. ad Col. 3. Filij obedite parentibus vestris: hoc enim be-
 ne placitũ est domino. In eodẽ: Serui obedite per omnia domi-
 nis carnalibus. ad Tirũ 3. Admone illos principibus & potestati-
 bus subditos esse. ad Heb. 13. Obedire prepositis vestris, & subia-
 cere eis. 1. Pet. 3. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter
 Deũ, siue regi quasi precellẽti, siue ducibus quasi ab eo missis. In
 eodẽ: Serui subditi estote in omni timore dominis, nõ tantũ bo-
 nis & modestis, sed etiã discolis. Præterea cõstat, q̃ Christus vo-
 luit apostolos esse loco sui, & vicẽ ei⁹ gerere: secũdũ illud Mar.
 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et e-
 iusdẽ 16. dictũ est Petro: Tibi dabo clauas regni cęlorũ, & quod-
 cunq; ligaueris sup. terrã, erit ligatũ & in cęlis: & quodcunq;
 solueris super terrã, erit solutũ & in cęlis. Itẽ eiusdẽ 18. Amẽ di-
 co vobis, quęcũque alligaueritis sup. terrã, erunt ligata & in cę-
 lo &c. Et. Io. 20. Accipitẽ Spiritũ sanctũ: quorum remiseritis pec-
 catã, remittuntur eis: quorũ retinueritis, retenta sunt. Obedien-
 dũ ergo fuit apostolis sicut Christo, tanquã eius vicariis. A simi-
 li ergo successoribus eorũ obediẽdũ est tanquã Christi vicariis.
 Si quis verò dicat, q̃ obediẽdũ fuit apostolis tanquã Christo,
 sed nõ eorũ successoribus: Ergo Christ⁹ recessit⁹ ab ecclesia nõ
 sufficienter ordinauit de ea, si non ordinauit de ea, nisi quandiu
 apostoli viuerent. Si rex Frãcię ierurus esset in peregrinationẽ, &
 poneret aliquem loco sui vsque ad certũ tempus infra quod sci-
 ter se non esse rediturum, ipse non sufficienter ordinaret de re-
 gno: ergo quũ Christus ascensurus in cælũ sciret se non esse re-
 diturum ad ecclesiam ante mortem apostolorum, si ipse solũ
 ordinauit qui essent loco eius dum apostoli viuerẽt, ipse nõ suf-
 ficienter prouidit ecclesiæ suæ. Relinquitur ergo q̃ successori-
 bus eorum obediendum sit, sicut & ipsis obediẽdũ fuit. Si quis
 verò dicat hominibus esse obediendum, sed tantum bonis non
 malis, parer primo hoc esse falsum ex verbis Christi, Matth. 23.
 Super cathedrã, inquit, Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: om-
 nia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite, secundum

verò opera eorum nolite facere. 1. Petri 2. Serui Subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discoloris. Præterea si tantum bonis esset obediendum, iudicium ecclesie nihil haberet certitudinis: nescitur enim quis bonus vel malus. Eccl. 9. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Item iudicium ecclesie nihil haberet stabilitatis. Ille enim qui est bonus in momento, potest fieri malus, & iam non ei est obediendum. Præterea sicut pictor scelus depingit statuam pulchram, nec ritium pictoris statuam deturpat, sic & prælatus malus potest facere præceptum bonum: nec est periculum his qui subiecti sunt, obediunt prælato malo in eis in quibus obediunt prælato bono. Ex quo prælatus malus habet potestatem. Omnis enim potestas à Deo est: & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. ad Roma. 13. Si vero prælatus malus præcipiat malum: tunc prælatus non est obediendum ei. August. super illud ad Roma. 13. Qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Si ille iubeat quod non debes facere, hic sanè contemnit potestatem timendo potestatem maiorem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte. Si quid iusserit curator, nunquid tibi faciendum est, si contra proconsolem iubeat? Rursus si quid proconsul iubeat, & aliud Imperator, nunquid dubitatur contempto illo illi esse seruandum? Ergo si aliud Imperator & aliud Deus iubeat, contempto illo obtemperandum est Deo.

De Disciplina. PARS XI. Quæ habet septem Capitula.

De ordine dicendorum de Disciplina. Et de diuersis acceptiombus huius nominis Disciplina. CAP. I.

DICTO de Obedientia qua redditur quæ debetur superiori, dicendum est de Disciplina, qua redditur quæ debetur inferiori, de qua hoc modo dicitur. Primo ponetur diuersæ acceptiombus huius nominis Disciplina. Secundo, tægetur de his quæ possunt incitare ad faciendum correptionem. Tertio, de his quæ possunt impedire. Quarto de modo corripiendi, vel corrigendi. Quinto, de his quæ incitare possunt ad libere recipiendum correptionem. Sexto, de diuersis partibus disciplinæ. Septimo, de erroribus circa disciplinam. Circa primū notandū, quod disciplina quandoque dicitur desiderium corrigendi inferiores, & sic videtur esse pars iustitiæ. Quandoque autem dicitur disciplina id quod adhibetur ad correptionem aliquorum. Sic sumitur ad Heb. 12. Filii misericordiam negligere disciplinam. In eodē: In disciplina perseverate. Item

si extra disciplinam estis &c. Quandoque autem disciplina dicitur affectus disciplinae sumpta secundo modo. Et sic videtur eam describere Cyprianus, dicens: Disciplina est morum ordinata correctio, & maiorum precedentium patrum regularum observatio. Item magister Hugo de sancto Victore: Disciplina, inquit, est conuersatio bona & honesta, cui parum est non malum facere, sed studet in his quae bene agit per cuncta irreprehensibilis apparere. Ber. in epistolis: Disciplina cervicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur lingua, gulam frangat: iram sedat, format incessum. Item magister Hugo de Sancto Victore. Disciplina est motorum omnium motus ordinatus & dispositio decens in omni habitu & actione. Disciplina sumpta primo modo poterit videri alicui idem esse quod zelus. Ad zelum primo videtur pertinere dolor de Dei contumelia, qui est quasi quaedam scissura cordis, quam interdum indicat vestium scissura. Secundo tabescentia, quae est quum dolor vehementior aut diuturnior fuerit. David: Super inimicos tuos tabescebam. Tertio ira per zelum, quae est appetitus vltiscendi Dei offensam: quae ira si inueterata fuerit, emittitur odium. De quo in Psal. Nonne qui oderunt te Domine oderam? Idem: Perfecto odio oderam illos. Perfectum odium ex quo inimicos Dei vsque ad dilectionem vel perfectionem persequimur, non habentes pacem cum eis quandiu sunt Dei inimici. Vel perfectum odium dicitur odium virorum perfectorum, quo peccata hominum, non homines odio habentur. Ambr. Qui habent zelum, omnes inimicos suos putant qui sunt hostes Dei, quamuis patrem, sororem, de omnibus dicunt inimici facti sunt mihi. Idem: Nemo grauior hostis omnium, quam qui omnium laedit authorem. Aug. Vnumquemque Christianum zelus domus Dei comedit. Non enim magis est domus tua quam illa ubi habes salutem aeternam. Si ergo in domo tua ne quid peruersum fiat satagis, in domo Dei ubi salus est proposita & requies sine fine, non debes pari, quantum in te est, si quid peruersum forte videris. Et notandum quod non videtur omnino idem esse zelus & ira per zelum. Bonus zelus est, ut ait glo. Aug. super illud Ioan. Zelus domus tuae. Feruor animi quo mens abiecto timore humano pro defensione veritatis attenditur, eo comeditur, quo quaelibet prava quae viderit, corrigere satagit, si nequit, tolerat & gemit. Ira vero per zelum est ira iusta. De qua gl. super illud Math. 5. Omnis qui irascitur &c. Iusta ira est mater disciplinae. Et super illud Iob 5. Virum stultum interficit iracundia, dicit Greg.

Greg.

Greg. Est ira per zelum, qua irasci sicut nostris, proximorum re-
roribus debemus. De hac ira etiam dicit gl. super illud Eccl.
Melior est ira risu. Hæc est ira qua vitii irascimur. Item nos
dum, quod super illud Ezech. 4. Sume tibi sartagine ferrea
dicit gl. Greg. Nullum maius sacrificium Deo est, quam zelus
animarum. Zelus Dei gloriam in hoc mundo defendit: zelus
carbo est quem de Seraphin accepit de altari cælesti, & tetigit
labia Esaie. Esa. 6. Nam non sunt digna prædicare verbu Dei
bia illa quæ hic carbo non tetigerit. In Psal. Mors in labiis
eorum, ubi litera communis habet, Gladius in labiis eorum. In
labiis quorundam verbum Dei quod deberet esse spiritus & vita
mors est. Propter enim defectum zeli, verbum Dei ita frigide
annuntiant aliqui, quod auditores eorum inde potius frigidantur
quam accendantur. Propter ignem istum dictum est de Eze.
Eccl. 48. Surrexit Elias propheta quasi ignis. Zach. 2. Ponam de-
ces Iuda sicut caminum ignis in lignis.

De his que possunt incitare ad faciendam correptionem.

C A P V T I I.

AD correptionem faciendam, notandū, quod ad hoc potius
incitare potest frequens admonitio sacre scripturæ. Mat.
18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum
solū. ad Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,
vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi. 1. ad Thes. 4. Rogamus
vos fratres, corripite inquietos. Prou. 24. Noli subtrahere
a puero disciplinam. Eccl. 7. Filij tibi sunt? erudi illos, & curam
illos a pueritia illorum Eiusdem 30. Tunde latera eius dum in-
fans est, ne forte induret & non credat tibi. In eodem: Doce
bellum tuum, & operare in illo, ne in turpitudine illius offendat
ad Ephes. 6. Educate filios vestros in disciplina & correptione
domini. Secundo exempla, & maximè exemplum Christi. De
cuius zelo habes Matth. 21. & Ioan. 2. Et in Psalm. Zelus domus
tuæ comedit me. Esa. 59. Opertus est dominus pallio zeli. In
Cant. 2. En ipse stat post parietem: ad modum scilicet zelatus
auscultatis. Exemplum zeli habes Exo. 32. in Moysen & Leuitis
dictam summentibus de idololatria Iudaici populi. Item Numer.
25. in Phinees, qui interfecit virum Israelitam cõeuntem cum
Madianitide: de quo dominus ait ad Moysen, Phinees filius
Eleazari auerit iram a filiis Israel, quia zelo meo cõmotos es
cõtra eos. Item 3. Reg. 10. in Iehu qui interfecit prophetas Baal.
Item 1. Machab. 2. in Matathia qui trucidauit Iudaum sacrifician-
tem idolis. ¶ Terrio vilitas ex correptione proueniens vige-
et

correctionis fructifera est. Vnde significata est per virgam illā
 quæ protulit flores & amygdala. Num. 17. Vtilitatem correctio
 nis in multis locis insinuat sacra scriptura Prou. 17. Melior est
 manifesta correctio, quàm amor absconditus. Et in eodem: Me-
 moria sunt vulnera diligentis, quàm fraudulēta odientis oscula.
 Eiusd. 28. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud
 eum, magis quàm qui per linguæ blandimēta decipit. Eiusd. 29.
 Virga atque correctio, tribuit sapientiam. Eccles. 7. Melius est à
 sapiente corripī, quàm stultorum adulatione decipi. Eiusd. 30.
 Qui diligit filium, assiduat illi flagella, vt læretur in nouissimo
 suo. Item in eodem: Qui docet filium suum, laudabitur in eo.
 Aug. ad Vincentiū: Non omnis qui parcit amicus est, nec omnis
 qui verberat inimicus. Melius est cum seueritate diligere, quàm
 cum lenitate decipere. Vtilius esuriēti panis tollitur, si de cibo
 substantiā securus negligebat, quàm esurienti panis frangitur, vt
 in iustitiā seductus acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui
 ebriaricum excitat, ambobus molestus ambos amat. Quis nos
 docet amplius amare quàm Deus? & tamen nos non solum doce-
 re soauiter, verum etiam salubriter terere nō cessat. ¶ Quarto,
 malū proueniens ex defectu correctionis. Quod in multis locis
 sacra scripturæ nobis insinuat. 1. Reg. 3. Suscitabo aduersus
 Hebi omnia quæ locutus sum super domum eius, eò quòd noue-
 rat indignè agere filios suos, & non corripuit eos. Et 3. Reg. 1.
 Adonias eleuabatur, dicēs: Ego regnabo. Et infra: Nec corripuit
 eum pater suus aliquando, quem occasione regni postea Salo-
 mon fecit occidi. Prouer. 13. Qui parcit virge, odit filium suum:
 qui autem diligit, instanter erudit. Eiusd. 29. Puer qui dimit-
 titur voluntati suæ, confundit matrem suam. Eccl. 22. Confusio
 patris est de filio in disciplinato. Eiusd. 41. De patre impio
 queruntur filij, quoniam propter eum sunt in opprobrium vel
 tormentum. Esa. 14. Præparate eius filios occisioni in iniquitate
 patrum eorum.

De impedimentis correctionis. CAP. III.

Quot sunt quæ solent impedire ne correctio debito modo
 fiat. Primum est, indiscreta humilitas. Aug. loquēs præla-
 tus: Cum necessitas disciplinae in moribus coercendis dicere vos
 dura verba cōpellit, si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis,
 non à vobis exigitur, vt à vobis subditis veniam postuletis, ne
 apud eos quos oportet esse subiectos, dū nimium seruatur hu-
 militas, regendi frangatur autoritas. Eccl. 13. Noli esse humilis
 in sapientia tua. ad Tit. 2. Hæc loquere & exhortare, & argue cū
 omni

omni imperio. ¶ Secundum est timor scandali. Veritas vitæ & doctrinæ vel iudicij propter scandalum dimittenda non est. Gal. 2. dicit Paulus: Quum venisset Petrus Antiochiam, in facie restiti ei: quia reprehensibilis erat. Matt. 18. quum diceretur Christo, Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt? Ille respondens ait: Omnis plantatio quam non plantauerit Pater meus, eradicabitur. Sinite eos, cæci sunt & duces cæcorum. ¶ Tertium est timor mundanus vel humanus. Contra quod legitur de Elia Eccl. 48. Nō pertimuit principem, nec superauit eum verbum aliquod. Et 3. Reg. 18. Dixit Elias ad Achab: Non conturbabo ego Israël, sed tu & domus patris tui. ¶ Quartum est, remissio. De qua exemplum habetur in Heli. 1. Reg. 1. qui remisse arguit filios suos, dicens: Quare facitis res huiusmodi quas ego audio? Quintum & sextum sunt austeritas & indiscretio. Contra quæ duo fuerunt in arca testamēti, virga, māna, & tabule testamēti. In virga intelligitur correptio. In tabulis, discretio. In māna mansuetudo. Contra austeritatem dicitur ad Gal. 6. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Contra indiscretionem dicitur Prou. 14. In ore stulti virga superbie. Septimum, est ira vel odium. Prou. 19. Spiritum ad irascendum facilius quis poterit sustinere? Eccl. 19. Est correptio mendax in ira contumeliosi. Videtur esse correptio, quod potius est corruptio vel conuiciatio. ¶ Octauum est, amor terrenorum. Vnde Gen. 4. dixit Cain: Nunquid custos fratris mei sum ego? Cain interpretatur possessio. Amator possessionum custodiam fratrum negligit, non attendens illud Eccl. 29. Perde pecuniam propter fratrem.

De modo faciendi correptionem. CAP. IIII.

Correptio procedere debet ex amore. Apocalyp. 4. Ego quos amo arguo & castigo. Sed sunt aliqui qui illos maxime volunt corrigere quos videntur non amare, quorum correptio ab iis quibus adhibetur, non reputatur correptio, sed hostilis persecutio. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse. Iesse interpretatur incendiū. De incendio amoris egredi debet virga correptionis. 2. ad Thes. vlt. Nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem. ¶ Item correptio debet fieri cura compassionis. Greg. Nequaquam iacentem erigit, nisi qui status sui rectitudinem per compassionem flectit. Aug. Duo sunt nomina homo peccator, quia peccator est, corripere: quia homo est, miserere. In Psal. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, sicut dicit glo. super illud Matt. 5. Beati qui esurunt & sitiunt iustitiam. Iustitiæ humus est misericordia. Iustitia sine misericordia.

misericordia, cæcus furor est. Zelus absque misericordia, est vt cæ-
 cus sagittarius qui intendens occidere feram, occidit hominē:
 sicut Lamech qui intendens sagittare feram, sagittauit Cain, &
 occidit eum iuxta traditionem Hebræorum. Ignis zeli ardere
 debet in oleo misericordiæ. Greg. super Ezech. Zeli sancti di-
 scitio de virtute misericordiæ necesse est vt ardeat. Ideo ne-
 cesse est eū qui habet alios corrigere, iugiter meditari propriā
 infirmitatē, vt in seipso discat quod alij portare possint. In Psal.
 Sciant gentes quoniā homines sunt. Ad Gal. 6. Considerans te-
 meripsum ne & tu tenteris. Eccl. 31. Intellige quæ sunt proximū
 ex teipso. Greg. Omnipotēs Deus idcirco principem Apostolorū
 permittit cadere, vt in culpa sua disceret qualiter aliis misereri
 deberet. Et de Christo legitur Esa. 53. Virum dolorum & scientē
 infirmitatem. Qui non didicit pati disciplinam, nescit eam in
 alios exercere. Quidā religiosi habētes abbatem tortorem cru-
 delissimum, inexperum disciplinæ quā in alios voluit exercere,
 coegerunt eū sedere per mentem inter fratres, & agere se tāquā
 simplicem fratrem: quē quotidie proclamantes, & egregiē verbe-
 rantes, tandem restituerunt eum sedi suæ, dicentes, Ecce per mē-
 sem fuisti in scholis disciplinæ: & non solū audisti doctrinam
 disciplinæ, sed etiam sensisti: non erat mirum si nesciebas quod
 non didiceras: sis memor eorum quæ didicisti, alioquin tibi re-
 memoracionem faciemus ipsorum. Qui didicit ex his quæ pas-
 sus est disciplinam. Sunt multi qui alios durē volunt corrigere,
 sed tamen nolentes corrigi, quorum morbus est. Noli me tæge-
 re, solo Deo curabilis, cum omnem tactum humanum fugiat.
 Item correptio fieri debet in mansuetudine. In Psal. Superuenit
 mansuetudo, & corripiemur. Sen. Vitia animi sicut vitia corpo-
 ris leniter sunt tractāda. Amb. super Lucam: Plus proficit amica
 correptio, quā accusatio turbulēta. Illa pudorem incutit, hæc
 indignationē mouet. ad Gal. 6. Vos qui spirituales estis, huius-
 modi instruite in spiritu lenitatis. Zelus sedet quasi in fornace
 vel iuxta fornacem, scilicet vim irascibilem: vnde de facili emi-
 cant scintillæ iræ quibus turbatur oculus mentis. Cato: Impe-
 dit ira animū, ne possit cernere verum: Et super illud Iob 5. Vi-
 rum stultū iterificat iracundia. dicit Grego. Ira per zelū turbat.
 Ipse nāque zelus rectitudinis dum aciem mentis agitat, turbat.
 Ideo viri sancti iram sentientes super sedere volūt correptioni,
 donec ira cessauerit, & tranquillitas in mente facta sit, imitari
 volētes illū cui dicitur Sap. 12. Tu dominator virtutis cum trā-
 quillitate iudicas. Iac. 1. Ira viri, iustitiā Dei nō operatur. Dioge-
 nos

nes cū esset iratus seruo suo, ait: iam te, nisi iratus essem, reberibus enecassem. In hominibus iracundis non exilit scintilla de fornace vis irascibilis, sed flamma totum vorans: & quos zelo sancto cōperant, furore consummant. In eis opus sanctum quod zelus sanctus tenebat, ira rapit & sibi vendicat. Scintilla verò ira, etsi aliquid turbationis oculo mentis ingerat, non tamen opus sancto zelo inceptum sibi vendicat. Simile inuenitur in viro qui ex iustitia vult reddere debitum vix cuius operi dupliciter potest se ingerere voluptas: vel sic vt opus iustitiae non auferatur: vel ita vt id totū sibi rapiat: vt licet solo voluptatis amore consummetur. ad Galat. 3. Sic stultus estis, vt cum spiritu cōperitis, nunc carne consum memini: simile etiam accidit in illo qui ex charitate incipit dare elemosynam, cui vana gloria duplex potest se ingerere. Simile etiam accidit in eo qui ex deuotione inchoat iter Ierosolymitanum, & intrat in cor eius cogitatio de negotiatione ibi crescenda, quae cogitatio dupliciter potest se ingerere vt prius. In correptione secretò faciendā est, si culpa sit occulta. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripue eum inter te & ipsum solum. Si verò culpa sit manifesta, manifestè faciendā est. 1. ad Timoth. 5. Peccantes corā omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. Isid. Manifesta peccata non sunt occulta purgatione purganda: palām enim arguēdi sunt, qui palām nocēt, vt dū aperta obiurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerunt, corrigantur. Dum vnus corripitur, plurimi emendātur, necesse est vt pro multorū saluatione vnus condēnetur, quān per vnus licentiam multi periclitentur. Ita erga delinquentem sermo est preferendus, sicut eius qui corripitur ex postulat salus. Item in correptione attendendus est status personarum quae corriguntur, quia non sanat oculū quod sanat calcaneū. Cū veterano parces agendum est: vt ait Sen. 1. ad Tim. 5. Seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. In correptione etiam seruanda est modestia. Tenendum est enim medium inter remissionem & indiscretum zelum. 2. ad Tim. 2. Seruum Domini oportet esse patientem, & modestia corripientem: qui non possunt cum benignitate corrigi, terrore sunt corrigendi. Aug. ad Bonifaciū: Quidam dirigit pudore & liberalitate liberos reuere satius esse credo, quā metu. Et subdit Aug. Hoc quidē verum est. Sed sicut meliores sunt quos dirigit amor: ita plures sunt quos corrigit timor. Isid. Quiblando verbo castigatur, & nō corrigitur, acri⁹ necesse est vt arguatur. Cū dolore enim abscindēda sunt, quae leniter sanari nō

possunt. Qualis debeat esse zelus, ostendit Bernar. super Cantic.
 Zelū, inquit, tuū inflammet charitas, informet scientia, firmet
 cōstantia, sit feruidus, sit inuictus, sit circumspectus. Idē: Quo ze-
 lus feruidior, vehemētiōr spiritus, prouisiōrque charitas, cō vigi-
 lantiori opus est sciētia, quæ zelū supprimat, spiritum tempe-
 rer, ordinet charitatem. Sunt qui zelū habēt non secundū scien-
 tiam, ad Rom. 10. qui vulgariter vocantur homines sine capite,
 belluina rabie fauientes in peccatores, cōiūtiis eos dehonestan-
 tes, non medicos, sed hostes se exhibentes, quantū in eis est iu-
 diciū Dei euacuantes, dum omnia hic vindicare volūt. Si entm
 hic omnia vindicarentur, vt ait Aug. locum diuina iudicia non
 haberent. Ipsi officium dāmonū, quod est torquere, diligenter
 facerent, si potestatem haberent. In ore eorū personant hæ vo-
 ces diabolicæ, crucifigatur, cōfundatur, deponatur, & eiciatur.
 Potestas eorum est, vt gladius in manu furibūdi: vix ab ore eo-
 rum auditur, corrigatur. Ipsi solū vrere notunt, & secare: omni
 agritudini ignem, & ferrum adhibere volunt, ignorantes quōd
 omniū medicamentorum saluberrimum est sapientia. Sap. 9.
 Per sapientiam sanati sunt, quicunq; placuerunt tibi ab initio.
 Eiusdē 16. Nec herba, nec malagma sanauit eos: sed sermo tuus
 Domine, qui sanat omnia. Peccatores (vt ait Dionysius) tan-
 quam cæci manuduendi sunt. Tullius: Vndique fulciendi sunt
 qui cunant, erigendi sunt, qui ceciderūt, & sanandi qui vulnerati
 sunt, non nouo vulnere transigendi. Qui zelum indiscretum
 habent, similes sunt illis, qui reficiūt veteres patellas, qui fora-
 men vnū volentes obstruere, vno ictu mallei multa faciunt, vel
 illud augent, vel patellam omnino confringunt. Videntur tales
 credere, q̄ omnia vasa sint malleabilia, cum tamen fictilia, vel
 vitrea malleatione potius cōfringantur. Corruptio est vasorum
 spiritaliū confractorum refectio. Eccle. 21. Cor faui quasi vas
 contractum. 2. ad Timo. 2. In domo magna sunt vasa, nō solūm
 aurea & argētea, sed etiā lignea & fictilia. Hi correptionem ho-
 minum facile desperāt, ad male sentiendum de hominibus fa-
 ciles, ad bene sentiendum difficiles. Hi peruersum ianitorē cor-
 dibus suis præfecerunt, qui mala fratrum tam facile permittit
 intrare, bona verò vix vel rarò. Opinione malam semel de ali-
 quo conceptam vix aut rarò deponunt, contra muscas, vel puli-
 ces gladio magno impugnare volunt, similes cuidam, qui dum
 musculā, quam videbat super caput alterius volitantem securi
 intentaret percutere, excerebrauit eum. Multoties dum tales li-
 gna peccatorū intendunt cadere, fugit securis manum eorum.

ferrumque lapsum de manubrio proximum occidit. Deute. 19. Gloss. Spiritualiter ligna succidimus cum delinquentium vitia pia intentione ressecamus. Securis manum fugit, cum increpatione in asperitate sese pertrahit: ferrum de manubrio profilit, cum de correptione sermo durior exit. Tales zelatores pro medicina venenum propinant Iob 20. Panis eius in utero eius vertetur in fel aspidum. Tales similes sunt cuidam fatuo qui rectissime volens procedere sine ruina domorum, non poterat per ciuitatem incedere. Tales spiritualiter multos corruere faciunt. In tempestate & turbine sunt via eorum. Naum 1. Prou. 10. Quasi tempestas transiens non erit impius. Ipsi similes sunt pugilibus qui incedentes per medium pressuræ, alios impellunt, alios concitant, alios impediunt à gressu, & maledictionem multitudine post se relinquunt. Sic in quacunque congregatione tales conuersati fuerint post recessum, vel decessum, querelas vel maledictiones relinquunt. Hi periculosè ambulat inter ventres pregnantium. Quis enim aborsus enarret factorum propositorum, quos faciunt, & suffocationes tenerorum partuum? Tales in principe demoniorum eiciunt dæmonia, & in satana satana expellunt: si tamen expellunt, & non potius introducunt. Intradum enim credentes se expellere spiritum luxuriæ, non expellunt eum, sed latere cogunt, introducetes cum eo spiritum mendacij, & simulationis, & iræ, & odij. Vnde opportunitate inuenta exeunt vitia, vt bestia de cauernis cum multitudine nouorum viriorum. Et est error nouissimus peior priore. Et procedunt quandoq; depositiones habentium zelum indiseretum, vel etiam mors eorum multum attendenda esset, in correctionibus infirmitates corrigendorum, & potestas correptoris, & an stragem multorum operetur correptio, vel saltem paucoorum. Erubescenda est medicis spiritualibus timoratio medicorum corporalium, qui adeo sollicitè canent, ne medicina eorum alteri sit mortis occasio. Deridenda est quorundam iustitia, qui ne amittant de iure suo valens denarium. parati sunt centum mareas expendere. Timendum est, ne zelum aliquorum inanis gloria concitet, vt accidit cuidam, qui vt iustus iudex appareret proprium filium pro leui delicto decollauit. mercator iniquissimus, qui morte filij sui vanam laudem iustitiæ comparauit. Zelus iste indiseretus procedere solet ex inexperientia disciplina in seipsis, & ex ignorantia propriæ infirmitatis & alienæ, & amore inanis gloriæ. Talibus nõ est danda potestas, vt enim, vt gladius in manibus furibundi. Ipsi ad instar dæmoniorum

num quocunque introeunt, incensum post se dimittunt. Qui
 verò habet zelum discretum, medicos corporum imitantur mor-
 bos spirituales persequentes, salutem verò agrotum quærentes.
 Non irascuntur medici corporum patientibus, imò consolantur
 eos, & ad tollendum horrorem medicinæ prius eam degu-
 stant. Item dicit Augustinus de Salvatore: Calicem, inquit, pas-
 sionis bibit medicus prius, ne illum abhorreret agrotus. Non
 puniunt qui habent zelum discretum homines, secundum meri-
 ta, hoc Deo relinquunt: sufficit eis, ut faciant eos penitere: pu-
 niunt ut emendent, ut qui peccauerunt humiliter, misericordiæ
 totaliter se tradant. Tales officium tortoris diabolo & ange-
 lis eius relinquunt: tales sic secant putrida, ut sana illa sãq; re-
 linquant. Sic herbas pestiferas euellunt, ut salutes non lædant.
 Sic zizaniam extirpant, ut tritico læsione non inferant. Qui-
 dam habentes zelum, non secundum scientiã, sic horros abba-
 tiarum suarum nobilium purgauerunt ab arboribus infructife-
 ris, ut ferè ibi nullam relinquerent. ¶ Et notandum, quòd cum
 parere & punire sint contraria, & contrariorum eadem sit disci-
 plina, qui nescit parere, nescit punire. ¶ Et notandum quòd si-
 cuti zelum indiscretus reprehensibilis est, ita & remissio est re-
 prehensibilis. Bern. in epistolis: Non irasci vbi irascendum est,
 nolle emendare peccatum est. Plus verò irasci, quàm irascendum
 est, peccatum peccato addere est. Remissio ipsa est, ut somnolen-
 tia in rectore navis. Prou. 25. Eris sicut dormiens in medio ma-
 ris, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Isidorus pralatũ
 negligentem dormienti assimilat, de cuius manu baculus ca-
 dit pastoralis. Et pictores pingunt ipsam accubentem in ca-
 thedra super cubitum, somno grauatam, & cadentem de manu
 eius baculum pastorem. Item remissio pigritiæ in agricola as-
 similatur. Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per
 vineam viri stulti, & ecce totum replerant vitiæ, operue-
 rant superficiem eius spinæ. Remissio est velut defectus latratus
 in cane gregem seruante. Esa. 56. Canes muti non valentes la-
 trare. Item defectus gladii in custode. Esa. 62. Super muros tuos
 Ierusalem constitui custodes. Cantico. 3. Inuenerunt me custodes
 ciuitatis. Item est defectus buccinæ in speculatore. Ezech. 33. Si
 speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit bucci-
 na, & populus non custodierit se, veneritque gladius, & tulerit
 de his animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sangui-
 nem autem eius de manu speculatoris requiram. Sunt qui re-
 missionem misericordiam reputant, cum tamen potius sit ex-

delitas. Misericorditer agitur cum phrenetico, cum ligatur, & a desiderijs suis nociuis compescitur: & cum eo qui in igne est, per capillos inde extrahitur, si aliter extrahi non potest. De ore lupi infernalis violenter extrahedi sunt homines. Amos 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremū auriculæ: sic eruentur filij Israël. Iob 29. Conterebam malas iniquas & de dētibus illius eripiebam prædam. Mala diaboli sunt vitia & peccata. Eadem dentes etiā possunt dici. Ecce 21. Dentes leonīs, dentes illius. Item extrahendi sunt homines ab aquis deliciarum, etiam inuiti antequam ibi submergantur. ¶ Et notandum, quod qui habet correptionem facere, nō de se, sed de Deo, debet cōfidere, & orationi debet instare, cum solius Dei sit hominem corrigere. Ecclesia. 7. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. Considera, &c. id est, discerne qua opera sint propria Dei, & soli virtuti eius possibilis, & inter ea inuenies illud, quod nemo possit, &c.

De his quæ possunt incitare ad libenter recipiendum correptionem vel disciplinam.

C A P. V.

Sequitur de his quæ incitare possunt ad libenter recipiendum correptionem vel disciplinam. ¶ Ad quod potest valere, nō multiplex admonitio Sacrae scripturae. In Psal. Apprehendit disciplinam, nequando irascatur dominus. Prou. 3. Disciplinam domini, fili mi, ne abiicias. Et eiusdem 4. Tene disciplinam, & ne dimitras eam. Hebr. 13. Noli negligere disciplinam. Item in disciplina perseverate. ¶ Secundo utilitas ex disciplina, vel correptione proveniens. Pro. 29. Virga atq; correptio tribuit sapientiam. Et eiusdem 12. Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. Disciplina vel correptio placet sapientibus, & in eis proficit: insipientibus verò displicet, nec proficit in eis. Eccl. 10. Vir prudēs & disciplinatus nō murmurabit correptus. Prou. 9. Argue sapientem, & diliget te. Et eiusdem 25. Nō amat pestilens eum qui se corripit. Et eiusdem 9. Qui arguit impiū, sibi maculam generat. Eccl. 1. Peruersi difficile corriguntur. Peruersus est, qui intellectu & affectu à bonitate auersus est. Eccl. 32. Homo peccator vitabit correptionem, & ad voluntatem suam inueniet comparationem. Prou. 17. Plus proficit correptio apud prudentē, quā centū plage apud stultum. Eiusdem 32. Si contuderis stultum in pila, quasi prifanas desuper feriete pilo, nō auferetur stultitia eius. ¶ Tertio malū prouenit ex eo, quod disciplina vel correptio abiicitur. Virga enim correptionis in colubrum vertitur. Qui enim hic non corrigitur, in futuro...

futuro à serpētibus infernalibus punietur. Exo. 4. Proiecit Moy-
 ses virgam, & versa est in colubrum. Pro. 15. Qui increpationes
 odit, morietur. Et eiusde 39. Viro qui corripiētem se dura cerui-
 ce cōtemnit, repentinus superueniet interitus. Eccl. 19. Qui odit
 correptionē, minuetur vita. Vita inquā triplici, scilicet naturā,
 gratiā, & gloriā. Homo qui est sine disciplina, terrens adharet
 de æternis non curās. Iob 17. Cor eorum longē fecisti à discipli-
 na, propterea nō exaltabuntur. Glo. Qui per disciplinam mini-
 me custodire vitā student, semper per desideria in imis iacent.
 Qui sine disciplina est, in periculo est. Pro. 15. Qui abiicit disci-
 plinam, despicit animam suam. Sicut carnem despicit, qui eam
 non vult sale cōdire. Putrescit enim qui contemnit disciplinā,
 & per consequens abicit omne bonū. Sap. 3. Sapientiam & di-
 sciplinam qui abiicit, infelix est. Fugiunt enim eū omnia bona.
 Talis diabolo multū assimilatur, qui incorrigibilis est. Eccl. 21.
 Qui odit correptionē, vestigium est peccatoris. Diabolus pecca-
 tor dicitur antonomasticē. Cui multū assimilatur qui odit cor-
 reptionē: vt vestigiū valde simile est pedi. Et notandum q̄ lau-
 dabilius est correptionē libenter accipere, quā audacter face-
 re. Aug. ad Hiero. Cū satius sit à tenendo itinere in nullo quā
 in aliquo declinare: multò tamen est mirabilius & laudabilius
 libetè accipere corrigenē, quā audacter corrigere deuiantem.
*De partibus disciplina. Et primò de Ieiunio, & eius commendatio-
 ne: de speciebus eius, & de his quæ debent ipsum comitari.*

CAPVT VI.

Et disciplina ad omnes pertinens, scilicet disciplina proprij
 corporis Et est disciplina pertinens ad eos, qui præ sunt ceteris
 hominibus. ¶ Prima multiplex est, vt ieiunium, asperitas
 vestium, durities lectorum, peregrinatio, vigiliæ, disciplina ver-
 borum. Secunda verò duplex est. Quædam spiritualis, cūm sci-
 licet delinquentes feriuntur gladio spirituali, quæ specialiter
 pertinet ad prælatos ecclesiæ: quædam verò materialis, cūm
 scilicet delinquentes feriuntur gladio materiali, quæ maxime
 pertinet ad principes terrenos. Omissis alijs partibus disciplinæ
 prosequemur de Ieiunio. De quo scriptura sacra multum lo-
 quitur, & quòd magnæ efficacis est. Ieiunium, vt ait Ildorus
 in libr. Etymolog. est parsimonia victus; abstinentiæque cibo-
 rum. De illo hoc modo dicemus. Primò commendationi eius
 insitemus. Secundò, agemus de speciebus eius. Tertiò tan-
 gemus de his quæ debent concomitari ieiunium. ¶ Circa pri-
 mum notandam quòd ieiunium multipliciter est commen-

dabile. ¶ Primò exēplis. Specialiter exemplo Moyſi qui ieiunauit X L. diebus, & X L. noctibus. Exo. 34. Item exemplo Elię, qui ſimiliter ieiunauit X L. diebus, & X L. noctibus. 3. Reg. 19. Itē exemplo Chriſti, de quo Mat. 4. Et cū ieiunaſſet X L. diebus, & XL. noctibus, poſtea eſuriit. ¶ Secūdo ob hoc quod dicitur eſſe fundamentum virtutum. Hieron. Ieiunium non eſt perfecta virtus, ſed eſt cæterarum virtutum fundamentum. ¶ Tertio, à multiplici ſuo effectu. Ieiunium rectè factum Dei miſericordiã impetrat. Vnde Ionã 3. Facto ieiunio miſeratus eſt Dominus Niuiitis. Itē gratiã Dei conſeruat. Eſa. 30. Dabit tibi Dominus panem, & aquã breuiem, & nõ faciet à te autolare doctore tuum. Item ad intelligentiã & ſapientiã iuuat. Daniel. 1. Tollite Maſas cibaria, & vinum potus eorum, dabatque eis legumina. Pueris autē his dedit Deus ſcientiã & diſciplinã in omnibus & viſionum. Exo. 34. Moyſes XL. diebus ieiunã, legem ſuſcepit. Et Dan. 10. poſt ieiuniũ audiuit ab angelo, Tu ergo animaduerte viſionem ſermonis, & intellige. Eſaia 28. Quē docebit ſcientiã, & quem intelligere faciet auditũ? Ablactatos à lacte, lacte ſcilicet temporalis conſolationis. Item ieiunium cõſolationem Dei & angelorũ meretur. Vnde poſt ieiunium Domini, acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei. Mat. 4. Cornelio ieiunante, & granti apparuit angelus. Act. 10. Et 3. Reg. 19. legitur de Eliã quod ieiunauit X L. diebus & X L. noctibus, & venit ad montem Dei Horeb, vbi Deus cū eo locutus eſt. Item meretur quoadque materiale refectionem a Deo. Sicut enim teſtatur Hieron. Paulus p̄imus eremita ſemper ieiunauit, quouſq; ſibi panis de cælo mitteretur, qui duplicatus eſt cū ad eũ veniſſet Antonius. Cui ille: Eia frater comedamus, duplicata eſt nobis annona. Itē ieiuniũ carnẽ vincit, quę eſt hoſtis familiaris. Hier. ſup. Marcũ Ieiunio paſſiones corporis, oratione ſanandę ſunt peſtes mētales. Marc. 9. Hoc genus dæmonũ in nullo poteſt eiici & exire, niſi in oratione & ieiunio. Sicut ait quidã diabolus: Plus cõfidit in adiutorio carnis, quã in alio: quia plus nocet domesticus hoſtis. Ipſe baculo noſtro nos cædit, & manus proprio cingulo ligat, caro quã data eſt nobis in adiutoriũ. ſit nobis in iniuriã & in ſcandalum. Ber. Grauis luſta eſt & grande periculũ aduerſus domesticum hoſtem pugnare, maxime quũ nos adueniſſumus. Et ille ciuis. Hoſtem iſtum fugere nõ poſſumus, nec fugare: cõtere ferre neceſſe eſt, quoniam alligatus eſt mihi, perimere nõ licet, ſuſtentare cogor hoſtem meum, aduerſus me nutritio. Et nota

dum est dignos irrisione illos esse qui dicunt se carnem non posse vincere, quum homo posset ei ieiunando vincula subtrahere. Nō est castrū adeò forte quod nō possit expugnari, si possint ei victualia subtrahi. Nec est pugil adeò fortis q̄ etiā à debili vinci non possit, si fortis necesse habet tenere dietam quam debilis voluerit, nec est ignis adeò magnus, quod non deficiat si ligna subtracta fuerint. Prouerbio. 26. Quum defecerint ligna, extinguetur ignis. Ille qui per impatientiam se excusat de hoc, quod à carne sua vincitur, potest Dominus dicere illud, quod dixit Abraham Saræ conquerenti de ancilla sua, Genes. 16. Ecce, inquit, ancilla tua in manu tua est: vtete ea vt liber. Itē ieiunium diabolus ab homine expellit, sicut fames cogit lupū exire à nemore. Ieiuniū ponit diabolus in arido, vbi requiem non habet. Matth. 12. Cū immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & nō inuenit. Diabolus admodum piscis habitat in locis humentibus. Iob 40. Ipsi. Immundi spiritus ibi se magis immittunt, vbi plus viderint escæ & porum. Sed per ieiunium diabolus poni debet in loco sicco, vt ibi interficiatur: secundum consilium Raphaëlis. Tob. 6. dicens ad Tobiam minorem de pisce magno, qui stabat ad deuorandum eum vt extraheret eum de aqua: quo facto, cepit palpitare ante pedes eius, & qui prius stabat ad deuorandum, tunc de facili est occisus. Sic diabolus de facili occiditur in hominibus per ieiuniū. Ambrosius: Vides quanta est vis ieiunij, vt ieiunus homo spū suo terrenū serpētē interficiat: multo fortius ergo spirituales serpentes. Iudith 13. Post ieiunium amputauit caput Holofernus. Et filij Israël post ieiunium & fletum vicerunt illos de tribu Beniamin. Iudic. 12. Item ieiunium de corpore nostro sacrificium Deo facit in odorem suauitatis: Rom. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam vāuentem, sanctam &c. Eccle. 24. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Suavis odor myrrhæ est ieiunij placētia. Valet etiā ieiunium ad corporis sanitatem. Vnde dicitur in medicina, q̄ abstinentia est summa medicina. Eccle. 37. Qui abstinens est, adiciet ad vitam. Item valet cōtra aduersitates. 1. Esdræ 8. Ieiunauimus, & rogauimus Dominum, & euenit nobis prosperè. Quantum ieiunium placeat Deo, figuratum est Gene. 21. Vbi Abraham fecit grande conuiuium in ablactatione Isaac. Ieiunium mensa Christi hominem dignum efficit. Bernardus in sermonibus: Non est magnum si ieiunet in Christo, qui sessurus est ad mensam patris cum eo. Lucæ 6. Beati qui nunc esuritis, quoniam sa-

turabimini. ¶ Sequitur de speciebus ieiunij. Notandum est ergo quòd triplex est ieiunium, scilicet ieiunium à peccato, ieiunium à cibo, & à temporali gaudio. De primo dicit Hieronymus. Tunc præclara est apud Deum abstinencia corporis, quum animus ieiunat à vitiis. Quid enim prodest tenuari corpus abstinencia, cuius animus intumescit superbia? Isidorus: Qui à cibis abinent & pranè agunt, dæmones imitantur, quibus esca nō est, & nequitia semper est. Esa. 58. Quate ieiunauimus, & nō asperxit. Et subditur respōsio. Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, &c. ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Gl. Homo interior vescitur carnibus draconis, qui datur esca populo Æthiopum. Et post: Nunquid tale est ieiuniū quod elegi? Nōne hoc est magis ieiuniū quod elegi? Dissolue colligationes impietatis. ¶ Ieiuniū à cibo triplex est. Aliud enim est detestabile, aliud laudabile, aliud indifferēs. Ieiunium indifferens est, quando homo ieiunat causa infirmitatis vel indigentia solum. Detestabile est, vt hypocritis, vel auaris, qui ieiunāt vt parcat ventre, vel gulosis, qui ieiunant vt postea melius comedant. De ieiunio hypocritarum dicitur Mat. 6. Quum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Chryl. Si quis ieiunat, & tristè se faciat, hypocrita est: quanto iniquior est qui nō ieiunat, sed in facie sua arguentis quibusdam pingit venalem pallorem. Qui ieiunant propter laudē humanam, multū sunt fatui. De hoc enim quod vni hosti subtrahunt, scilicet carni, duos hostes pascunt, mundū scilicet, & diabolū. Ieiunant enim vt pascant oculos hominū. Puluete etiam vanæ gloriæ pascunt diabolū. Esa. 65. Serpentis puluis panis eius. Auari etiam fatui sunt, qui proprio ori subtrahunt, quod in ore diaboli ponunt. Os diaboli est bursa auaritia. Hiero. Sit ieiuniū non marsupij lucrum, sed facieras animarū. ¶ Tertio, ieiunio ieiunāt illi quorum Deus venter est, ad Philip. 3. qui imminente solennitate Dei sui, scilicet ventris, faciunt ieiunium vigilia. Gre. in Pastoral. Nō Deo, sed sibi ieiunant, si ea quæ ad tempus ventri subtrahit, non inopibus tribuit, sed venter postmodum offerenda custodit. ¶ Ieiunium laudabile describit Hieronymus, dicēs: Sint pura, casta, simplicia, & nō superstitiosa ieiunia. Pura, vt homo sit absque mortali. ad Ro. 12. Oblat vos p misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē, sanctā, &c. Qui in mortali ieiunat: corpus suum velut cadauer mortuū Deo offert. Casta vt bona intentione fiat. Simplicia vt nō querat homo delicias. Hierony. Qui Christum desiderat, non curat quàm pretiosis ciuis steruus efficiat. Isido. Spernit

tar ieiun
qui delicia
dunt vna
lem gran
duos ob
suum ho
minis, so
ietunia e
molestia
laudabil
epimum
isfacien
habet, or
corpus n
nihil mi
Dei hon
in suo co
it. Ad ta
quum iei
nar, qui p
largitur.
ae, & ex
sectū &
eat, & in
ieiunāt,
sa sectar
pariui. S
Tob. 3. di
piscenti
leuitate
na, & spi
ieiunio &
De elec
nium si
debet ex
sarium e
tio, debe
tione In
Apud m
lud, Tu

tur ieiunium, quod in vespere deliciis compensatur. Sunt quidam qui delicatiora volunt habere quam ieiunant, etiam plus comedunt una vice, quam comederent duabus, si non ieiunaret. Qui talem gratiam videntur facere Deo, qualem facit ille qui dat alicui duos obulos pro denario. Tales videntur velle parum gravare suum hospitem, scilicet carnem, qui soluenda carni duobus terminis, soluunt termino uno tempore medio. Non debent etiam ieiunia esse superstitiosa. Hiero. Quid prodest oleo non vesci, & molestias quas sua difficultatesque aliorum querere? Ieiunium laudabile tres habet species, scilicet ieiunium bonum, melius & optimum. Ieiunium bonum est, quando cum charitate est, ad satisfaciendum Deo pro peccatis. Ambrosius: Qui charitatem non habet, omne bonum amittit quod habet. 1. ad Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ieiunium melius est quando aliquis ieiunat ad Dei honorem, & proximi utilitatem, ut scilicet Dei contumeliam suo corpore vindicet, ut pauperibus tribuat quod sibi subtrahit. Ad tale ieiunium monet Dominus Matth. 6. dicens: Tu autem quum ieiunas, unge caput tuum, &c. Gl. interlinearis: Deo ieiunat, qui pro eius amore se macerat, & quod sibi subtrahit, alteri largitur. Optimum ieiunium est quando homo ex una parte abstinet, & ex altera parte bona agere non cessat. Isidorus: Hoc est perfectum & rationale ieiunium, quando noster homo exterior ieiunat, & interior orat. Sunt aliqui qui nihil boni possunt facere quum ieiunant, sed ludunt ne sint otiosi. Bernardus: Pro vitando otio otiosa sectari, ridiculum est. Ieiunant a gaudio temporali viri contemplativi. Sic ieiunabat qui dicebat, Renuit consolari anima mea. Tob. 3. dicebat Sara: Mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia: nunquam cum ludentibus me miscui, neque cum his qui in levitate ambulant participem me praebui. ¶ Sequitur de his que concomitari debent ieiunium, quae sunt tria, Oratio, eleemosyna, & spiritualis letitia. De primo, Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere. De eleemosyna dicit Aug. in quodam sermone: Tale est ieiunium sine eleemosyna, qualis sine oleo lucerna. Homo primum debet exicari ab aquis deliciarum per ieiunium. Secundo, necessarium est oleum pietatis quod pertinet ad eleemosynam. Tertio, debet applicari Deo a quo debet illuminari, quod fit in oratione. In his tribus est iustitia hominis, ut dicit gl. sup illud Ps. Apud me oratio Deo vitae meae. De letitia dicit glossa super illud, Tu autem quum ieiunas, unge, &c. Caput, inquit, ungit, qui

spirituali læticia intus pinguescit. 2. ad Cor. 9. Hilarem datose
diliget Deus.

*De erroribus circa disciplinam. Et primò de errore illorum qui dicunt
nullum esse excommunicandum. Et de errore illorum qui dicunt
maleficos non esse puniendos.*

C A P. V I I.

Primò tangitur de errore illorum qui dicunt nullum esse
communicandum. Secundò de errore illorum qui dicunt
maleficos non esse puniendos pœna temporali. ¶ Primus error
videtur posse inniti his testimoniis sacre scripturę. Legitur Luc. 6. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Peccant ergo sacerdo-
tes qui excommunicationis sententiam ferendo homines iudicant. Item ad Ro. 2. Inexcusabilis es, ò homo omnis qui iudicas.
In quo enim iudicas alium, te condemnas. Item ad Ro. 12. Benedicite & nolite maledicere. Peccant ergo sacerdotes qui homi-
nibus maledicunt. 1. ad Cor. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Item 2. Pet. 3. Non reddentes malum pro malo. Ad quod monemur exemplo Christi 1. Pet. 2. Cum malediceretur, non maledicebat. Item Eccle. 21. Quum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Si diabolus maledicendus nõ est, multo fortius homines non sunt maledicendi. ¶ Ad primum dicendum est, quòd est iudicium iustum, & est iudicium iniustum. Iudicium iniustum prohibitum est, iudicium verò iustum non est prohibitum: inò Christus monet ad illud Ioan. 7. Nolite, inquit Christus Iudais, secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. De manifestis concessum est nobis iudicium, de occultis non. 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. 2. ad Tim. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant. Quòd apostoli habuerint potestatem iudicandi, ostendi potest ex eo quod dictum est Petro, Matt. 16. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Item eiusdem 18. Quæcunque alligaueris super terram, erunt ligata & in cælo. Et Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. 1. ad Corinrh. 5. ostendit Apostolus se iudicasse Corinthium fornicatorem: Ego, inquit, absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicavi, vt præsens, eum qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu, tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini

domini nostri Iesu Christi. Itē eiusdē 6. An nescitis quoniā san-
 cti de hoc mūdo iudicabunt? Et si à vobis iudicabitur mundus,
 indigni estis qui de minimis iudicetis: Nescitis quoniā angelos
 iudicabimus? Ad aliud dicendū est, quòd ecclesia non reddit ma-
 lum pro malo, nec malum optat quum aliquem excōmunicat.
 Excomunicatio enim medicinalis est: nec est mala, nisi mali-
 tia pene: sicut medicina amara dicitur mala, quum verò bona
 sit, eo quòd sit morbi expulsiva. Excommunicatio est ad hoc vt
 homines salubriter confundantur & cōuertantur. Psalmogra-
 phus: Impie facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum
 domine. Augu. Quicquid facit vera & legitima mater ecclesia,
 etiam si asperum amarumque sentiat, nō malū pro malo red-
 dit, sed expellendū malum iniquitatis, bonum disciplinæ appō-
 nit, non odio nocendi, sed dilectione sanandi. Item Augu. Me-
 lius timor capitis dolet quum curatur, quoniam dum ei parci-
 tur, nō sanatur. Ad illud verò Eccl 21. Quum maledicit impius
 diabolum, &c. Dicendum est quòd verbum illud intelligēdum
 est quantum ad illos qui ad sui excusationem maledicunt dia-
 bolo imputātes ei peccatum suum. Sicut Heus peccatum suum
 serpenti imputare voluit, & per consequens authorem serpētis
 latenter accusauit. ¶ Authortatem excommunicandi vel maledi-
 cendi, habet ecclesia ex diuersis locis scripturæ sacræ: vt ex
 Matt. 18. dicente domino: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut
 ethnicus & publicanus. Et eiusd. 21. Maledixit dominus siculneq̃
 fructū non ferēt. Et Act. 8. dicit Petrus Simoni Mago: Pecunia
 tua tecum sit in perditionem. Et in 1. canonica Io. Si quis venit
 ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite hunc recipere in
 domum, nec aue ei dixeritis. 1. ad Corin. 5. Si quis frater nomina-
 tur, & est in re vos fornicator, aut adulter, aut auarus, aut ido-
 lis seruicus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cū huiusmo-
 di nec cibum capere. In eodē: Nescitis quòd modicum fermentum
 totam massam corrumpit? Expurgate verum fermentū. Itē:
 Auferte malū ex vobisipsis. Eiusdē vlt. Si quis non amat do-
 minum Iesum Christum, sit anathema. Item ad Galat. 1. Si quis
 vobis euangelizauerit præter id quòd accepistis, anathema sit. Itē
 1. ad Timot. 1. Ex quibus est Hymeneus & Alexander, quos tra-
 didi satanæ, vt discant non blasphemare. Sicut ovis morbida à
 grege separatur, ne grex ex ea inficiatur: & sicut membrum in-
 firmum & corruptum abscinditur, ne cætera membra per illud
 corrumpantur: & sicut humores prauis à corpore educuntur,
 ne infirmitatem corpori inducant: sic homines pestilentes
 ab

ab ecclesia per excommunicationem separandi sunt, ne ex parte
corrūpant. Aug. Mali Christiani sic sunt in corpore Christi, sicut
modo humores mali quando euomūtur, tunc releuatur corpus
sic & mali quādo exeunt, tūc ecclesia releuatur, & dicit, Ex
exierunt humores isti, sed non erant ex me.

¶ De errore illorum qui dicunt maleficos non esse puniendos p[er]
temporalis

Sequitur de errore illorū qui dicunt maleficos nō esse puni-
dos p[er] p[œ]na temporali, maximē morte. Qui error videtur posse
niti his testimoniis scripturæ sacre. Legitur Gen. 1. Quicumque
effuderit sanguinē humanū, funderetur sanguis illius. Nulli ergo
licet effundere sanguinē humanū. Itē Exo. 20. Non occides
verbū assumit domin⁹ Mat. 5. Deut. 32. Mea est vltio, &c. Ecce
18. Nolo mortē peccatoris. Itē Matt. 10. Ego dico vobis non res-
istere malo. In eodē: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Et
nō licet fratri irasci: ergo non licet eū occidere. Itē in eodē. Diligite
inimicos vestros, benefacite his qui oderūt vos. Et eodē. Mat.
13. in parabola de zizaniis superfeminatis dicūt serui: Vis imus
& colligim⁹ ea: Et ait paterfamiliās: Nō, ne fortē colligētis zizania,
& eradicetis simul & triticū. Sinite vtraq; crescere vltiq; ad
messē. Item Luc. 6. Nolite condemnare, & nō condēnabimur.
ad Rom. 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date
locum iræ. Scriptum est enim, Mihi vindicta. Et 1. Ioannis 1.
Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam
omnis homicida non habet vitā æternā in se manentem. Mat.
26. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Item Ierem.
8. Dimisit dominus in pace mulierem deprehensam in adul-
terio. ¶ Ad primum dicendū, quod illa sententia domini Gen. 1.
Quicumq; fuderit sanguinē humanū, funderetur sanguis illius
& illud Matt. 26. Omnes qui acceperint gladium, gladio peri-
bunt, potius ostēdunt, si quis diligētē inspiciat, aliquem quā
neminem debere occidi. Quum enim sententia domini indubi-
tante sit iusta: Quicumque sanguinem humanum iniuste fun-
det, iustum est vt sanguis eius effundatur: & qui gladiū iniuste
accipit, iustum est vt gladio pereat: ergo in aliquo casu sangui-
humanus iuste effunditur, & homo iuste gladio perit. Et licet
quum paterfamiliās prohibet ne quis accipiat de vino alicuius
doliij sui, non est intentio sua vt non accipiat cui ipse de illo
dederit, vel cui ipse hoc iusserit, sed ne hoc aliquis sua aucto-
ritate accipiat. Sic quum dominus dixit, Non occides, nō fuit
intentio sua vt non occideret in casibus illis in quibus ipse hoc
præcepit

praeceperet: sed ne aliquis occideret aliquem propria authorita-
 te. Vnde post illud verbum, Nō occides, dominus in eodem li-
 bro in multis casibus praecepit occidi. Illud autem Deuterono.
 Mea est ultio: verum est quum ultio sumitur de aliquo in prae-
 senti, auctoritate enim Dei sumitur, & intentio sumentis debet
 esse, Dei contumeliam vel offensam vindicare. illud autem
 Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, &c. de morte aeterna potest
 poni. De morte etiā temporali, verum est quod Deus non vult
 mortē quandoque peccatoris, quā praevidet corrigendū esse, &
 misericorditer expectat ipsum ad poenitentia: mors verò illius
 peccatoris qui sibi nocet peccatum peccato addendo, & alios
 labuerrando & corrupendo, de cuius correctione spes non
 habetur, indubitanter videtur sibi & ecclesiae Dei inutilis esse.
 Ad illud verò Matt. 5. Ego dico vobis nō resistere malo, & illud
 ad Rom. cap. 12. Non vomeriplos defendentes charissimi, dicen-
 dam est quod loco & tempore potest aliquis & debet non resi-
 stere malo, & non defendere se, vt fiebat in primitiua ecclesia
 quando per miracula & passiones sanctorum ecclesia nouella
 plantanda erat. Loco etiam & tempore potest homo resistere ma-
 lo, & se defendere: aliter enim nisi ecclesia defenderet se ab infi-
 delibus, posset ab eis occidi: & sic periret honor & cultus diui-
 nus. Luc. 22. ait dominus: Qui nō habet, vendat tunicam suam
 & emat gladium. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic:
 quibus dominus, Satis est. Si nō habet ecclesia gladiū materialē,
 sed solum spiritualē, dicendū fuit, Nimis est: & non fuit dicen-
 dum. Satis est. Præterea Paulus voluit vt malo resisteretur, quū
 ipse voluit milites armatos se perducere ad Felicem praesidem.
 Act. 23. Luc. verò 6. vbi dicitur. Nolite condemnare: prohibetur
 condemnatio inordinata: vt cum incerta est culpa eius qui con-
 demnatur. Ad illud verò 1. Ioan. 1. Omnis homicida non habet
 vitam, &c. Dicendū est quod non reputatur homicida qui praece-
 pto Dei hominē occidit: sed qui odio vel desiderio vindicandi se
 hominem vult occidere. Vnde Matth. 15. De corde exeunt cogi-
 tationes malae, homicidia, &c. Tunc ergo homicidiū iudican-
 dum est, quādo ex corde & volūate propria procedit. Ad illud
 verò Matth. 13. Non: ne fortē colligentes zizania, eradicetis si-
 mil cum eis & triticū. Sinite vtraque crescere vsq; ad messem.
 dicendū quod dominus non dixit hoc nisi vt parceretur tritico:
 ergo noluit parci zizaniis in tritici detrimentum: ergo quando
 non potest eis parci sine tritici detrimento, noluit eis parci: vbi
 ergo crescunt zizania & suffocāt triticum, noluit zizaniis par-
 ci.

ci. Et hoc etiã obseruant rustici in agris propriis. Vbi enim vident zizaniã vel alias herbas noxias quas possunt eradica-
re ne tritici dãno, crescere in agris suis, & credunt nisi fuerint eradicatæ triticum suffocari, diligenter faciunt eas eradica-
re. In agro verò domini pertinaciter contendunt eradicationẽ in eodẽ simili casu nullo modo debere fieri. Nec mirum, cum ipsi zizania sint, & sententiam mortis timeant. Si quis verò dicat: quod hi qui sunt zizania possunt fieri triticũ, hoc verum est: sed hoc est incertũ, an futuri sint triticũ: sed certũ est quod triticũ suffocant, quia simplices subuertũt. Rarã videmus hæreticorũ ob-
uersionem: sed frequentem bonorum subuersionem. Ideo bonum conuersionis rarum & valde incertum & valde difficile, non debet proponi damno magno & frequenter accidenti: ne dum vana spe paucis parcitur, irreparabilis multitudo perdat. Hoc enim esset acsi paucis lupis in medio gregis existentibus, gregem lacerãtib, parceretur, quia forte Deus illos oves aut agnos faceret. Et paucos leprosos dimitteremus in medio populi corrupẽtes eum, quia forsitan Deus illos sanabit. Facilius rabies lupina sanit in gregem, quã manus uerbo ouis transeat in lupos, & cõttagium lepræ facilius à leprosis deriuatur ad sanos, quã à sanis sanitas ad leprosos. Quod autẽ sit licitum in aliquibus casibus hominem occidere, manifeste potest ostẽdendi his testimoniis sacre scripturæ quæ sequũtur. Luc. 19. Inimicos meos qui noluerũt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Matth. 22. Missis exercitibus perdidit homicidas illos. Rom. 14. de illo qui habet potestatem. Dominus minister est, vindex in iram ei qui malum facit. Luc. 13. de ficulnea sterili terram occupante: Succide, inquit, illam: vt quid etiam terram occupat? Matth. 18. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proiice abs te. Ergo ecclesia abscindenda debet membrum, quod corrumpit cætera membra. Tullius. Sicut quaedam membra amputantur si languere & tanquam spiritu carere cœperint, noceantque reliquis partibus corporis: ita ista in figura hominis feritas & inhumanitas belluæ à communi humanitate segreganda est. Iac. 2. Abraham pater vester nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filiũ suũ super altare? Ergo Abraham placuit Dgo, quia ad præceptũ eius voluit occidere filium suum: ergo qui præcepto domini hominem occidit, non peccat. Item 1. ad Tim. 2. Obsecro primũ omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, omnibus qui in sublimitate

constituti

constituti sunt, vt quietē & tranquillā vtram agamus. Volebat ergo Paulus q̄ oraretur pro principibus qui gladiū habēt materiale, quo defendunt ecclesiā, & seruant pacem in ea. Ergo nō est malū q̄ ipsi vtātur gladio materiali. ad Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo. Et paulò post: Dei minister est tibi in bonū. Si enim malū feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Luc. 3. Interrogabāt milites Ioannē Baptistā, dicentes. Quid faciemus & nos? Et ait illis. Neminē concutiatis, neq; calūniā faciat, & cōtenti estote stipēdiis vestris. Nō dixit, Militiā relinquite, stipēdia eorū refutate. Ipse docuisset eos decipere duces, si stipēdia eorū reciperēt, & cū necessitas esset bellū non facerent: non enim debet stipēdia recipere qui non vult militare. Vnde beatus Martinus imperatori rectē respondit: Donarium tuū, inquit, militaturus accipiat. Itē: Petrus occidit Ananiā & Sapphirā Act. 5, ergo licitū est occidere. Si quis dicat quod occidit verbo, & non gladio, quā vis est in hoc quomocunq; eos occiderit, ex quo occidit? ¶ Rationibus etiam multipliciter potest ostendi quod liceat in casu hominem occidere. Primo sic. Aut paruuli sunt erudiendi & corripiēdi saltem leuibus flagellis, aut non. Si non, ergo dimittendi sunt omnibus vitiis, & minus curandū est de eis quā de equis & asinis. Si vero paruuli corripiēdi sunt, multò magis adulti, cum malicia eorum magis sit noxia. Item cōstat quod bruta de puteis vel cisternis extrahuntur, si in illa ceciderint, secundum illud Luc. 14. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Multo fortius ergo homines etiam inuiti à periculis corporalibus extrahendi sunt. Si sic raro occurritur morti corporali: quanto magis occurrēdū est morti spirituali? Item si furiosi sunt recludendi vel ligandi, ne sibi vel aliis corporaliter noceant: multo fortius mente insani cohibendi sunt, ne se spiritualiter occidant. Si verò homines pro leuibus culpis leuiter sunt puniendi, si culpa augeatur, augeri debet & pœna: ergo cum culpa augeatur vsq; ad homicidium, pœna etiam poterit vsque ad homicidium augeri: vt scilicet pro iniusto homicidio quod aliquis commisit iustē occidatur. Item aut mors corporis est pœna omni culpa maior, aut non. Si sic: ergo Deus male infixit eam pro comestione pomi vetiri. Si non: ergo aliqua culpa puniēda est morte corporali. Itē si homicidiū iniustum est puniēdum, aut erit puniēdum morte temporali, aut pœna minore. Si morte temporali, ergo licet aliquem occidere, si pœna minore, aut in infinitū minore, aut nō. Si sic: ergo nul-

lius

lius cōparationis erit id quod patietur qui peccauit ad id quod intulit. Vnde talis erit iustitia, vt si quis dānificasset aliu in mille millibus librarum, & puniretur amissione vnus festucae. Si vero poena minori, sed non in infinitum, tale est acsi dānificasset proximum in tribus marcis, & puniretur in vna. Itē qui Deum impugnat beneficio ab eo recepto, meretur illud beneficium amittere: ergo qui vita sua à Deo accepta Deū impugnat, meretur vitam aeternā amittere. Itē si mors aeterna est infligenda pro aliqua culpa, quanto magis temporalis? Præterea nōne contra Dei inimicos est pugnandum quādiu rebellāt, vel saltem repugnādum quādiu impugnāt? ergo si impugnent vsq; ad mortem corporis, repugnādum erit eis vsq; ad mortē. Vel si nō est repugnādū, fugere debet tota ecclesia, vel permittendū est quod tota occidatur, & quod cultus Dei destruatut vt corporibus impiorū parcatut. Patet ergo quod heretici sub specie pietatis honorem Dei & religionē volūt destruere. Ipsi sunt pij in lupos, & crudeles ouibus & agnis. Matt. 7. Attēdite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimētis ouiu, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ipsi pij sunt in fures & alios maleficos, crudeles vero innocentes. Item si verbo contradicendū est hereticis, nō est ratio aliqua quare manus potius debeat esse exempta, quā lingua quin pro Deo pugnet. Itē si bestia, vt lupi, leones & serpentes exterminandæ sunt pro salute corporū: quāto fortius spirituales bestia pro salute animarū? Et est conueniens similitudo, habito respectu ad venenum pseudoprædicatorum. Tullius: Quid interest, vtrum ex homine se conuertat quis in belluā, an sub hominis figura immanitatem gerat belluā: Item hereticus in ecclesia est vt ouis morbida in grege: vel in mēbrum cancerosum cancro incurabili corpore: ergo quod faciēdum est de oue pro grege, & de membro canceroso pro corpore, hoc faciēdum est de heretico pro ecclesia. ¶ Et notandū quod de illis specialiter videtur faciēda iustitia qui negant iustitiam faciēdam, tanquā de manifestis hostibus iustitiæ. Secundū eos enim iustitia humana, est iniustitia. ¶ Si quis verò dicat hereticos esse occidendos à Deo, non ab ecclesia: ergo ecclesia exponenda est, & sine defensione dimittēda. Præterea dicit dominus Luc. 14. Perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius. Magister vero noster Deus est, ergo si Deus hereticos occidit, nō est contra perfectionē bonitatis humanæ hominē occidere. Præterea quæ causa volunt tantū heretici parci corporibus malou à morte? Si propter spem correptionis, vbi non est spes correctionis, illi debet

debet cessare hæc falsa pietas. Si verò propter pretiositatē vitæ corporis, propter maiore pretiositatē animarū non erit eis parcendū. Præterea Manichæi, qui dicūt corpora esse à diabolo, non habent quid respondeāt. Destrūenda enim erūt à filiis Dei, cum sint opera diaboli. Qui sunt hui⁹ erroris, sub specie pietatis ipsis corporibus nocent. Reprobi enim qui amplius vivēt, amplius in futuro puniētur. Addendo enim peccata peccatis, cumulat supplicia suppliciiis, etiā quantū ad corpus, & qualibet pars suppliciorū infernaliū maior viderur esse supplicio mortis corporalis. Itē licet concupiscentia rei alienæ sit prohibita: tamē qui alienā se iniuste vsurpat, iuste re sua priuatur. Ergo in simili licet homicidiū sit prohibitū, tamen qui iniuste occidit, iuste occiditur. Itē cum nemo habēs mentē bene dispositā, dubitet in rebus ceteris ab homine corruptiva esse auferēda: quare heretici in solis hominibus hoc nō recipiunt? Ad quod potest dici, quōd fures & alij malefici nō libenter dant sententiā contra seipsos, & nullus credit eis, si asserāt maleficos nō esse puniēdos. Ira heretici non libenter dicūt sententiā quam vident contra se esse: imō dicunt maleficos iniuste occidi. Sed nō est fides eis in hoc adhibenda. Hier. super Esaiā: Non est crudelis qui crudeles iugulat, sed crudelis paciētib⁹ esse viderur. Nā latro suspensus patibulo crudelis iudicē putat. Cū heretici sint intrinsecus lupi rapaces. Mat. 7. Ipsi bene vellent, q̄ non essent canes in grege domini, qui eos à grege arcerēt. Item si nō est distinguendū circa hoc præceptum, Nō occides, quia Euangeliū nō distinguit: ergo occidere semper est mortale peccatū: ergo mortaliter peccat, qui pulicē occidit.

De æquitate, & Pietate prout Tullius & Macrobius eam diffiniunt.

PARS XII.

Dico de Obedientia quæ est respectu superioris, & Disciplina, quæ est respectu inferioris, dicendum est de æquitate quæ est respectu paris. Et est æquitas amor æqualitatis in his in quibus debet esse æqualitas. Æqualitas virtus est valde rara. Ideo potest dici semita. Prou. 4. Ducā te per semitas æquitaris. Hanc semitā tenet vera sapientia. Prou. 8. Meum est consiliū & æquitas. Et notādum q̄ æquitas multū valet ad spiritualis ædificii firmitatē. Sicut ædificium corporale firmū est, si habeat lapides æqualiter dispositos, si verò sint lapides inæqualiter dispositi, minatur ruinā. Sic cōgregatio vbi æquitas seruat, stabilis est: vbi verò deest æquitas, stare nō potest. In Psa. Mirabile repletū in æquitate. Itē æquitas facit ad corporis mystici decorem & sanitatem. Sicut in corpore humano inæqualitas membrorum

qua debent esse aequalia facit deformitatē, & cum mittuntur
 mores inaequaliter ad mēbra ad quae aequaliter debēt mitteri in-
 ducunt infirmitatē. Ita in congregatione inaequalitas magnā fa-
 cit indecentiā, & in his qui abundant ea quibus alij indigēt, ge-
 nerat superbiam quasi quoddā apostema, vel aliam infirmitatem.
 Virtus aequitatis valde necessaria est his qui sunt in aliqua so-
 cietate. Si enim hęc virtus desit, volūt esse domini qui debet
 esse socij, & super alios se exaltāt volētes se prae ceteris ho-
 norari: vel se cū grauiamine aliorum dilatant, volentes abun-
 danter habere ea quibus alij indigēt. Sene. in lib. de Beneficijs.
 Quidā cum illi op. virtutē, & rempublicam bene gestam, tātū
 agri sibi decerneretur, quantum arando vna die circumire pos-
 set. Non est, inquit, opus eo ciue, cui opus sit plus quam vni ci-
 ui. Et subdit, Quanto maioris viri putas respuisse munus, quam
 meruisse? Multi enim fines alij abstulerūt, sibi nemo contulit.
 De quibusdā congregationibus verum est illud Esa. 59. Aequitas
 non potuit ingredi. Et inuentur in eis quod dicitur vulgare,
 quod licet omnes sint fratres, tamē nō omnes scutella sunt ho-
 rores. Econtrario de filio Dei facto fratre nostro dicitur Heb. 1.
 quod debuit per omnia assimilari fratribus, vt misericors fieret.
 Et notabiliter dicitur, Vt misericors fieret. Qui enim abundan-
 ter habent, nesciunt per experiētiā quid sit indigētia, nec com-
 patiūtur socijs indigentibus. Itē aequitas valde necessaria est di-
 spensatoribus. Si enim desit hęc virtus, dant abundanter propi-
 quis & familiaribus quod dandū fuit indigentibus, & palant
 oculos diuitū de his quae subtrahūt necessitati pauperū. Gen. 31.
 secundū quandā literā: Nōne si rectē offeras, non autem rectē
 diuidas, peccasti? dispensatores etiā quando bonis dant, si pro-
 pter gratiā vel consanguinitatē non rectē diuidūt, peccant. Ben.
 Clamant nudi, clamāt famelici, & cōqueruntur. Et ponit verba
 conquerentium: Nobis fame & frigore miserabiliter laborā-
 bus, quid cōferunt tui mutatoria in perticis extensa, vel plicati
 in manticis? Nostrū est quod effūditis, nobis crudeliter subtra-
 hitur quod inaniter expenditis. Idē loquēs de ecclesia malignan-
 tium: De sumptibus, inquit, egenorū seruit oculis diuitū: inue-
 niunt curiosi quo delectentur, & non inueniunt miseri quo so-
 stententur. Item necessaria est valde virtus aequitatis mercato-
 ribus, vt in ponderibus & mēsuris nihil iniquum faciāt. Leuit.
 19. Statēra iusta, & aequa sint pōdera, iustus modus aequusq; serua-
 tus. Pro. 11. Statēra dolosa abominatio est apud Deū, & pondus
 inaequum volūtas eius. Item necessaria est valde iudicibus, vt sint
 accepti

acceptione personarū inter partes cōtrarias aequalitatem seruēt. Deut. 24. *Æquū iudiciū sit inter vos, siue peregrinns, siue ciuis peccauerit: quia ego dominus vester.* Sicut Deus nō est acceptor personarū, Act. 10. ita vult. quod iudices qui iudicādo vices eius agūt, non sint acceptores personarū. Iac. 2. *Fratres mei, nolite in personarū acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi.*

¶ *De pietate.*

Sequitur de Pietate prout Tullius & Macrobius de hac loquuntur. Est autē pietas, vt ait Tullius, per quam sanguine coniunctis patriarūq; beneuolis officiū & diligēs tribuitur cultus. Ad pietatē sic sumptā ipsa natura hominē incitat. De amore parentū, require in tractatu de Charitate. De honore verō parētibus exhibēdo, require in tractatu de superbia, capit. de peccato irreuerentię. Et notandū quod cū patria principiū generationis dicatur esse, secūdū Philosophum quemadmodū & pater, beneuoli patrię amādī sunt, & honorādī: sic maleuoli patrię odiosi sūt & detestādī, vt legitur 2. Mach. 5. de Iafone, qui fact⁹ est omnib⁹ odiosus, vt refuga legū & execrabilis, vt patrię & ciuū hostis.

De Gratia prout Tullius de ea loquitur: & quę sint cauenda danti vel accipienti beneficia, & de vindicatione. PARS XIII.

Gratiā Tullius sic describit: Gratia est, in qua amicitiarum & officiorū alterius memoria, & remunerandī volūtas cōtinetur. Hęc virtus valde necessaria est. Nullū enim officiū in referenda gratia magis est necessariū. Ingratitudinē quę est gratię contraria enumerat Apostolus 2. ad Tim. 3. inter magna mala quę erunt nouissimis temporibus, dicens: Hoc scito, quia in nouissimis diebus instabunt tēpora periculosa, & erūt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemī, parentibus inobedientes, ingrati. ¶ Si volueris gratus esse, primo caue ne obliuiscaris beneficij. Senec. 3. lib. de beneficiis: Ingratus est, qui beneficium se accepisse negat, quod accepit: ingratus est qui dissimulat, ingratus est qui non reddit: ingratus est omnī, qui oblitus est. Illi enim si non soluunt, tamen debent, & extat apud illos vestigium meritorum intra conscientiam inclusorum. Et aliquando conuerti ad referendam gratiam aliqua causa possunt, si illos pudor admouerit, si facilis occasio inuitauerit. Hic nunquam fieri gratus potest, cui beneficium totum elapsum est. Apparet illum nō sape de reddendo cogitasse, cui obrepit obliuio. Nūquam voluit esse gratus qui beneficium tam longe proiecit, vt extra conspectum suū poneret. Quicquid frequēs cogitatio exercet, aut reuocat memorię, nūquā subducitur.

32^a
 quæ nihil perdit, nisi ad quod nō sape respexit. Secundo caue ne
 ad beneficiū impendendū per iniuriam accedas. Sen. 5. lib. de be-
 neficiis. Ingratis & repudiātibus beneficia, nō quia nolūt, sed ne
 debeant, similes sunt ex diuerso nimis grati, qui aliquid incom-
 modi precari solēt his quibus obligati sunt, vt probēt affectum
 beneficiorū memorem: quorū animus similis est prauo amore
 flagrantibus, qui amicæ suæ optant exiliū, vt desertam fugia-
 tēmq; comitentur: optant inopiā, vt magis desiderant donec
 optāt morbū, vt affideāt: & quicquid inimicus optaret, amantes
 vouent. Ferè idem exitus est odij & amoris insani. Idem: Nequi-
 tia est, vt extrahas mergere, euertere vt suscitares, vt emitras oc-
 cludere. Non est beneficiū iniurię finis, nec vnquā id detraxisse
 meritū est, q̄ ipse qui detraxit, intulerat. Nō vulneres me malo,
 quā sanes. Potes inire gratiā, si quia vulneratus sum sanas, non
 si vulneres, vt sanāus sim. ¶ Tertio, caue ne nimis festines obli-
 dere te gratum. Sen. 5. lib. de Benefic. Ante omnia discamus be-
 neficia debere. Nemo libēter reddit quod inuitus debet: & quod
 apud se esse nō vult, onus iudicat esse, non munus. Idem in co-
 dem: Poenitet accepti beneficij: quem nondū redditi piget. Non
 minoris est animi debere, quā dare: eō q̄ operosius hoc quā
 illud, quo maiori diligentia custodiuntur quā dantur accepta.
 Idem: Equè delinquit qui ad referendū gratiam suo cessat tem-
 pore, quā qui alieno proferat. Idem Senec. Reiciendi signū est
 protinus aliud munus remittere, & munus muncere expugnare.
 Qui nimis citō cupit soluere, inuitus debet: & qui inuitus debet,
 ingratus est. ¶ Quarto, caue ne clam gratiā referas. Ingratus est
 enim qui remotis arbitris gratias agit, vt ait Sen. 2. lib. de benefi-
 ciis. Et notandū quod beneficiū benignè accipiendum est, licet
 etiam sit modicū. Si benignè accipis, rerulisti gratiā, sed nō solu-
 tū te putas. Sen. Qui beneficiū dat, vult excipi gratē: habet quod
 vult, si bene acceptū est. Idē: Voluntati voluntate satisfacimus,
 rem rei debemus. Beneficiū verò rei duplex est, scilicet pecu-
 niæ & operę. Beneficiū operę splendidius est: hoc enim ex vir-
 tute depromitur, alterū verò ex arca. Cū beneficiū pecuniæ
 datur, materia exhauritur, vt quo in plures vsus sis, eo minus in
 multos vti possis: beneficiū verò operę, cōsuetudine beneficij
 paratioris & exercitatoris facit. Dum Macedonū fauorem pec-
 unia largitione captaret Alexander, scripsit ad eum pater hæc
 verba: Quis error in istā spem te induxit, vt eos tibi fideles pe-
 tares, quos pecunia corrupisses: an tu id agis, vt Macedones nō te
 regem, sed ministrū, & donatorem putēt? Fit enim deterior qui
 accipit.

accipit, atq; ad idē semper expectādū paratior. Nō tamē hoc genus benignitatis omninō repudiandū est: nam sæpe idoneis hominibus indigētib; de re familiari, impartiedū est, sed diligēter & moderatē. Multi enim patrimonia effuderunt, inconsultē largiēdo. Nihil autē stultius est quā curare, vt diutius facere non possis quod libenter facias. Sequuntur etiam largitores rapinæ: cū enim dando egere cœperint, alienis manus inferre coguntur, & maiora odia eorum assequuntur quibus ademerunt, quā fautores eorum quibus dederunt.

¶ *Quæ sint cauenda danti beneficia.*

Et notandū q̄ in dando beneficiū, primo cauēda est durities. Sene. Nō quid detur, refert, aut quid fiat, sed qua mente. Regum æquauit opes animo, qui exiguū tribuit, sed libēter, qui paupertatis suæ oblitus est, dū in eā respicit, qui nō iuuandi tantū voluminatē habuit, sed cupiditatē, qui accipere se putauit cū daret. Idē: Multo gratius venit quod facili, quā quod plena manu datur. Idē: Nemo libēter debet quod nō accepit, sed quod expressit. ¶ Secundo dilatio. Sene. in lib. de benefic. Errat si quis sperat responsum sibi, quē dilatione lassauit, expectatione torisit. Eodē animo beneficiū debētur quo datur. Idē: Qui tarde fecit, diu noluit. Cū ita à natura cōparatum sit vt alius iniuria, quā merita descendant, & illa citō defluāt, has tenax memoriā custodiat: quid expectat qui offendit dū obligat? Satis aduersus illū gratus est, si quis beneficiū eius agnoscat. Idē 2. lib. Cū homini probo ad rogandū os suffunditur rubore, qui hoc tormentū remittit, munus suū multiplicat. Grauius viri nulla res carius cōstat, quā quæ precibus empta est. Molestū verbū est, onerosum, & demissio vultū dicendū, rogo. Nihil æquē amarū, quā diu in spē pēdere. Equiore animo quidā ferūt præcidi spem quā, suā trahi. Idē: Verū est tantū te gratiæ demere, quantū moræ adiciis. Idē: Quæ admodū acerbissima crudelitas est quæ trahit pœnā, & misericordiæ gen^o est citō occidere: ita maioris est muneris gratiæ quo minus diu pēpendit. Omnis benignitas properat, & propriū libēter faciētis citō facere. ¶ Tertio ne beneficiū quod das ei cui datur, vel alij obsit. Ea vtamur liberalitate quæ profit amicis, noceat nemini. Sene. 2. lib. de benefic. Quemadmodū pulcherrimū est opus inuitos nolētēsq; seruare: ita rogātib^o pestifera largiri blandū & affabile odiū est. Pecuniā nō dabo, quam numeratur adulterā sciā, ne in societate turpis facti, aut consilij inueniar. Idē: Quid turpius, quā (quod euenit frequentissimē) vt nihil intersit inter odium & beneficium? ¶ Quarto ne benefi-

cium maius sit facultate tua Seneca: Cū summa amicitia sit
amicum sibi æquate, utriq; simul consulendū est. Dabo egentis
sed ut ipse nō egeam. Succurrā perituro, sed ut ipse nō peream.
¶ Quinto cauenda est exprobratio. Seneca: Hæc beneficij inter
duos lex est: alter statim obliuisci debet dari, alter memor esse
accepti. ¶ Sexto malitiosa astutia inficiēdo. Dixit Antigonus Cy-
nico petenti talentū, Plus esse, quā Cynicus debeat petere. Pe-
tenti verò nummum, respondit, Minus esse, quā regē oportet
dare. Ecce malitiose negabat: nam posset dare talentū, quia ipse
rex erat: vel nummum, quia ille Cynicus. Econtrario Alexander
nihil animo nisi grandē cōcipiens, cui dam vrbē donabat: & cū
ille refugisset munus, dicēs illud nō conuenire suæ fortunæ: Nō
quaro, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. ¶ Se-
primo cauendū de ingrato querelā facere. Meliorem facies in-
gratum ferendo, peiorem, cōquerendo. Nemo id esse quod tam
videtur timere, deprehensio pudor emittitur. Sen. Ingratus est ad-
uersus vnum beneficiū, aduersus alterum nō erit, duorū oblitus
est, tertium in eorū quæ exciderant memoriā reducet. Quæ ra-
tio est exacerbare eū in quē magna contuleris, ut ex amico fiat
inimicus? Seneca: Si Deū imitaris, da etiam ingratis: nam & se-
celeratis sol oritur. Idem: Ego beneficio meo, cum darē, vti sum
nec ideo pigrius dabo, sed diligentius: q̄ in hoc perdidit, ab alijs
recipiam, sed huic ipsi beneficiū dabo. Beneficio igitur tanquam
bonus agricola, cura cultūque sterilitatem soli vincens. Nō est
magni animi beneficiū dare & perdere, sed est magni animi pe-
dere & dare. Idem s. li. de Beneficijs: Propositū est optimi viri &
ingentis animi tandiu ferre ingratum, donec fecerit gratum.

¶ De Vindicatione.

Sequitur de Vindicatione, quam sic describit Tullius: Vindi-
catio est per quā vis, aut iniuria & omnino omne quod obse-
curum est, defendēdo & vlciscendo propulsatur. Hæc virtus me-
ximè necessaria est habenti potestātē secularem. Ro. 13. Dei mi-
nister est, vindex in irā ei qui malū facit. 1. Pet. 3. Subiecti estote
omni humanæ creaturæ propter Deū, siue regi quasi præcellētī,
siue ducibus tanquā à Deo missis ad vindictam malefactorum.

De misericordia PARS XIII. quæ subdividitur in septē capitula.
eiusdem. CAP. I.

Sequitur de misericordia, de qua hoc modo dicitur. Primo
spiciuntur eius descriptiones. Secundo, eius commendatio-
nes. Terrio quedam meditationes, quæ misericordiam iuvant.

Quarto.

Quarto, diuisiones pertinētes ad misericordiā. Quinto, dicitur de quo sit faciēda eleemosyna. Septimò, quomodo faciēda. Circa primū notandū, q̄ misericordiā sic describitur: Misericordiā est virtus per quā animus super calamitate afflictorū mouetur. Damascenus verò dicit, q̄ misericordiā est tristitia in aliis malis. Isid. 9. lib. Etymol. dicit q̄ misericors à cōpatiēdo alienae miseriae vocabulum est sortitus: & hinc appellata est misericordiā, quòd miserum cor faciat dolens de aliena miseria.

De commendationē Misericordiæ.

CAP. II.

Misericordiā commendat nobis & natura, & sacra scriptura. Natura multipliciter. Primò, naturali compassione quam habent membra vnius corporis adinuicē. I. Corinthiorum. Si quid patitur vnum membrum, cōpatiuntur omnia membra. Secundò, naturali pietate quam videntur habere animalia eiusdem speciei adinuicē. Dicitur enim in lib. de natura animalium, q̄ nō est auis vnius speciei vt se comedant. Itē quòd mortua equa pullū eius relictū alia suscipit nutriendū. Tertio, pietas quæ videtur esse animalium etiā irrationabiliū ad res alterius speciei. Dicuntur enim leones ad viā reducere aberrantes, & parcere hominibus prostratis corā se, & animalibus infirmioribus quàm ipsi sint, nisi necessitas famis ad aliud eos coegerit. Item multis experimentis compertū est, quod lupi vel lupi paruos derelictos & à matribus expositos ab aliis bestiis defendunt, & etiā nutriunt. Scriptura commendat nobis misericordiā multiplici admonitione. Deuter. 15. Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos. In eodem: Non cōtrahes manū, sed aperies eā pauperi. Item: Præcipio tibi vt aperias manū tuā fratris tuo egeno & pauperi. Tob. 4. Noli auertere faciem tuā ab illo paupere: itē enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. Eccl. 9. Oleū de capite tuo nō deficiat, id est, misericordiā de corde. Eccl. 29. Fœnerare proximo tuo in tēpore necessitatis illius. In eodem: Propter mādandum assume paupere. Eiusdem 7. Pauperi porrige manū tuam. In eodem: Exorate & facere eleemosynā ne despicias. Eiusdem 29. Pone thesaurum tuū in præceptis altissimi, & proderit tibi magis, quàm aurum. Zachar. 7. Misericordiā & miserationes facite vnusquisque cū fratre suo. Mat. 19. Si vis perfectus esse &c. Lucæ 6. Estote misericordes. In eodem: Omni petenti te, tribue. Item: Date, & dabitur vobis. Eiusdem 11. Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia sunt munda vobis. Item 12. Vendite quæ possideris, & date eleemosynam. In eodem: Facite vobis sacculos qui nō veterascunt, thesaurum in-

deficientem in cælis. Eiusdem 16. Facite vobis amicos de mam-
 mona iniquitatis, &c. 2. Corinthiorum 8. Vestra abundantia il-
 lorum inopiam suppleat. Ephe. 4. Estote inuicem benigni: mise-
 ricordes. 1. Pet. 3. Estote compatientes, fraternitatis amatores:
 misericordes. 2. Pet. 1. Ministrare in pietate fraternitatis amatores.
 Item misericordiam cōmendat & creator & creatura. Creator
 dum exēplo suo ad misericordiā nos monet, miserationes enim
 eius super omnia opera eius, vt dicitur in Psal. Item miseri-
 cordia eius plena est terra. Ioël. 2. Benignus & misericors est, pa-
 tiens & multæ misericordiz, & præstabilis super malitia. Eius
 proprium est misereri semper, & parcere. Lucæ. 6. Estote miseri-
 cordes sicut & Pater vester misericors est. Balaam: Maximā po-
 testatem accipiens, datorem potestatis iuxta possibilitatē suam
 debet imitari. in hoc autē Deū maximē imitabitur, si nihil in-
 tauerit quā misereri pretiosus. Creatura commendat nobis
 misericordiam, dum viri sancti exēplo suo ad eam nos monent.
 Inter exempla verō sanctorum maximē nos monet ad miseri-
 cordiam exemplum Christi hominis: misericordia seu pietas
 crux aurea fuit quā Christ⁹ portauit, quæ videtur fuisse acerbioris
 supplicij, quā crux exterior, si magnitudo amoris quo nos
 diligebat attendatur. Sicut enim nō fuit amor sicut amor eius
 sic non videretur fuisse dolor sicut dolor eius. Dolor inquam cum
 passionis. Thren. 1. Videte si est dolor sicut dolor meus: miseri-
 cordia filium Dei de celo deposuit, & corpore induit. iuxta ver-
 bum Augusti. Ipsa etiam pro redemptione pauperum eam ven-
 didit. Augustin. Redemit venditus, viuificauit occisus, honora-
 uit iniuriatus, misericordia eum vsque ad pedū nostrorū ablu-
 tionem humiliavit. Item eum vt clypeum nobis opposuit, vt sic
 licet ictū sustineret quē Deus pater humano geneti minabatur.
 Tunc impletū est illud, Scapulis suis obumbrabit tibi: Et illud.
 Scuto circūdabit te veritas eius. Item illud Sapientiz 5. Dextera
 tua teget eos, Dextera Dei patris, Filius est. Tunc exaudita est
 oratio illa, custodi nos domine vt pupillam oculi. Pupilla oculi
 manus oppositione custoditur, vt manus ictum suscipiat quem
 pupilla susceptura erat. Misericordia enim fideiussorem pro ho-
 minibus posuit morti adiudicatis. Eccle. 29. Gratiā fideiussore-
 ris ne obliuiscaris: animam enim suam posuit pro te. ¶ Ad com-
 mendationem etiam Misericordiz facit quod ipsa super omnia
 Deo placet, & Diabolo displicet, & homini prodest. Primum
 ostenditur diuersis testimoniis scripturæ: Augustinus: Non est
 quod ita faciat Deo amabiles, vt pietas. In Psal. Diligite miseri-
 cordiam

cordiam & iudicium. Prouerb. 21. Facere misericordiam & iudicium magis placet Deo, quam victima. Osee 6. Misericordiam uolo, & non sacrificium. Matth. 9. Discite quid est, Misericordia uolo, & non sacrificium. Ratio quare misericordia tantum Deo placet, hac est, quia Deo maxime assimilatur, ut prius ostensum est. Ecclesi. 13. Omne animal diligit simile sibi. Misericordia unguentum est quo ungitur Christus, & maxime quantum ad membra illa quae maxime unctione indigent, scilicet quantum ad pedes. Quod figuratum est in hoc, quod Magdalena unxit pedes eius. Lucae 7. Bernardus: Bonum est unguentum contritionis quod de recordatione peccatorum conficitur: melius deuotionis, quod fit de recordatione beneficiorum Dei. Porro utranque vincit unctio pietatis. Misericordiam Christus specialiter consuluit. Matthaei 19. Si vis perfectus esse &c. Illam ultimum remedium posuit, Lucae 11. Veruntamen quod superest, date elemosynam, &c. Reversurus etiam ab apostolis suis, misericordiam illis commendare in pedum ablutione uoluit. Ioan. 13. Sicut enim factum illo iuxta historiam commendauit nobis humilitatem: ita secundum mysterium commendauit nobis pietatem. Aqua enim in pelui est pietas in corde. Ipse etiam in die iudicij de operibus misericordia specialiter disceptabit. Matthaei 25. Misericordia diabolo maxime displicet, cum per eam maxime vincatur. Vnde super illud Psal. Misericordia mea & refugium meum, dicit glossa. De nullo sic vincitur inimicus diabolus, sicut de misericordia. Cum diabolus in multis respectu hominis excellat: in hoc tamen, quod misericordiam non habet, homo ei praecellit. Ipse crudelis est, & non miserebitur. Iere. 6. Misericordia homini maxime prodest. 1. Timot. 4. Exercitatio corporis ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est. Quam utilis sit pietas seu misericordia homini, manifestum fiet si multiplicem effectum eius ostendamus. ¶ Notandum ergo quod misericordia peccato obstat. Ecclesiast. 4. Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis. In multa peccata caderet peccator, a quibus elemosynae quas facit eum custodiunt. Item spiritum peccatorum homini impetrat. Vnde dicitur promissionem habere vitae quae nunc est, & futurae. 1. ad Timot. 4. ubi dicit glossa. Si quis misericordiam sequitur, si lubricum carnis patiat, vapulabit quidem, sed non peribit. Quod non est intelligendum de illo qui propter fiduciam quam habet in elemosynis quas facit peccat. Talis enim dicitur ad Rom. 2. An ignoras, quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam &

cor impēnitens thesaurizas tibi irā. Itē bona temporalia multiplicat. Gregor. in dialog. Terrenā substantiā per hoc, quod pauperibus distribuuntur, multiplicantur. Bonifacius duodecim aureos accepit de cista nepotis Constantini presbyteri, & dedit pauperibus, quos ille acceperat de equo suo vendito: qui cū reuersus audisset cistam suam fractam, iratus est in episcopum. Et episcopus ingressus ecclesiam, rogauit vt Dominus daret ei aliquid quo mitigaret furorem presbyteri, & inuenit statim in sinu suo duodecim aureos fulgentes, quos dedit, & dixit ei: Scito quia post mortem meā episcopus non eris huius loci. Ille enim collegerat illos aureos pro acquirendo episcopatu post mortē eius. Idē Bonifacius cū esset puer, omne triticū matris suae expendit in vsus pauperum, quod cū mater horretu ingressa perpendisset, cepit eū increpare, & se ipsam pugno cadere in facie. Sed oratione facta à Bonifacio, statim horretu plenu inuentū est. Quo viso mater cepit eū vrgere vt daret, quā ita celeriter posset que petisset accipere. Lucē 6. Date, & dabitur vobis. Prouerb. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij capiunt non sua, & semper in egestate sunt. Eiusdem 27. Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecationem, sustinet penuriam. 3. Reg. 18. Illi viduae quae Eliam paut, farina & oleum non defecerunt. Ratio huius potest esse: quia homo misericorditer dispensat pauca bona sibi cōmissa, & ideo merito super multa cōstituitur. Mat. 15. Item Deum placat. Prouerbiorum 21. Munus absconditum extinguit iras: & donū in sinu indignationem maximam. Gen. 32. Placabo eū muneribus quae praecedunt. Tob. 3. dicitur de eleemosyna quod ipsa est quae purgat peccata. Esa. 58. Si effuderis esurienti animam tuam, & animā afflicti repleueris: orietur in tenebris lux tua. Lux, inquam, gratia. Misericordia à seruitute diaboli liberat. Esa. 10. Computrescet legum à facie olei. Oleum dicitur misericordia: quia sicut oleum ceteris liquoribus supernat, sic opus misericordiae precellit respectu aliorum operum. Misericordia à morte spirituali suscitari facit. Sicut Doreas plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat meruit corporaliter suscitari Act 9. Misericordia meretur à Domino visitari. Sicut legitur de Cornelio, Actū 10. Erat Cornelius eleemosynas multas faciens plebi, & ait angelus ei: Orationes tuae & eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Domini. Contra peccata nihil tantū videtur valere, quātum misericordia. Vnde super Matt. 12. Extēde manū tuam, & extendit, & restituta est sanitati. dicit gloss. Nihil plius

allet curationi quàm eleemosynarū largitas. Et subditur: Fru-
 strā pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has
 ad pauperes pro posse non extendit. Itē gratiam cōseruat. Eccle.
 10. Dicitur de eleemosyna: Gratiam eius quasi pupillam con-
 seruabit. Item hostem impugnat. In eodem: Super scutum & su-
 per lanceā aduersus inimicum tuum pro te pugnabit. Item quæ
 petit à Deo, impetrat. Ecclesiast. 29. Conclude eleemosynam in
 manu pauperis, & hæc exorabit pro te. Esa. 58. Frange esurienti
 panem tuum, &c. Et subditur: Tūc inuocabis, & dominus exau-
 dit: & clamabis, & dicet, Ecce adsum: quia misericors sum do-
 minus Deus tuus. Misericordia multum potest ei ga Deum. Ipsa
 reuocat Dei sententias, vt in Niniue. Ionæ 3. Et Achab
 Reg. 21. Legitur etiam 10. Iudicium: Non Addam, inquit domi-
 nus, vt liberē vos. Et post legitur: Doluit dominus super mise-
 ricordia eorum. Hæc luctatur cum domino, vt Iacob luctatus est cū
 angelo. Gen. 32. Et Sapen. 18. legitur de Aaton, quod resistit iræ.
 Ira Dei tunc resistitur, quando ipsemet qui irascitur opi-
 latur. Misericordia dicitur Deū vincere quodammodo. Vnde
 dicit ecclesia, Quæ te vicit clementia, vt ferres nostra crimina?
 Dicitur etiam peccata nostra de eius memoria delere. In Psal.
 Omnes iniquitates meas dele. Ezech. 18. Si impius egerit pœni-
 tentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est &c. omnium
 iniquitatum eius quas operatus est nō recordabor. Misericordia
 Deo fœneratur. Prouerb. 19. Fœneratur domino qui miseretur
 pauperia. Eiusdem 22. Qui accipit mutuum, seruus est fœnerā-
 tis. Est ergo Deus quasi in potestate hominis perfectē miseri-
 cordis, sicuti seruus in potestate domini, & ille qui mutuū acce-
 pit in potestate fœneratoris. Itē misericordia non solum potest
 in terra, sed in cœlo. Ipsa cælū inclinauit. Ista inclinatio mani-
 festata est ex hoc, quod breuior est nunc via in cælū quàm esse
 solebat. Adam per multa millia annorum vix peruenit illuc,
 modo verò vna hora quandoque peruenitur. Item misericordia
 ostium cœli: Christum scilicet, qui dicit Io. 10. Ego sum ostium:
 si quis in die Parasceues, & fecit volare quasi in duo frustra: sci-
 licet corpus & animā: & sic pauperibus cœlestem ingressum pa-
 rauecit. Ipsa viam paradisi dilatat. Prouer. 18. Donū hominis di-
 latat viā eius, & ante principes spatium ei facit. Item miseri-
 cordia hominē filium Dei efficit. Eccl. 4. Esto pupillis misericors vt
 pater. & pro viro matri eorū: & eris tu velut filius. Altrissimi, fi-
 lius obediens, & miserebitur tui magis, quàm mater. Misericor-
 dia Deum suum efficit. Hebr. 13. Beneficentiæ & communionis
 nolite

nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus. Ipsa specialiter honorat Deū, propter eū pauperibus sua tribuendo. Prou. 14. Honorat dominū qui miseretur pauperis: ideo meritis in futuro à Deo honorabitur. Item misericordia à peccata pro peccatis debita hominem absoluit. Prou. 13. Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ. Daniel. 4. Peccata tua eleemosynis redime. 3. Reg. 4. Pauper mulier oleo sibi multiplicato soluit credidit suo. Itē misericordia amicos & adiutores sibi multiplicat. Ipsa pauperes facit stipendiarios suos. Greg. Pauperes nō sunt exortendi vt egeni, sed exorandi, vt patroni. Luc. 16. Facite vobis amicos de māmōna iniquitatis. Prouer. 22. Victoriā & honestatē acquireret qui dat munera. Item misericordia hominem in bono roborat. Eccl. 3. de dante eleemosynam: In tēpore casus sui inueniet firmamentum. Item misericordia homini benedicti facit. Vnde eleemosyna vocatur benedictio. 1. ad Cor. 9. Homini misericordie benedicit Deus. Deut. 15. Omnino indigens & mendiculus non erit inter vos, vt benedicat tibi Deus. Benedicit etiam ei populus. Prouer. 19. Qui pronus est ad misericordiam, benediceretur. Deutero. 33. Benedictus filius Aser sit placens fratribus, & tingat in oleo pedem suum. Hæc tria concomitantur se, tingere in oleo pedem affectus, esse benedictum & placentem hominibus. Ruth. 2. Sit benedictus qui misertus est tui. Misericordia etiā benedicit pauper, qui ab eo recipit eleemosynam. Job cap. 29. Benedictio perituri super me veniebat. Item misericordia morienti societatem facit. Ambrosius: Non sunt bona hominis quæ secum ferre non potest: Sola misericordia comes est defectorum. Ipsa etiā animam in infernum ire non permittit. Tob. 12. dicitur de eleemosyna, quod à morte liberat, & non patitur animas ire in tenebris. Ipsa etiam in iudicio liberat & regnum accipit. Tob. 12. dicitur de eleemosyna, quod facit inuenire vitam æternā. In Psal. Iucundus homo qui miseretur & commodat, respondet sermones suos in iudicio. Ibi specialiter fiet disceptatio de operibus misericordie. Matt. 25. Venite benedicti Patris mei, percipite, &c. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Misericordia filium Dei in mundum fecit descendere. Eadem homines in cælum facit ascendere. Ad hoc signandum Christos in monte Oliueti in cælū ascendit. In monte enim oliueti eminentia misericordie designatur. Legitur etiam 3. Reg. 6. quod in ingressu oraculi fecit Salomō duo ostiola de lignis oliuarū. Quæ duo ostiola possunt intelligi duæ partes misericordie. Vna est qua cōpatimur miseræ spirituali. Qui perfectè misericors est,

am beatus reputatur certa spe rādem beatus futurus in re. Mi-
 sericordes maxime de Dei misericordia sperare possūt. in Psal.
 Ego sicut oliua fructifera in domo Dei speravi in misericordia
 Dei. In Psal. Beatus qui intelligit super egenū & pauperē. Prou.
 14. Qui miseretur pauperi, beatus erit. Matt. 5. Beati misericor-
 des. Itē misericordia loca in regno cœlorum assignat, Eccl. 16.
 Omnis misericordia faciet vnicuique locum secundum intelli-
 gitum peregrinationis illius, & secundum meritum operum il-
 lius. Misericordia est negotiatrix prudentissima. Matth. 25. Pru-
 dentes virgines acceperunt oleum in vasis suis. Qui verē pru-
 dens est, oleum pietatis vult habere in corde suo sine quo non
 habetur ignis charitatis. 1. Io. 3. Qui habuerit substantiam huius
 mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clausit
 viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Iac. 3.
 Sapiētia quæ desursum est, plena est misericordia. Negotiatio-
 nem misericordię specialiter cōsultit filius Dei. Matt. 10. Vade,
 & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Voluit Paulus vt
 Timotheus hanc negotiationem præciperet his quos habebat
 regere. 1. ad Tim. 6. Diuitibus huius seculi præcipe facile tribue-
 re, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in fu-
 turum ¶ Misericordia in negotiatione videretur Deum circūue-
 nire, dum pro luto temporalium æternas diuitias recipit. Osee
 11. Ciscumuenit me in negotiatione Ephraim. Aug. Præbe re-
 ctum, & accipies cælum. ¶ Misericordia calicem frigidæ aquæ
 proximo tribuit, & torrentē voluptatis æternæ recipit. Ipsa ter-
 ram in cælum commutat, hæc est commutatio dextra excelsi.
 ¶ Misericordia hominē periculose oneratum vtiliter exonerat,
 & proximum eius iuvat. Aug. in lib. de Disciplina Christiana,
 loquens ad diuitē: Da, inquit, aliquid fratri tuo. Da aliquid pro-
 ximo tuo. Da aliquid comiti tuo. Vita ista via est simul ambulā-
 tia. Sed fortē dicis, Ego diues, ille pauper. Sarcinam tuam com-
 memoras. Pondus tuū laudas. Et quod grauius est, constrinxisti
 ad te sarcinam tuam, iam non potes porrigere manum. Onera
 te, liga te, quid te iactas? quid te laudas? Solue vincula colli tui.
 Minue de sarcina tua. Da comiti, & illum adiuuas & te releuas.
 ¶ Misericordia vnde dare videretur potius accipit. Vnde Aug. Re-
 miniscere, inquit, non solum quid des, sed quid accipias. Panis
 quem das terra est, de terra in terram, vt fulciatur terra, vt refi-
 ciatur terra. Poterit itaque pauper dicere, Vide ne plus tibi præ-
 stem accipiendo quā tu dando. Si enim non esset qui à te ac-
 ciperet, non erogares terram & emerēs cælum: contemne me, si
 nihil

nihil peris ab eo qui fecit me & te. Si enim petiturus es quia
 me exaudisti, tibi præstas vt exaudiaris. Age illi gratias qui rem
 tã pretiosam vili precio te facit emergere. Das quod in tẽpore
 rit, accipis quod manet in æternum, vnde sis socius angelorum
 vnde nunquam sitim famemque patiaris. Et subdit: Nemo
 cat quia præstet pauperi: sibi enim plus præstat, quã pauperi.
 ¶ Misericordia bona sua quæ dare viderur in saluo ponit, & in
 de thesaurũ facit. Mat. 6. Theaurizate vobis thesauros in cælo.
 Et beatus Laurentius: Facultates ecclesiæ quas requiritis, manus
 pauperum in cælestes thesauros deportauerunt. Tob. 4. dicitur
 da eleemosynam. Præmium enim bonũ tibi thesaurizas in die
 necessitatis. Augustinus: Cõsiderate fratres, quã multi sibi
 bona omnia perdiderunt, quæ studiosissime recondebant, ne
 quum vno impetu hostili captiui ducti sunt, vel quum eis dũ
 dentibus flamma successit. O quomodo tales pœnituit: quia nõ
 audierunt domini consilium, scilicet, Da pauperibus, & habebis
 thesaurum in cælo. Audires amicum tuum consilium tibi da-
 tem de thesauro tuo, & cõtemnis Deum consilium dantem de
 corde tuo. Inuasit hostis domũ, nunquid inuaderet cælum? Oc-
 cidit seruum custodem, nunquid occideret dominum seruam-
 rem? Qui sunt pauperes quibus damus, nisi delatores nostri?
 Delatori tuo das, in cælũ portat quod das: an excidit tibi? Greg.
 Securius diuitia transferuntur de patria in patriam per manus
 pluriũ quã per manus vnius, secundũ Aug. Manus pauperũ sunt
 gazophylaciũ Christi. Vnde quod in manu pauperis ponitur in
 gazophylacio Christi mittitur, imo quod plus est, in manu De-
 ponitur, & ideo iã auferri non potest ei qui dedit, quũ nõ sit
 de manu eius possit eruere. Misericordia bona terrena que pœ-
 fessoribus suis solent esse noxia, vtiliter expendit. Isid. Hoc tu-
 tum habet bonũ possessio presentiu rerũ, si vitam reficiat mule-
 rorũ. ¶ Et notandum quod virtus misericordiæ non solum est
 valde vtilis, sed etiam valde mirabilis. Ipsa de malis alioquin
 melioratur, de sordibus aliorum sanatur, de paupertate ditatur,
 de infirmitatibus aliorũ sanior efficitur, ipsa portat onera alio-
 rum implens legem Christi. ad Galat. 6. Alter alterius onera
 portate, &c. Et quãto plura bona portat, tanto velocius currit,
 quia ad beatitudinẽ festinantiũ tendit. Ipsa onera aliena
 quæ furati hominibus nescientibus, dum ipsis negligenti-
 bus peccata eorum assumit & portat dolendo, ludendo, orando
 pro eis eleemosynam faciendo, disciplinis se affligendo. Misericordia
 quanto plura onera proximi portat, tanto oneratur
 proprio

propriorum peccatorum magis se exonerat. Misericordia de
 foetore eorum qui spiritualiter sunt mortui non moritur, sed
 poti⁹ viuificatur. Ipsa est quæ colligit de spinis peccatorū vnas,
 & de tribulis ficus. Misericordia mala aliena in bona conuer-
 tuntur. Duæ virtutes sunt quæ omnia quæ proximi sunt acqui-
 rere videntur, scilicet charitas & pietas. Charitas bona proximi
 sua facit. Gregorius: Pensent inuidi quantum bonum est
 charitas quæ aliena bona sine labore nostro nostra facit: pietas
 verò aliena mala sua facit. Vnde hæ duæ virtutes venientes ad
 iudicium de nundinis huius mundi, dirissima, quantum ad me-
 ritum, inuenientur, idè abundantissime remunerabuntur. Hæ
 duæ virtutes aliæ sunt quibus fouentur proximi bona, & por-
 tantur eius onera. Vnde super illud, Sub vmbra alarum tuarum
 protege me, dicit glossa: Misericordia & charitas sunt alæ
 patris quibus nos protegit. De his alis Matthæi 23. Quoties
 volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congre-
 gat pullos suos sub alas, & noluisti? Item misericordia de
 vno obsequio duplicem habet mercedem. In præsentem enim
 remuneratur & in futuro, vt prius ostensum est. Ipsa de vna
 seminatione duplicem messem colligit. Ipsa seminat in terra,
 & metet in celo: ipsa consilio domini agros aridissimos ele-
 git ad seminandum. Luca 14. Quum facis prandium, voca
 pauperes, &c. Et hi vberius ei fructificant. Et notandum quòd
 opus misericordiæ semini comparatur, 2 ad Corinthios 9. Qui
 parce seminat, parce & metet, eò quòd semini in multis assi-
 milatur. Semen absconditur, sic eleemosyna occultè danda est.
 Ecclesiastic. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis. Item
 semen perdi videtur, cum seminando potius renouetur: sic elec-
 mosyna quum datur, perdi videtur, sed sic melius seruatur.
 Ecclesiastic. 29. Perde pecuniam propter fratrem, & non ab-
 scondas illam sub lapide in perditionem. Isidorus: Terrena
 omnia seruando amittimus, largiendo seruamus. Diu cum re-
 bus nostris durare non possumus, quia aut nos illas moriendo
 deserimus, aut ille nos viuètes deserunt. Et super illud Matt. 16.
 Qui perdit animam suam propter me, inueniet eam, dicit glossa.
 Quasi dicatur agricola: Si frumentum seruas, perdis: si semi-
 nas, renouas: solas quas dederis semper habebis opes. Item
 semè cum fœnore surgit: & qui dat eleemosynam, centuplum
 accipit. Vnde super illud Proverbio. 19. Fœneratur domino qui
 miseretur pauperis, dicit interlin. Centuplum accepturus. Ec-
 clestastic. 35. Retribuens Deus est, & septies reddet tibi. Semen
 pretio

pretiosus in vno anno seminatur, & in alio anno metitur: semine
 verò minus pretiosum vt hordeum, in eodem anno seminatur
 & metitur. Sic eleemosyna pretiosa est quæ seminatur in anno
 gratiæ, cuius messis expectatur in anno gloriæ. Item semen
 lu pressum & retardatum huberius fructificat: Sic eleemosyna
 quæ aduersitate premitur, maiorem habitura est remuneratio-
 nē: vt eleemosyna cui detrahitur, magis remuneranda est, quam
 quæ laudatur. Itē misericordia hic quasi omnia tormenta susti-
 net. 2. Cor. 12. Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. Ideo in
 futuro merito non ei à tormēto parceretur. Ipsa est quæ exemplo
 Petri dicit domino: Tecū parata sum in mortem & in carcerem
 ire. Luc. 22. Ideo in futuro merito è carcere infernali immu-
 nis erit. Itē ad cōmendationem misericordiæ valere potest detestatio
 sui oppositi. ¶ Notandum ergo quòd non solum in misericordi-
 a indigna est venia, imò quòd plus est, homini in misericordi-
 a videntur peccata iam dimissa reuocari. Math. 18. Seru-
 nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti membra
 oportuit & te misereri, &c. Et iratus dominus eius, tradidit eum
 tortoribus quoadusque redderet vniuersum debitum. Misericordi-
 a verò literas remissionis habet in Euangelio etiam in
 paria. Primò, Math. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordi-
 am consequentur. Cum misericordia Dei fons sit, & miseri-
 cordia nostra fluuius: quomodo esse posset quòd fluuius miseri-
 cordiæ nostræ ad proximum flueret, & fons diuinæ miseri-
 cordiæ nobis siccus esset? Angust. Fluit riuus, & fons siccabitur.
 Item quum omne animal diligat simile sibi, Eccl. 13. quomodo
 hoc esse posset quòd Dei misericordia hominem misericordem
 damnaret? Secundò, Math. 6. Si dimiseritis hominibus peccata
 eorū, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra. Ter-
 tiò, Luc. 6. Dimittite, & dimittetur vobis. Itē vbi est misericordi-
 a, est peccatorum abundantia. Osee 4. Non est misericordia, &
 non est scientia Dei in terra. Et subditur: Maledictum & m-
 odacium & homicidium & furtum & adulterium inuaduerunt.
 Item illi cui deest misericordia, fiet iudiciū sine misericordia.
 Iac. 2. Iudicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordi-
 am. Im misericordi aures Dei clausæ sunt & in præsentia & in
 futuro. Prou. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis,
 ipse chamabit, & non exaudietur. Exemplum habemus in
 hoc Luc. 16. in diuite epulone, qui panis micæ Lazaro negavit
 in tormentis positus guttam aquæ postulans nō accepit. Itē ad
 commendationem misericordiæ facit, si ostendatur eius præ-
 cium.

eminētia ad alias virtutes. ¶ Notādū ergo, q̄ respectu abstinētię
hoc præminet, q̄ abstinētia Deo corpus immolat. Ad Rom.
21. Obsecro vos per misericordiā Dei vt exhibeatis corpora ve-
stra hostiam viuētem. Misericordiā verò immolat cor. Respe-
ctu verò charitatis in hoc præminet misericordiā, quòd chari-
tas est fluuius bonitatis ripas suas nō exiens, Pietas verò est flu-
uius bonitatis ripas suas exiens, & latè extrā inundans. Charitas
enim vt charitas, tantum sua communicat: pietas autem &
hoc facit & aliud: mala enim aliorū insuper sibi assumit. Parum
est sua largiri, quòd facit charitas: sed cumulus charitatis est se-
ipsum largiri ad cōpatiendum, quòd facit pietas. Respectu autē
iustitię, prout iustitia strictè sumitur, & est opposita misericor-
dię, hanc habet præminētiā quòd ipsa est summa iudiciarię
potestatis. Misericordiā enim super omnia opera eius. Iac. 2. Mi-
sericordiā superexaltat iudicium. Vnde licet appellare à curia
iustitiā ad curiā misericordię. Vnde si vides tibi imminere gra-
uamen à iustitia, in d̄ quocunq; modo contra te iudicet etiam
iuste, aliter enim facere non potest, confidenter appella ad Dei
misericordiā: quoniam iustitia necesse deferre habet appella-
tioni tuę. Forū curię misericordię est forū pœnitentię: hoc est
solū adiutorum refugium. In hoc foro fertur sententię absolu-
tionis etiam cōfitentibus culpas suas. In aliis curiis si quis cōfite-
retur homicidium, dicitur à iudice, suspendatur: in hoc si cōfite-
retur, absoluitur. Itē respectu obedientię cōmendabilis est miseri-
cordia. Interdum enim obedientię & etiam ceteris virtutibus
nititur cōtraire. Vnde narrat Greg. in lib. Dialogorum, q̄ Pauli-
nus episcopus se in seruitutē posuit pro quodam captiuo redi-
mēto, licet addictus esset curę pastorali, & Deus qui miseretur
omnibus aliis miserentibus, eum postea in plenitudinem officij
& dignitatis restituit. Et quidā conuersus Carthusiensis profi-
tens ad nudinas, & quadraginta libras secū deferens vt eas
expenderet in necessitatibus domus suę, comitem habuit in via
militem veteranum debilem & pauperem, quem quum agno-
uisset grauatum esse ære alieno & ire ad petendum inducias à
creditorē, conuersus dixit militi, q̄ iret secum: qui ingressi sunt
domum creditoris, & cum peteret inducias, denegauit eis credi-
tor, addens, quòd filium eius vinctum in carcerem poneret, nisi
ea die redderet vniuersum debitū, & tota eius hereditas ei ap-
propriaretur. Pro quo quū intercederet cōuersus, creditor mul-
ta conuitia ei intulit. Ad quem conuersus, Hodie, inquit, libera-
bitur iustus iste de carcere mortis, & proiciens ante pedes 40.

libras. redemit filiū militis de carcere, ipsumq; à debito libera-
uir. Qui rediēs narravit fratribus quæ gesta erāt. Illi vero quā
viri spirituales multum in hoc factō commendabant eum. Item
quidam sanctus homo quendam pœnitentem ligatū à summo
pontifice exoneravit tunica plumbea. Qui interrogatus quæ au-
thoritate hoc fecisset. Respondit, Auctoritate illius qui ait, Bene-
miseri cordes, quoniam misericordiam consequentur. Mat. 5. Vir-
tus misericordiæ maximè cōpetit statui miseræ in quo sumus.
Hæc virtutem didicit Christus plus quā x x. annis ad Hebræos.
Non habemus pontificem qui non possit cōpati infirmitatibus
nostris. Bern. Multa voluit pati Christus, vt compati sciret.

De his quæ possunt iuuare misericordiam.

C A P. III.

T Angedæ sunt aliquæ meditationes quæ possunt iuuare mi-
sericordiam. Quarum prima attenditur circa naturæ cōfor-
mitatem. Aliquis enim moueri potest ad miserandum proximum,
habito respectu ad naturæ cōformitatē. Esa. 58. Cūm videris na-
dum, operi eum, & carnē tuam ne despexeris. ¶ Secunda attendit
principij nostri vnitatē. Sumus enim omnes ex vno patre & vna
matre. Aug. in lib. de disciplina Christiana. Si putamus non esse
proximos nisi qui de eisdē parētibus nascuntur, Adam & Eam
intēdamus, & omnes fratres sumus. ¶ Tertia attenditur circa mi-
seriam propriā, vt homo intelligat quæ sunt proximi ex seipso.
Prou. 19. Homo indigēs, misericors est. Homo qui indigentiam
magnam habuit, alienæ indigentiæ compati nouit. ¶ Quarta at-
tendit spirituales fraternitatem. Fratres enim sumus ex vno pa-
tre, scilicet Deo nati: & vna matre, scilicet ecclesia, eandē habē-
turi hereditatem. 1. Io. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi,
& viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscerum
sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo: ¶ Quinta attendit
Dei in homines paternā charitatem. 1. Io. 3. Videte quale charita-
tatem dedit nobis Deus pater, vt filij Dei nominemur & simus.
Secundū hanc meditationem operatur qui dat pauperi, eō quod
credit eum filium Dei. ¶ Sexta attendit capitis ecclesiæ & mem-
brorum vnitatē, quæ tanta est, quod caput reputat sibi fieri quod
membris fit. Sicut caput corporis reputat sibi beneficiū exhiberi
quod pedibus exhibetur: sic beneficiū pauperibus exhiberi. Chri-
stus sibi reputat exhiberi. ¶ Et notandum circa hæc meditatio-
nem, quod quando pauper elemosynam quaerit ab aliquo, illi
à quo petitur quatuor debet attendere. ¶ Primo, quis petat, quo-
niā Deus. Mat. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fe-
cistis. Hier. Quotiescunq; manum pauperi extenderis, Christus

cogita. Aug. in lib. de disciplina Christiana: Christus petit, & nō accipit, & offendis nomen pietatis crudelibus verbis, & dicis: Et quid seruo filiis meis? Christū illi oppono, filios suos mihi reponit. Magna iniustitia vt habeas vnde luxurietur filius tuus, egeat Deus tuus. Cum enim legisti, Quod vni ex minimis meis fecistis, & mihi fecistis, & non timuisti: ecce quis eget, & filios tuos numera: postremo numera filios tuos, adde vnū illum inter illos, dominū tuum numera: vnum habes, sit ille secundus: duos habes, sit tertius: tres habes, quartus sit. ¶ Secūdo debes cogitare quid petit Deus, quoniā suum petit, non tuum. Vnde valde ingratus est qui de bonis Dei abūdanter habet ad mensam suam, & tamen non vult dare modicum panis Deo petenti. Aug. Dicit tibi Christus, Da mihi de eo quod dedi tibi. De meo quaro, & mihi nō donas: da, & reddo: habuisti me largitorē, facito debitorē. ¶ Tertio cogitare debet ad quid petat: nō enim petit ad dandum, sed ad mutuandum & ad centuplas vsuras. Aug. Miser homo, quid sceneraris homini? scenerare Deo, & centuplum accipies, & vitam æternam possidebis. Mira ingratitudo hominū qui nolunt accommodare Deo ad tales vsuras, ad quales accommodaret alicui Iudæo vel Saraceno. ¶ Quarto debet cogitare, quod ipse habet perere à Deo regnū æternum, qui modo petit ab eo modicum panis: & si negat Deo hoc modicum, negabit ei Deus regnum suū. Pro. 21. Qui obturat aurē suam ad clamorē pauperis, clamabit & ipse, & non exaudietur. Sapiens: Ne dubites cū magna petas, impedere parua. ¶ Septima meditatio attendit liberalitatem quam habent homines ad membra diaboli. Si enim diuites mali declinet ad eos, importunissimē inuitantur, & quasi dilaniantur, & pro illis magnæ expensæ fiūt. Christus verò in membris suis vix inuenire potest vnde sustentetur. ¶ Octaua attendit Dei pietatem quam nobis exhibuit in sua paupertate, quando seipsum pro nobis dedit, & pro nostra redemptione vendi voluit.

De diuisionibus pertinentibus ad misericordiam, & de operibus misericordie per ordinem: primo de spiritualibus, circa que tanguntur octo in: itantia ad compatiendum Crucifixo pro nobis, deinde de corporalibus.

CAP. IIII.

NOtandum quod est misericordia cōmendabilis, & est misericordia derestabilis. Cōmendabilis est, quæ est respectu personæ: derestabilis, quæ est respectu culpæ. Grego. in homil. Ad culpas quisque non debet compassionem exercere, sed zelum. Compassio quippe homini, & vitis rectitudo debetur, vt in vno eodēque homine & diligamus bonum quod factum.

est, & persequamur mala quæ fecit. Itē Greg. Sunt plerique qui cōpassionem proximo nō spiritualiter, sed carnaliter impēdunt, ut ei non ad virtutem, sed quasi miserando ad culpas faueant. Qui carnaliter hominibus miseretur, potius sunt crudeles quā misericordes, licet misericordes vocentur. Pro. 20. Multi misericordes vocātur: virum autem fidelem quis inueniet? Item notandum quōd quædā opera misericordie sunt spiritualia, quædā corporalia. Spiritualia sunt, ut cordis cōpassio, iniuriarum dimissio, peccantiū correctio, ignorantū instructio, de cōpassione dicit gl. Greg. super illud Iob 30. Cōpariebatur anima mea pauperi. Plus est cōpassio, quā datum, quia rem quālibet plerumque dat etiam qui nō cōparitur: nunquā qui verē cōparitur, quod necessariū conspiciet proximo suo negat. Ibidē dicit inter. Plus est de seipso dare, quā de suis. Itē Greg. Exteriora largies rem extra seipsum præbuit: qui autē fletum & cōpassionem proximo tribuit, ei etiam aliquid de seipso dedit. Cōpassio crux est interior, cuius brachium superius est cōpassio qua quis compatitur Christo pro nobis passio: brachiū inferius est cōpassio, qua quis cōparitur his qui sunt in purgatorio. Sinistrum verō brachium est compassio qua quis compatitur his qui sunt in hoc mundo quantum ad pœnalem miseriam. Dextrū brachiū est cōpassio qua quis cōparitur animabus quæ pereūt in hoc mūdo. Aug. Similis in te viscera Christiana compassionis, qui plangis corpus à quo recessit anima, & nō plangis animam à qua recessit Deus? Ecclē. 22. Luctus mortui, septē dies: fatui autē & impij, omnes dies vitæ illorū. ¶ Et norandū q̄ multa sunt propter quæ aliquis solet alij multū cōpati, quæ omnia circa Christū occurrūt. ¶ Primum est doloris magnitudo. Hæc causa verē fuit in Christo. Thren. O vos omnes qui trāsitis per viam, attēdite & videte si est dolor sicut dolor meus. ¶ Secundū est, amoris magnitudo. Hæc causa fuit in beata Virgine, cum propter magnū amorē quē habebat ad filiū suū gladius pertrāsibat animā eius. Luc. 2. De David etiam legitur. 2. Reg. 18. q̄ dicebat, Fili mi Absalō, Absalō fili mi, quid mihi det ut ego pro te moriar? id est, vice tui. Videbatur reputare mortem filij, sui grauiorē sibi propria morte. De bono patre dicitur Ecclē. 30. Pro animabus filiorū colligabit vulnera sua & super omnē vocem turbabuntur viscera eius. Propter hanc causam filij qui tenerrimē amant matres suas, molestius sustinent quum eas vidēt percuti, quā si ipsimet percuterentur. Sed quid dubitat Christū magis amādum esse à nobis, quā carnales matres? Quæ mater tot & tāta passa est pro filio suo, quāta Christū pro

pro nobis
etiam sy
ti exposi
ditate m
eius. ¶ T
innocēte
catum nō
hoc eccle
passionis
lira aliq
dolorem
occasione
lum popu
dixit ad
ques sunt
causa ben
propter in
Nostra et
litate: &
¶ Quintu
ho, qui fu
etar tale
operetur
pariens
paruit ber
Quum ho
et eū gla
& duri ac
dulci plā
ter plāgi
pocit ut
icat, ut su
tas ipsius
esse plū &
etiam De
dia. Iac. 2.
diā. Ber. N
quem mi
carneum
sus est ca
allorum

pro nobis? Nonne matrem propriam reliquit pro nobis? Reliquit etiam synagogam matrem suam, & insuper animam suam morti exposuit pro nobis. Iere. 12. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Tertium est innocentia. Magis enim solemus copari ei qui innocenter patitur. Que causa vere fuit in Christo: ipse enim peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Per. 2. Propter hoc ecclesia que laturatur in passionibus aliorum sanctorum, in die passionis Christi cõristatur. Quartum, quando pro culpa nostra aliquis patitur: tunc enim homo qui habet nobilem animum dolorem illum suum reputat per cõpassionem, sicut suus est per occasionem. Sicut patet in Dauid. 2. Reg. vlt. qui quum vidisset angelum populum occidentem, propter hoc quod ipse fecerat eum numerari, dixit ad dominum: Ego sum qui peccaui, ego inique egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro ira tua contra me. Hec causa bene fuit in Christo, iuxta illud Esa. 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra. Nostra est passio Christi per occasionem, etiam quantum ad utilitatem: & ideo deberet esse nostra quantum ad cõpassionem. Quintum est patientis nobilitas. Que causa vera fuit in Christo, qui fuit nobilissimus, tanquam Altissimi filius. Valde alienum erat tale opus ab eo: iuxta illud Esa. 18. Alienum est opus eius ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Sextum est patientis benignitas. Hec causa vere fuit in Christo. Tit. 3. Apparuit benignitas &c. Matthæ. 11. Discite a me, quia mitis sum. Quum homo benignus & mitis homini gratis cedat, que causa est eum gladio perforari? Item que convenientia est stipitis rigidi & duri ad hominem benignum & dulcem? Ideo ecclesia in illo dulci plactu qui in Dominica passione incipit cantari, specialiter plagit hoc, quod clavis & lancea mite corpus perforatur, & polcit ut arbor crucis ramos suos flectat, & naturalis rigor leteat, ut superni membra regis mite cedat stipite. Septimum est, pietas ipsius patientis. Magis enim aliquis copatur ei quem nouit esse piũ & cõpatientem, quam ei que nouit esse sine pietate. Ipse etiam Deus non miseretur hominibus duris, & sine misericordia. Iac. 2. Iudicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam. Ber. Nemo duri cordis salutem vnquam adeptus est, nisi forte quem miserans Deus abstulerit ab eo cor lapideum, & dederit cor carneum. Hec causa bene fuit in Christo, qui ex cõpassione passus est ea que sustinuit in mundo isto. Octauum est, exemplum aliorum cõpatientium alicui. Hoc enim solet hominem inci-

tare ad similiter compatiendum. Que causa bene inuenitur circa Christum, cui creaturæ insensibiles quasi compassæ fuerunt. Vnde sol radios suos abscondit quasi nuditati eius tenebras faciens. Petræ etiã scissæ sunt quasi compatières. ¶ Ad iniuriarum dimissionem monemur, Luc. 6. Dimitte, inquit, & dimitte tibi. Matt. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis Pater cælestis delicta vestra. Eiusdẽ 18. Domine, quoties peccabit frater meus in me, & dimitta ei, vsque septies. Dixit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Augu. in Enchiridion: Multa sunt genera eleemosynarum, quæ cum facimus, adiuuamur vt nobis dimittantur peccata. Sed interea nihil est maius quã cū ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Idẽ in lib. de Rectitudine catholice conuersationis: Quare nõ dimittat qs fratri parũ, vt ei dominus dignetur dimittere totũ? Nam & hoc eleemosynæ genus est, vt dimittat aliquis ex toto corde ei à quo læsus fuerit. Isid. Nõ solum qui esurienti & sitienti & nudo beneficium largitatis impedit, sed & qui inimicum diligit, & qui lugenti affectum compassionis & consolationis impartitur, aut in quibuslibet necessitatibus aliis consiliũ adhibet, sine dubio eleemosynam facit. ¶ Ad corripiendum fratrem peccantem monet nos dominus Matthæi 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te ipsum solum. ¶ Ad instructionem ignorantium monemur, ad Galat. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Dan. Qui ad iustitiam erudiunt multos. Fulgebunt sicut stelle in perpetuas æternitates. Ecclesiast. 38. Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus illius fideles sunt. ¶ Opera misericordie corporalia sunt illa sex quæ tanguntur Matth. 25. Esuriui &c. Septimum est, quod tangitur Tobia 2. scilicet sepelire mortuos. Aliqua horum tanguntur Esa. 58. Dimitte eos qui contracti sunt, liberos, & omne opus dirumpe. Hoc pertinet ad visitationem inceptorum. Frange esurienti &c. Ibi tanguntur tria alia opera manifesta. Et carnem tuam ne despexeris, hoc pertinet ad visitationem infirmorum. ¶ Ad duo prima opera incitatur frequentis scripturæ admonitione. Neemiæ octauo, Mitte partes eis qui præparauerunt sibi. Tob. 4. Panem tuum cum egenis & esurientibus comede. Prouer. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum sitit, potum da illi. Ecclesia. 11. Mitte panem tuum super errantes aquas, quia post multa tempora inuenies illum. ¶ Aquæ transeutes sunt populi mortales. 2. Reg. 14. Omnes morimur

quasi a
habet e
sanctor
Iob. 31. S
ex ea
cum su
mission
10. Qui
de tant
merced
res, deb
de retr
storum
dant de
habent
nihil bo
ea nihil
miseric
primo
¶ Secur
modo
litas ad
hoc, qu
tũ inu
alici
na tẽp
spirito
A mal
nuntio
Raab p
rui cur
angelo
semper
i. Qui
lem pa
& coll
Perfor
in hor
paterf
perreg
v nus

quasi aqua dilabimur in terram, quæ nõ reuertitur. Luc. 3. Qui
 habet escas, det non habenti. Item excitamur ad ea exemplis
 sanctorum patrum. Tob. 1. De facultatibus suis esuriens alebat.
 Job. 31. Si comedi byccellam meam solus, & non comedit pupillus
 ex ea &c. Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum
 cum suis ossibus conteratur. Itẽ incitatur ad ea mercedis promissionem.
 Ezech. 18. Si panem esurienti dederit, vita viuet. Matt.
 10. Qui potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigidæ
 tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet
 mercedem suam. Luc. 14. Quum facis conuiuium, voca paupes,
 debiles & claudos, & cæcos, & beatus eris, quia nõ habet unde
 retribuatur tibi. Retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum.
 Qui cibum sine potu ministrant pauperi, tale prandium
 dant domino, quale consuevit dari a fino. Item qui de his quæ
 habent ad mensam suam nihil volunt dare pauperibus, in futuro
 nihil boni inueniet. Job 20. Nõ remansit de cibo eius, & propterea
 nihil remanebit de bonis illius. ¶ Sequitur de tertio opere
 misericordiæ, quod est colligere hospitem. ¶ Circa quod opus,
 primò tangetur de his quæ pertinent ad eius comendationem.
 ¶ Secundo, qui hospites sint maximè recipiendi. ¶ Tertio, quomodo
 sint recipiendi. ¶ Circa primum notandũ, quod hospitalitas ad
 susceptionem gratiæ preparat. Quod figuratum est in
 hoc, quod duo discipuli Christum cognouerunt, cum eum ad hospitium
 inuitalent. Luc. vlt. quandoque diuina cognitio infunditur
 alicui occasione alicuius sancti viri in hospitio recepti. Item bona
 temporalia multiplicat: vt patet in illa vidua quæ Eliam in hospicio
 suo suscepit: cui farina & oleum non defecerunt. 3. Reg. 17.
 A malo etiã temporali seruat: vt patet in Raab, quæ recepit
 nuntios filiorum Israël: & ideo à morte saluata est. Iosue 6. Sola
 Raab meretrix viuat &c. ad Hebræos 11. Raab meretrix non perit
 cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Itẽ Deum &
 angelos meretur recipere, qui hospitalitati deseruit. Reputatiuè
 semper Deum recipit, quum recipit aliquem nomine ipsius. Matt.
 1. Qui recipit vos, me recipit. Eiusdem 10. Qui suscipit vnum talem
 paruulum, in nomine meo, me suscipit. Item 25. Hospes erã,
 & collegistis me. Io. 13. Qui accipit si quem mitero, me accipit.
 Personaliter etiã quandoque suscipit Deum. Vnde refert Gre.
 in homil. Euangelij quod legitur secundo die Paschæ, quod quidam
 paterfamilias nullum fuit hospitalis. Quadam autem die cum
 peregrinos suscepisset, & aquam daret manibus in humilitate:
 vnus fuit inter eos, in cuius manibus aquam fundere debuit. Et

quum reuersus vrceum accepisset, eū non inuenit. Cūque hoc
 factum apud se miraretur, eadē nocte ei dominus per visionem
 dixit: Carteris diebus me in mēbris meis, hesternō autē die me
 in memetipso suscepisti. Itē Grego. in homilia illius Euangelij.
 Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicēs: Quia &c. Qu-
 dā Martyrius nomine, vitæ valde honorabilis monachus fuit,
 qui ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasterium
 redibat, cui spiritualis pater præerat. Pergens itaque leprosum
 quendam quē densis vulneribus elephantinus morbus per men-
 bra sædauerat, inuenit in via, volentem ad suum hospitium red-
 ire & præ lassitudine non valentem. In ipso verò itinere se habe-
 re perhibebat hospitium quō idem Martyrius monachus ire se
 stinat. Vir autem Dei eiusdem leprosi lassitudinem miseris, pal-
 lium quo vestiebatur in terram protinus proiecit, & expandit
 ac desuper leprosum posuit, eūque suo pallio vndique cōfrin-
 ctum super humerum leuauit, secumq; reuertēs detulit. Cū-
 que iam monasterij foribus appropinquaret, spiritualis pater
 eiusdem monasterij magnis clamare vocibus cœpit, Currite, ac
 ianuas monasterij citius aperite: quia frater Martyrius venit,
 Dominum portans. Statim verò vt Martyrius ad monasterium
 aditū peruenit, is qui leprosus esse putabatur, de collo eius ex-
 liens, & in ea specie appatens quā recognosci ab hominibus so-
 let redemptor humani generis Deus & homo Iesus Christus ad
 cælum Martyrio aspiciente rediit, ei que ascendens dixit, Mar-
 tyri, tu me non erubuisti super terram: ego te non erubescā su-
 per cælos. Qui sanctus vir mox vt esset monasterium ingressus,
 ei pater monasterij dixit, Frater Martyri, vbi est quem portabas?
 Cui ille respondens, dixit: Ego si sciuissem quis esset, pedes eius
 tenuissem. Tunc idem Martyrius narrabat, quia cū eum por-
 tasset, pondus eius minimè sensisset. Nec mirum: quomodo pon-
 dus eius sentire poterat, qui portantem portabat? Eccle. Species
 leprosi apparuit, & is qui est reuerendus super omnia: videti de-
 spectus infra omnia dedignatus nō est. Cur hoc, nisi vt nos sen-
 su tardiores admoneret, quatenus quisquis ei qui in cælo est se-
 stinat assistere, humiliari in terra & compati abiectis & despi-
 cabilibus fratribus non recuset? Item Greg. in Homilia Euangeli-
 j quod legitur secunda die Paschæ, Pensate fratres quanta
 hospitalitatis virtus sit. Ad mensas vestras Christū suscipite, vt
 vos ab eo suscipi ad conuiuia æterna valeatis. Præbere modo
 Christo peregrino hospitium, vt nos in iudicio nō quasi peregrinos
 nos nesciat, sed vt proprios ad regnum recipiat. Angelos etiā
 mere

meretur suscipere. Heb. 13. Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis: vt Abraham. Gen. 13. Et Loth, eiusdem 19. Origen. Domos hospitales ingressi sunt angeli, domos vero hospitibus clausas ignis & sulphur succedit. Hiero. Abraham & Loth angelos susceperunt, quia hospites dilexerunt. Idem: Abraham crebro hospitalitatis officio dum non refutat homines, suscipere meruit dominum. Matt. 10. Quicumque non receperit vos, nec audierit sermones vestros. Amen dico vobis, quod tolerabilius erit terrae Sodomorum & Gorthazorum in die iudicij. ¶ Circa secundum notandum est, quod maxime hospitio recipiendi essent boni viri. 4. Reg. 4. Animaduertit, quod sanctus Dei est iste qui transit per nos frequenter: faciamus ei coenaculum paruum, & ponamus in eo lectum & mensam, & sellam, & candelabrum. Et e contrario in aliquibus locis boni viri vel non recipiuntur, vel male recipiuntur. Serui vero diaboli cum magno gaudio recipiuntur. Iudic. 10. Vadimus ad domum Dei, & nullus sub rectum nos vult recipere. Similem querelam multi boni viri hodie possunt facere. Sapi. 19. Alij ignotos non recipiebant aduenas. Alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. Matthaei 8. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Lucae 20. Non receperunt eum, quia facies eius erat euntes in Ierusalem. Ioan. 5. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Item peregrini potius recipiendi sunt, quam indigenae: quia magis indigent. Iob 31. Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatorum paruit. Esaiae 58. Egenos vagosque induc in domum tuam. 3. Ioan. 1. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres: & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuae. ¶ Circa tertium notandum, quod hospites suscipiendi sunt frequenter. ad Ro. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Sectari frequentatiuum est. Item hospites ad hospitium cogendi sunt. Vnde super illud Lucae vlt. Et coegerunt eum: dicit gl. Quo exemplo docemur, quod peregrina non solum sunt ad hospitium vocandi, sed etiam trahendi. Ger. 19. Compulit illos oppido vt diuerterent ad eum. ¶ Item cum magna reuerentia sunt suscipiendi. Vnde quidam vir religiosus dicebat, fratres aduenientes debere adorari, cum certum sit in aduentu eorum aduentum domini Iesu Christi haberi. Sic recepit Abraham tres viros. Gen. 18. Quos cum vidisset Abraham, occurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit pronus in terram. Item sic recipit Loth angelos. Gene. 19. Qui

cum vidisset eos, surrexit, & iuit obviam eis, adoravitque pronus in terram. Item recipiendi sunt hilariter, non cum murmure. 1. Petri 4. Hospitales invicem sine murmuratione. Item ministrandum est eis abundanter. Iudic. 18. Pax tecum sit, ego praebebo omnia quae necessaria sunt: tantum quaeso ne in platea mancas. Item serviendum est eis diligenter. 4. Regum 5. Ecce fedule in omnibus ministrasti nobis. Sunt aliqui qui de verbis multis solent servire hospitibus suis. Vbi autem verba plurima, ibi frequenter egestas. Prouerbiotum 13. Facit etiam ad hoc, quod hospitalitas Deo sit gratior, si dominus domus in propria persona hospitibus suis seruiert. Vnde dicit Hierony. Loquens de Abraham qui tres viros suscepit. Gene. 17. Non seruis praecipit ut hominibus ministrarent, nec bonum quod exercebat per alium minuit, sed quasi praeda reperta cum Sara humanitati solus incubuit. Ipse pedes lauit, ipse humeris suis vitulum deumento portauit, ipse ut seruis sterit peregrinis prandentibus, de manibus coctos cibos ieiunaturus apposuit. Item protegentes sunt qui hospitio recipiuntur a recipientibus. Gene. decimo nono. Abutimini filiabus meis sicut vobis placuerit, dum modo vitis istis nihil mali faciatis. Iudi. 19. Nolite fratres malum hoc habere, quia ingressus est homo hospitium meum. ¶ Item incutiunt sunt ad comedendum verbo & exemplo. In dialogo legitur, quod abbas Cassianus venit ad quendam senem qui dedit ei manducare cum suis sociis usque ad satietatem, & hortabatur eum plus comedere. Qui cum diceret se esse satiatum, respondit: Ego diesis fratribus hodie superuenientibus septies manducaui, & adhuc esurio. Tu vero semel manducans es satiatus. Et dixit senem esse frangendum propter hospites: quia in hospite suspicatur Christus, & non possunt filij sponsi lugere quandiu sponsus est cum eis. Item quidam senex in Sicilia multum fuit hospitalis faciens manducare omnes ad se venientes. Venit autem ad eum quidam solitarius nolens refici, dicens se ieiunare. Cui senex: Excamus, & oremus sub arbore hac, & cui fuerit arbor inclinata, ipsum sequamur. Orante autem solitario arbor non est inclinata: orante autem illo sene hospitali, arbor inclinata est. ¶ Sequitur de quaito opere misericordiae, quod est vestire nudos. Ad quod sacra scriptura monet, Tobiae 4. De vestimentis nudos tege. Item Esaiæ 58. Cum videris nudum, operi eum. Et Lucae tertio: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Haec opus misericordiae nobis multum commendant exempla sanctorum. Et primo exemplum Dei, qui Adam & uxori eius postquam

quam ceciderant in statum miseriae, fecit tunicas pelliceas. Gen. 3. Item exemplum Tobiae qui nudis vestimenta praebat. Tobiae 1. Et exemplum Iob: Si despexi, inquit, praterire untem, eod quod non haberet indumentum, & absq; operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Iob 31. Hoc opere misericordiae Dorcas digna fuit suscitari. Actuum 9. Item huic operi misericordiae promittitur vita aeterna. Ezech. 19. Si nudum vestimento operuerit, vita viuet. Hoc opus misericordiae videtur praecellere respectu praecedentium, in hoc quod non vnam miseriam reuelat, sed multas. Primum opus repellit famem, secundum frigus: sed hoc opus expellit erubescenciam de nuditate, & molestiam frigoris. Item vestis data pauperi memoriale est ei vt oret pro eo qui sibi eam dedit. Non transit hoc beneficium ita cito, sicut beneficium cibi vel potus. ¶ Sequitur de quinto opere misericordiae, quod est visitare infirmos. Ad quod monemur. Eccles. 7. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Hoc opus misericordiae valde placet Deo. Iac. 1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem, haec est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Valde etiam est vtile homini. Iob 5. Visitans speciem tuam, non peccabis. Qui huic operi misericordiae insistit, peccatum facilius vincit. Et sicut miseria infirmitatis famem & frigus videtur excedere: sic hoc opus misericordiae videtur praecellere respectu praecedentium. Vnde in viris patrum, frater quidam interrogauit quendam senem, dicens: duo fratres sunt, quorum vnus ieiunat sex diebus, & multum laboras, alius vero seruit agrotantibus, cuius opus magis acceptum est Deo? Respondit senex: Si frater ille qui sex diebus laborans ieiunat, appendat se per nares, non potest esse aequalis illi qui infirmatibus deseruit. Hoc opus misericordiae commendauit nobis filius Dei exemplo suo visitans genus humanum in infirmitate positum. Lucae 1. Visitauit nos ortens ex alto &c. ¶ Sequitur de opere misericordiae, quod est visitare eos qui sunt in carcere. Ad quod monemur Hebraeorum 13. Memento re vincitorum, inquit, &c. Eiusdem 10. Vincitis compassi estis. ¶ Et notandum quod visitandi sunt in carcere non solum vt necessaria eis ministrantur, vel aliqua consolatio eis adhibeatur, sed etiam vt a carcere liberentur. Ecclesiast. 4. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi. In Psal. Egenum de manu peccatoris libera. Item: Domine, quis similis tibi, eripies in opem de manu fortio- tum eius: Hoc opus misericordiae commendatur nobis variis ex-
emp

emplis sanctorum. Legitur de Tobia quod pergebat per omnes
 qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Iob. 29. Cō-
 terebam malas iniqui, & de dētibus illius auferebam prādam.
 Daniel Susannam adiudicatam morti, liberauit. Dan. 13. Et Ni-
 colaus tres pueros morti addictos. Frou. 24. Erue eos qui dicitur
 tur ad mortem &c. ¶ Sequitur de septimo opere misericordie
 quod est sepelire mortuos. Eccl. 7. Mortuo non prohibeas gra-
 tiam. glo. ad eleemosynam pertinet sepultura mortuorum. De
 hoc opere misericordie commendantur viri Iabes Galaad. 1.
 Reg. 2. Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam cum
 domino vestro Saul, & sepelivistis eum. Commendatur etiam de
 hoc Tobias. De quo legitur Tob. 2. quod cum nuntiatum esset
 ei quod vnus de filiis Israel iugulatus iaceret in platea, statim
 exiliens de accubitu suo, relinquens pradium, ieiunus peruenit
 ad corpus, tollensque illud portauit ad domum suam occulte
 vt dū sol occubisset, cautè sepeliret eū. & Marc. 14. dicitur de
 Magdalena: Bonū opus operata est in me, prauēnit vngere cor-
 pus meum in sepulturam. Hoc opus misericordie exerceuerunt
 Ioseph & Nicodemus Christo. Ioan. 19. & Zozimas vnico leone
 obsequente sepeliuit cadauer illius pœnitētis Mariæ Agyptia-
 cæ. Hoc opus misericordie commēdatur nobis exemplo etiam
 brutorum animalium. Legitur enim in libro de Natura animalium
 quod mortuo delphino, circumstant alij delphini ne comedant
 pisces mortuū, & deferunt eum in profundum, atque sepeliunt.
 ¶ Et notandum quod multi propter peccata sua hoc beneficio
 priuantur. Esa. 14. Tu proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps
 inutilis. In eodem: Quasi cadauer putridum non habebis con-
 sortium: neque eris cum eis in sepultura. 4. Reg. 9. Iezabel co-
 medent canes in agro Iezrael, nec erit qui sepeliat eam. Ierem.
 22. Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra por-
 tas Ierusalem. Eiusdem 25. Non sepelientur, in sterquilinum,
 super faciem terræ iacebunt. Et 2. Mach. 5. Iason qui in sepulchro
 multos abiacerat, ipse & illamentatus & insepultus abicitur à
 sepultura. Econtrario corpora sanctorum in pace sepulta sunt.
 Eccl. 44. ¶ Item notandum quod antiqui eligendo sepulturam,
 respectū habuerunt vel ad patres suos, vel ad sanctitatem eorū
 cum quibus sepeliri voluerunt. Gen. 48. Dicit Iacob, Facies mi-
 hi misericordiam vt non sepelias me in Agypto, sed dormiam
 cum patribus meis. Eiusdem 49. Sepelite me cum patribus meis
 in spelunca duplici. 3. Reg. 13. Cum mortuus fuero, sepelite me
 in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est. 4. Reg. 13. Quidam
 pelientes

pelientes
 thro Eli
 de quibus
 misericord
 quis el
 do. Elee
 fieri por
 quod ac
 Marc. 5. V
 nihil ind
 paupertat
 manum:
 re prosp
 misericord
 virtutem
 tosa vel
 lia facer
 bene fac

NOTA
 Nacep
 no, absq
 quilibet
 Fili de r
 eleemosy
 optima. I
 spelatio
 sunt pau
 sibi min
 victū & v
 mo. Opt
 re. Ephe
 manibus
 necessita
 rapina f
 Quale e
 lacrymi
 oblatio,
 eodem: I
 fert sac
 conspē

pelientes

pelientes viderunt latrunculos & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei, & reuixit. ¶ Præter septem opera misericordiæ de quibus dictum est, videntur etiam esse quædam alia opera misericordiæ, vt accommodare indigenti. Tripliciter enim facit quis eleemosynam, vel dando, vel accommodando, vel remittendo. Eleemosyna mutui in hoc cõmẽdabilis est, quòd multoties fieri potest, & tamẽ non perit ei qui eam facit. Recuperat enim quod accommodauit. Ad hoc opus misericordiæ monemur. Matt. 5. Volenti mutuari à te ne auertaris. & Luc. 6. Mutuũ date nihil inde sperantes. Deuteron. 15. Si vrus de fratribus tuis ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahas manum: sed aperies eam pauperi, & dabis mutuũ quo indigere prospexeris. Recuperare etiam proximum videtur esse opus misericordiæ. Eccles. 29. Recupera proximum tuum secundum virtutem tuam. Item opus misericordiæ esse videtur, loca lutosã vel aquas periculosas pontibus vel aliter peruia & meabilia facere. Et hoc opus misericordiæ vno denario potest aliquis bene facere omnibus illis qui per pontem transiuri sunt.

De quo sit eleemosyna facienda. CAP. V.

NOrandum quòd eleemosyna facienda est de his quæ iustè acquisita sunt. Leuit. 2. Omnis oblatio quæ offertur Domino, absque fermento erit: absque fermento inquam, iniquæ acquisitionis. Proue. 3. Honora Dominũ de tua substantia. Tob. 4. Fili de tua substantia fac eleemosynam, & distinguuntur circa eleemosynam tres gradus: est enim eleemosyna bona, melior: optima. Bona est, quæ fit de patrimonio Christi, in quo solã dispensationẽ clericus habet. Ber. Facultates ecclesiarum patrocinia sunt pauperũ, & sacrilega eis crudelitate subripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, nõ vtiq; domini & possessores vltra victũ & vestitũ accipiunt. Melior est, quæ fit de proprio patrimonio. Optima est, quæ fit de his quæ adquiruntur proprio labore. Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur: magis autẽ laboret manibus suis operãdo quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti. Non placet Deo eleemosyna de furto vel rapina facta, ab eo qui potest seire cui fit restituenda. August. Quale est illud munus quod alter eũ gaudio accipit, alter cum lacrymis amittit? Eccl. 34. Immolantis ex iniquo maculata est oblatio, & nõ sunt beneplacitæ Deo subsannationes impiorũ. In eodem: Dona iniquorum non probat Altissimus. ¶ Item qui offert sacrificiũ ex substantia pauperis, quasi qui victimat filiũ in conspectu patris. Item eiusdem 35. Noli offerre munera praua non

non enim suscipiet illa Deus. Deut. 17. Nō immolabis Domino Deo bouem & ouē in quo est macula, aut quippiam vitij: quia abominatio est Domino Deo tuo. Esa. 11. Ego Deus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum. Mal. 1. Intulistis de rapinis munus: nunquid suscipiā illud de manu vestra. Paral. vlt. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Non et quæ accepimus de manu diaboli. Prou. 13. Redemptio animæ vitij diuitiæ suæ. Restituēda sunt mala acquisita de alijs, scilicet nostris. Eleemosynas debemus facere, exemplo Zachæi. Luc. 19. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quem defraudauit, reddo quadruplum. Greg. Quicquid in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiæ, sed irritat. Sicut aqua si mūda est lauat, si verò immunda inquinat: sic eleemosyna si fit de re iniuste acquisita, inquinat: si vero fit de re iuste acquisita, lauat. Et sicut nō est danda eleemosyna de re furtiua, sic nec accipiēda. Tob. 2. Non licet nobis edere de furto aliquid, aut contingere. Leuit. 11. Nolite cōtaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis. Et notandum quod eleemosyna est tanto Deo gratior, quanto res quæ datur danti erit charior. 2. Reg. vlt. Non offerā Domino, ait David, holocausta gratuita. Tamen non multū expedit pauperibus qui non sunt assueti delicijs, dare delicias & sumptuosas cibaria, nisi quādo sunt infirmi. Augu. in lib. de verbis Domini. Vrantur diuites superfluis, dent pauperibus necessaria: vrantur pretiosis, dent pauperibus vilia. dicit Hier. super Malac. q. indignū est dare Deo quod dedignatur homo. Ministris Dei propter honorē eius cui ministrāt, delicata & sūptuosa dari possēt. Eccl. 14. Dignas Deo oblationes offer. Num. 18. Quæ offertis de decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt.

Cui sit danda Eleemosyna.

C A P. V I.

Eleemosyna danda est pauperi. Luc. 33. Cū facis conuictiū, voca pauperes & debiles &c. Et Tob. 4. Panem tuum cum esuriētibus & egenis comede. Debemus in hoc imitari Deū, de quo Luc. 2. Esuriētēs impleuit bonis. & in Psa. Quia satiāuit in mā inanē. 4. Reg. 4. Eliseus implet vasa vacua. Hier. Illis tribus diuitias tuas qui nō phasidas aues, sed siliginis panē comedunt, qui famem expellant, non qui augeant luxuria. Idem Da pauperibus, non locupletibus, non superbis: da quo necessitas sustentetur, nō quo augeantur opes. Pars sacrilegij est, res pauperum dare non pauperibus. Item dādum est non solū bonis, sed etiam malis, vt simus imitatores eius qui solem suū orti facit super bonos.

bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Matt. 5. & Luc. 6. Omni petenti te, tribue. Maxime tamē dandū est bonis. Eccl. 12. Si bene feceris, scito cui feceris. Ibidē: Bene fac iusto, & inuenies retributionem magnam. Et si non ab ipso, certe à Deo. Ibidē: Da bono, & ne recipias peccatorem. Bene fac humili, & ne dederis impio. Quod intelligendum est in duobus casibus: Vnus est, si credas quod propter bonum tuum negligat iustitiam. Alius est, cum non datur intuitu pietatis: vt faciunt illi qui dant histrioni causa histrionatus. Eccl. 7. Bonum est sustentare iustum. Sapiens: Cui des videto. Item dandū est diuersis, nō tantū vni. In Psal. Disperfit, dedit pauperibus. Matt. 20. Volo & huic nouissimo dare sicut &c. Hier. Pecuniam tuam vt singulis necessarium est distribuas: nō ad luxuriam, sed ad necessitatem.

Quomodo sit danda Eleemosyna. CAP. VII.

Eleemosyna danda est animo voluntario. Deus enim plus respicit ad animū, quā ad datū. Prou. 16. Spirituū pōderator est Deus. Eiusdē 21. Appēdit corda Deus. 1. Re. 16. Deus intuetur cor. & super illud Mat. 10. Quicūq; dederit vni ex minimis istis calicē &c. dicit gl. Nota Deū ad piū affectū dantis respicere magis quā ad quantitātē rei exhibitā. Et super illud Matt. 19. Ecce nos relinimus omnia, dicit Greg. Cor & non substantiā Deus pēlat, nec perpēdit quid in eius sacrificio, sed ex quāto profertur. Hier. Quā offerūtur, nō sui pōdere, sed offerentiū volūtate pensantur. ¶ Item dāda est eleemosyna cum vultus hilaritate. Eccl. 25. In omni dato hilarem fac vultum tuum. 2. ad Corin. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Aug. Qui dat vt careat tadio interpellantis, non vt reficiat viscera indigentis, & rem & meritum perdit. ¶ Item danda est cū sermonis dulcedine. Eccl. 4. Declina pauperi sine tristitia aurē tuā, & respōde ei in pacifica mā suetudine. Eiusdē 18. Fili in bonis tuis non des querclam, & in omni dato non des tristitiā verbi mali. Greg. Sunt nonnulli qui mox vt ab egenis fratribus fuerint necessaria postulata, prius in eos cōtumeliosa verba iaculātur: qui si rebus ministeria perficiūt pietatis, in verbis contumeliosis humanitatis gratiā perdunt: ita plerunq; videntur iniuriā illatā satisfactionē exoluisse, cum post contumelias dona largiuntur. Nec debet sequi improperatio. Eccl. 18. Stultus acriter improperabit. Eiusdē 20. Datus insipientis non erit tibi vtilis &c. Exigua dabit & multa improperabit. ¶ Itē dāda est eleemosyna cū festinatione. Prou. 3. Ne dicas amico tuo, Vade, & cras reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Ecclesiast. 7. Cor inopis ne affixeris,

&

& ne protrahas datum angustianti. Iob 31. Si oculos vidue ex-
 stare feci &c. Super illud Psal. Producent scœnum iumentis,
 cit glo. Beatus qui præoccupat vocē petitori. David, Beatus qui
 intelligit super egenum & pauperem. Prouer. 12. Qui pronus est
 ad misericordiam, benedicetur. Debet etiam homo dare eleemo-
 sijnā dum sanus & viuus est, Eccles. 14. Fili, si habes, bene fac
 tecum, & Deo dignas oblationes offer: memor esto, quoniam
 mors nō tardabit. ¶ Item ante mortē benefac amico tuo, Chri-
 sto scilicet. Eiusdē 18. Memento pauperatis in die abundantie.
 Ad Gala. 6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.
 Eleemosyna quā aliquis dat in vita sua, est sicut lucerna que præ-
 cedit aliquē, seruans eum ne cadat in lutū vel foueam. Eleemo-
 syna verō quæ fit pro eo post mortē, est sicut lucerna quæ fer-
 tur alicui post tergū, quæ non custodit hominē quin cadat in fo-
 neā inferni, à qua nō est liberatio. ¶ Item danda est eleemosyna
 cum humilitate, ita vt nec vanam gloriā inde quæras, nec pau-
 perem cui das despicias, nec pro eleemosynis quas das, si in po-
 cato mortali es, salutem præsumas. ¶ Ad primum monemur,
 Matt. 6. Te faciente eleemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat
 dextera tua. Eccle. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis.
 Prou. 21. Munus absconditū extinguit iras. Greg. Sufficit iustus ab
 eo videri à quo expectat remunerari. Item valde bona sua parit
 pēdunt, qui ad eorum remunerationem laudes hominū suffice-
 re credunt. Et in legēda beati Nicolai dicitur, Ex quo homo est
 in huius mundi voragine propter delicta sua deiectus, nullum
 eius bonum sic Deus approbare legitur, vt eleemosynā, si tamē
 ob mundi fiat gloriā. ¶ Ad secundum monemur Esaiæ 58. Carnē
 tuam ne despexeris. Et super parabolam de diuitē & Lazaro, Lu-
 ca 21. dicit glo. Si quæ reprehensibilia videmus in pauperibus,
 non debemus despiciere: quia forrasse quos morum infirmitas
 vulnerat, medicina paupertatis curat. Iob trigesimo primo, Si
 comedi buccellam meam solus. Gregorius: Solēt nōnulli multa
 largiri, sed habere pauperes socios in domestica conuersatione
 refugiunt, gratiā vitæ cōmunis non habentes. Sed iste preiu-
 diciū pietati se facere existimaret, si solus comederet quod Do-
 minus omnium communiter creasset. ¶ Ad tertium monemur
 Eccl. 7. Ne dicas, In multitudine munerum meorum respiciet
 Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea recipiet. Et
 super illud Iob 15. Non credat frustra errore deceptus, quod
 aliquo pretio redimendus sit. dicit gloss. Eleemosyna non va-
 let ei qui in malo permanet. Augustinus in Enchirid. Non estimet

met ali
 non pos
 die redi
 mosyna
 quodā
 eleemo
 aperuit
 etiam se
 exporrig
 natum e
 multum
 etiam ex
 re se à co
 placeat
 cur si diu
 per carne
 obolo, q
 paupere
 Vidua h
 pauper o
 dem sua
 orationis
 iusto sen
 eleemosy
 Miserere
 mosynam
 de rectit
 reatis, &
 supplicar
 Aug. Qui
 Qui sibi
 tris suæ
 non est v
 non mise
 Sapiēs: S
 dix perit
 potius ei
 De his
 præ
 amo
 non
 met

mer aliquis illa nefanda crimina, qualia qui agunt regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis propitiâdus est Deus; nō ad hoc quodāmodo emendus, vt ea liceat impune committere. ¶ Item eleemosyna danda est propria manu. Prouer. vlti. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Danda est etiam secundum facultatē dantis. Eccle. 14. secundum vires tuas exportigens da pauperi. Eiusdem 15. Da altissimo secundū donatum eius. Tob. 4. Quomodo potueris, ita esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Nullus potest excusare se à collatione eleemosynæ, etiam si sit pauper, quum tantum placeat quandoq; Deo, quando pauper dat pro Deo obolum, sicut si diues daret pro Deo centū marcas. Libenter emeret pauper carnes in macello, si tantum crederet se habiturum pro vno obolo, quantū diues pro centū solidis. Luc. 21. Dixit dominus de paupere vidua quæ miserat duo æra minuta in gazophylacium, Vidua hæc pauper plus quàm omnes misit. Si non potest dare pauper obolū, det calicem aquæ frigidæ, & non perdet mercedem suam. Matt. 10. Si hoc nō potest, det verbū cōsolationis, vel orationis. Super illud, Iustus autē miseretur, & tribuit. dicit Gl. Iusto semper est aliquid quod det, saltē orationē. Itē danda est eleemosyna ordinatē, vt homo primo misereatur sui ipsius. Eccl. Miserere animæ tuæ placens Deo. August. in Enchiri. Qui eleemosynam ordinatē vult dare, à seipso. debet incipere. Itē in lib. de rectitudine catholicæ cōuersationis, Deus rogāt vt tui misereris, & non vis: quomodo te Deus exaudiet in die necessitatis supplicansem, quum tu eū pro teipso nō audis rogansem? Item Aug. Quid est miserius misero nō miserante seipsum? Eccle. 14. Qui sibi nequam, cui bonus? Sicut non esset misericors qui matris suæ indigentis nō misereretur, licet aliorū misereretur: ita non est verē misericors, qui animæ suæ infirmantis ad mortem non miseretur, cum magis eam diligere debeat quàm matrem. Sapiēs: Semper tibi proximus esto. Item ad ordinem misericordie pertinet vt potius misereamur animæ quàm corporis, & potius ei qui est in maiori miseria, quàm ei qui est in minori.

De his quæ omnibus debemus, vt est dilectio, veritas & fides, & præcipuè de veritate & eius descriptione, de incitantibus ad amorem veritatis, & de errore illorum qui dicunt veritatem non esse iuramento firmandam,

PARS V.
N

idque expe
nentis, de
Beatus qu
promus et
dare elec
s, bene fa
quonia
tuo, Chri
undante
ad omnia
na que pe
a. Eleemo
a quæ fer
cadat in fo
eleemosyna
s, nec pau
s, si in po
nonemur,
uid facit
pauperis.
it iustus ab
sua parui
ū suffici
homo est
, nullum
ā, si tamē
58. Carit
azaro, Lu
uperibus,
in firmata
rimo, si
nulli mul
uerfatio
ste prestā
quod Do
nonemur
respiciet
cipiet. Et
us, quod
non va
Non æsti
met



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE debito dilectionis, legitur ad Ro. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicē diligatis. De dilectione, require in tracta. de Charitate. De veritate hoc modo agetur. Primo ostenditur quid sit veritas, prout veritas pars est iustitiæ. Secundo tanguntur aliqua quæ ad amorem veritatis possunt incitare. Tertio destruetur error illorum qui dicunt veritatē in nullo casu firmandam esse iuramento. ¶ Circa primum notandum est, quod est veritas increata, & est veritas creata. Veritas verò creata triplex est, scilicet veritas signati siue rei: & veritas signi, & veritas videntis signo. Ad veritatem rei videtur pertinere illud Augustini lib. Soliloquiorum: Verum est id quod est. Et illud Philosophi Vnumquodq; sicut se habet ad esse, ita ad veritatem. Ad veritatem verò signi pertinere videtur illa descriptio Philosophi Veritas est adæquatio rei & intellectus, siue adæquatio signi & signati. Veritas verò prout pertinet ad hominem videntem signum, pars videtur esse iustitiæ, quæ sic describitur à Tullio in 1. Rhet. Veritas est per quam immutata ea quæ sunt aut antè fuerunt, aut futura sunt dicuntur. Ad amorē veritatis monemur Prout Veritatem eme &c. Veritas emitur quando cum magno studio vel labore cognitio veritatis acquiritur, vel quando cum timore magno vel multorum odio veritas in iudicio vel doctrina dicitur. A veritate nullo modo recedendum est, quicumque inde debeat scandalizari. Vnde super illud Matt. 18. Qui scandalizaverit vnum de pusillis istis &c. dicit Gloss. Nota quod in quantum potes sine peccato vitare scandalum proximi, debes: quod si de veritate est; pro scandalo veritas relinqui nō debet. Et intelligitur hoc de triplici veritate, scilicet vitæ, iudicij & doctrine. ¶ Monemur ad amorem veritatis. Eccl. 37. Ante omnia opera verbum verax præcedat te. Et eiusdem 4. Non contradicas veritati vilo modo. Sancti antiquitus multum deferebāt veritati. 2. Corin. 13. Non possumus aliquid aduersus veritatem. ¶ Veritas pro veritate. Ad perhibendum testimonium veritati, venit filius Dei in mundum. Io. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc venit in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Sed hodie veritas exosa habetur. Terent. in Andria: Veritas odiū parit, obsequium amicos. Ad Galat. 4. Ego inimicus vobis factus sum verum dicens vobis. Bern. super Cant. Amara est veritas sine condimento gratiæ. Hodie diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Dauid. Non est in ore eorum veritas. Cor eorum vanum est. Veritas hodie detrahitur. Iob 6. Quare detraxistis sermonibus veritatis? Veritas hodie captiua detinetur. Vix enim inuenitur qui

lic eam dicere. Rom. 1. Veritatem in iniustitia detinent. Seneca: Monstrabo tibi quid omnia possidētibus desit, scilicet qui verū dicat. Veritas hodie vndiq; impugnatur, ita vt frequēter necesse habeat corrumpere: secundū illud Esa. 59. Corruit in platea veritas. Et Dan. 8. Prosterneatur veritas in terra. Veritas in terra prosterneatur, quādo aliquid terrenū veritati præponitur. Veritas hodie à multis vili pretio venditur. Prou. 28. Qui cognoscit in iudicio faciem non bene facit, & pro buccella panis deserit veritatem. Multi hodie deserūt veritatem vitæ, & ideò fugit ab eis veritas doctrinæ. Sicut ecòtrario sequitur veritas doctrinæ eos qui habent veritatē vitæ. Eccle. 27. Volatilia ad sibi similia cōueniunt: & veritas ad eos qui operantur illam, reuertetur. Veritas hodie adeò vilipenditur, vt à quibusdā ei præponatur falsitas, ab aliis præponatur ei vanitas, & ab aliis ipsa vmbra vel pictura veritatis. Veritati falsitatē præponunt homines incōsideratē loquentes, qui tota die volūt esse in verbis, & ideò multoties mentiuntur. Bernar. in sermonibus: Quidni periclitetur castitas in delictis, veritas in multiloquio, charitas in hoc seculo nequam? Vanitatem præponunt veritati amatores temporalium iitorū quæ vana sunt, eò quòd non dant plenitudinem cordi possidentis, nec fulcimentum innitenti, nec fructum expectatum circa ea laboranti. In Psal. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Vmbra & picturam præponunt veritati hypocritæ, quæ apparentiam sanctitatis ipsi sanctitati præponunt. Veritas, quæ sic modo cōtemnitur inualefcet, & in futuro amatores suos liberabit, & hostes condēnabit. Io. 8. Vos cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. 2. Esdr. 4. Veritas manet & inualefcit in æternum, & viuit, & obtinet in secula seculorum. Sicut se habet denarius falsus ad verum: sic se habet homo mendax ad hominem veracē. Vnde quum homines multum doleant & offendantur, si vnus de corū seruientibus recipit eis vnum falsum denarium pro bono, mirum est quomodo nō multum dolent quum falsitatem in seipsis deprehendunt. Viliores se videntur habere, quàm vnum denariū. ¶ Et notandū quòd veritatem habere debemus quantū ad omnes. Nulli enim mētiri debemus, vt ostendit Aug. in lib. de doctri. Christia. dicēs: Omnis qui mētitur, iniquē facit. Nemo enim mentiēs in eo quòd mentitur seruat fidē. Nam hoc vtiq; vult, vt cui mētitur, fidē sibi habeat, quā tamen mentiēdo ei non seruat: omnis autē fidei violator, iniquus est.

¶ De errore illorum qui dicunt veritatem non esse iuramento firmandam.

Nullam veritatem iuramento esse firmandam asserentes, omne iuramentum esse illicitum dicunt. Qui error occasionem potuit habere ex illo verbo domini Matth. 5. Ego dico vobis, nolite iurare omnino. Item ex illo verbo Iac. 5. Ante omnia fratres nolite iurare. Ad idem facere videtur illud verbū Augu. in quodam sermone. Falsa, inquit, iuratio exitiosa est: vera iuratio periculosa est: nulla iuratio secura: ergo ut videtur, ab omni iuratione abstinendū est. Econtrario verò manifestè ostenditur quod licitum sit iurare. Primo sic iuravit dominus. Gen. 21. Per memetipsum iuravi, dicit dñs. Quòd si quis non recipiat vetus testamentum, probatur hoc per illud ad Heb. 6. Abrahæ promittēs Deus, quoniam nēmīne habuit per quē iuraret maiore, iuravit per semetipsum: ergo homini licitum est iurare. Et quòd hoc argumentum valeat, probatur per illud Luc. 6. Perfectus omnis erit, si sit discipulus magister eius. Magister noster Deus est, secundū illud Io. 17. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis: sum etenim & Matt. 23. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus: ergo nō est cōtra statū perfectionis iurare. Item iuravit angelus. Apoc. 10. quē Ioannes vidit stantē super mare & super terram, & leuauit manū ad cælum, & iuravit per viuētes in secula seculorū. ¶ Item iuravit Apostolus ad Phil. 1. dicēs testis est mihi Deus. & 2. ad Cor. 1. Ego testem Deū inuoco &c. Si quis verò dicat nō esse iuramentū, in illis apparet hoc esse falsum, per hoc quod dicitur Ier. 4. Iurabūt, viuūt dominus in veritate, & iudicio, & iustitia. Nō ergo solū est iuramentū si dicatur, Per Deū vel simile: imò etiā si dicatur, Testis mihi Deus: vel Viuūt dominus, ex quo nomē Dei in testimoniū vel cōfirmationē veritatis assumitur. Cū ergo Deus, & angelus, & homo sanctus iurent, mirū est quomodo nō vult iurare hereticus, quasi Deo & angelis & sanctis sanctior esse velit. Videtur assimilari diabolo potius quā angelo, vel Deo, vel homini sancto. diabolo enim nō meminisse me legisse iurasse ad confirmationem veritatis. Præterea præcepit Deus iurare Exo. 22. dicens: Si quis cōmendauerit vno pecuniā aut vas in custodiā &c. Et post in eodē: Si quis cōmendauerit proximo suo bouē &c. iurandum in medio erit, quod non extenderit manū ad rem proximi sui &c. Et Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruiēs: ac per illius &c. Et eiusdē 10. Iurabitq; in nomine illius. Itē in Psa. Quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Et subditur, Qui iurat proximo suo & non decipit. Matt. 5. Reddes dño iuramenta tua. Præterea iurāt omnes nationes, & Gētilēs, & Iudei, & Christiani. Sed secundū philosophum

phū: Vox omnium vox natura est: ergo natura dicitur quod licitum est iurare. Philosophus: Iurare nisi ubi necesse est, graui viro parum conuenit. ¶ Itē licet assumere nomen Dei ad adiurandum aliquem. 1. Thef. vi. Adiuro vos per dominum &c. ergo licet illud assumere ad aliquid iurandum. Si enim licet nomen domini assumere ad monendum aliquem ut aliquod opus bonum faciat, secundum illud ad Rom. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora vestra &c. Et eiusdem 15. Obsecro vos per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, ut adiuuetis me in orationibus vestris. A simili licebit nomen Dei assumere ad monendum aliquem, ut ipse credat veritati utili, quam fides sit adeo grata Deo, quam sine ea nemo ei placeat. Præterea, quod dicit dominus, Quod abundantius iis est, a malo est: aut intelligitur, id est malum est, aut intelligitur, quod fit a malo, id est ab infirmitate non credentis. Si primo modo, ergo malum est quando dominus ad maiorem confirmationem dicit, Amen amen dico vobis. Sermo enim eius debuit esse, est, est, non, non, & non debuit aliquid addere. Malum etiam fuit quando Apostolus ad confirmationem verbi sui addidit, Testis est mihi Deus. ad Rom. 1. Et 2. ad Cor. 11. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit quod non mentior. Et ad Gal. 1. Quæ scribo vobis, ecce coram Deo, quod non metior. Præterea cum in veteri lege prohibita esset iuratio per creaturas, si dominus voluit ostendere iurationem omnem esse prohibitam, & facere additionem ad veterem legem, potius debuit hoc specificare de iuratione per creatorem, quam per creaturam, quoniam iuratio per creaturam satis esset prohibita in veteri lege. ¶ Argumenta etiam quibus vtuntur hæretici ad confirmationem dicti erroris valde debilia sunt. Vt est illud Iaco. 5. Ante omnia nolite iurare. Si enim propter hoc quia ibi dicitur, Nolite iurare, peccatum mortale est iurare. Ergo quoniam dominus dicat Matt. 23. Et patrem nolite vocare vobis super terram, peccatum mortale erit vocare aliquem patrem super terram. Itē si ideo in nullo casu iurandum est, quia dominus dicit Matt. 5. Ego dico vobis non iurare omnino. Ergo quoniam aliquis dicit alicui colligenti saluam vel petrosillum in hortu suo, ut non colligat illud omnino: ipse prohibet eum ut nihil inde colligat, quod manifeste falsum est secundum etiam communem usum loquendi, & etiam quorum in alia facultate dicitur. Vnde versus: Omnis non nullus, non omnis dicit aliquis non. Præterea causa quam dominus subdit, cum dicit: Neque per celum, quia thronus Dei est &c. non est competens causa quare nunquam sit iurandum: sed quare non sit passim iurandum, siue omnibus modis, etiam

creaturam huiusmodi: quia in contemptu ipsius, contemnitur ipse cuius est thronus. Præterea aut semper fuit illicitum iurare, aut incepit esse illicitum ab illa prohibitione Christi. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Primum constat esse fallum, qui lex verus iurare præcepit, & eum ratio naturalis non dicit hoc malum esse. Secundum etiam videtur fallum esse per hoc, quod dominus dicit, Quod abundantius est, à malo est, tanquam ius declarans, & non tanquam ius statuens. Præterea quare prohibuit Deus iuramentum vniuersaliter? Si id prohibuit propter periculum periurij, eadem ratione votum debuit prohibere, imò eadem ratione etiam à prohibitione debuit abstinere. Prohibitio enim ista facit plures transgressores quam sint illi qui incurrunt periurium: hoc enim facit omnes iurantes transgressores, sicut prohibitio: & constat quod plures iurant, quam peierant. Item quæ est ratio ista quod non sit iurandum per Ierusalem, quæ est ciuitas regis magni, quando illud quod iuratur verbum est eiusdem regis, & scriptum sit: Cælum & terra transibunt &c. Mat. 24. Præterea sicut magis cauendum est paruulo ab accessu ad aquam vel ad aliud periculum, quam adulto qui scit sibi bene cauere: sic magis cauendum fuit in hac parte populo Iudæorum rudi & paruulo, quam populo discreto Christianorum. Vnde si propter periculum prohibitum est, magis debuit prohiberi tunc. Item cum sensus sit, Ego dico vobis non iurare omnino &c. id est, vt non iuretur omnino. Si mortale peccatum est iurare, quia Christus dicit non iurari: ergo eodem modo facere contra quodque dictum à Christo, est mortale: ergo solum præcepta & prohibitiones erunt, & non erunt consilia aliqua, nec admonitiones ad aliquid melius, & omnes qui erunt circa statum perfectionis, erunt in statu damnationis, cum ad perfectionem moneat Christus, dicens Mat. 5. Estote perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est. Et mortaliter peccabit, qui fecerit contra illud, Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Luc. 6. Et iterum qui facit contra illud, Omnia petenti tribue. Et contra illud, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Matth. 7. Et contra illud Matth. 7. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. & contra illud Mat. 5. Si quis te percussit in vnâ maxillam, præbe ei & alteram. Contra quod tamen fecit Christus Io. 18. qui percussit maxillam eius, non præbuit alteram, sed allegauit iustitiam suam, dicens: Si male locutus sum, testimium perhibe de malo &c. Paulus Act. 23. principi sacerdotum qui præceperat os Pauli percussit, dixit: Percussit te Deus pariter de alba

dealbare. Augusti. Ista præcepta magis pertinent ad præceptionem cordis, quæ intrus est, quam ad opus quod in aperto fit: ut teneatur in secreto animi patientia cum benevolentia: in manifesto autem fiat quod ei videtur prodesse posse, quibus bene velle debemus. Præterea, quomodo onus Christi erit leue, si quæcunque ipse dicit præcepta sunt vel prohibitiones? Item per quod iurat quilibet, illud veneratur, hoc amat, hoc timet, ut dicit Glo. Matth. 5. Vnde cum iurare per Deum in veritate utile sit, Deo honorificum & proximo utile, & sic deseruiat dilectioni Dei & proximi: quare erit illicitum vel prohibitum, cum plenitudo legis sit dilectio? ad Ro. 10. Et cum in duobus mandatis de dilectione Dei & proximi vniuersa lex pendeat & prophetæ, Matth. 22. Præterea, iurare nihil aliud videretur esse, quam nomen Dei assumere ad confirmationem eius quod dicitur, sicut haberi potest ex duobus locis scripturæ factæ. Exod. 20. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Assumere enim nomē Dei in vanum est iurare in vanum. Et ex illo verbo ad Hebr. 6. Omnis controuersia eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. quæ descriptione recepta, facile est ostendere quòd liceat iurare. Cum enim filius Dei in hoc natus sit, & venerit in mundum, ut testimonium perhiberet veritati, ut ipse ait Ioan. 18. verisimile est, quòd nomen suum non neget ad eandem veritatē confirmandam, imò quod plus est, ad confirmationem veritatis mori voluit. Item quum Deus pater sic dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret, Ioann. 3. verisimile est, quòd nomen suum ei non neget. ad Rom. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non cum illo omnia nobis donauit? Item cum principes huius mundi talis sint bonitatis in subditos suos, ut sigillis suis eis confirmet veritatem utilem, nunquid cælestis Deus habebit hanc bonitatem in subditos suos, ut nomine suo permittat eos uti ad confirmandam veritatē? Simile argumentum facit Dominus Matth. 7. dicens: Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester qui in cælis est dabit bona peccantibus se? Item si Deus sigillum suum commendauit seruis, verisimile est, quòd non neget illud filiis. Ad Roma. 7. Non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum. Ex prædictis manifestum est, quòd iurare non est vniuersaliter malum, imò licitum est iurare ad confirmandam utilem veritatem. Respondendum est ergo ad ea quæ ipsi obiiciunt. Notandum ergo, quòd potuit esse multi-

plex causa quare Dominus diceret illud Matth. 5. Ego dico vobis non iurare omnino &c. Prima potuit esse: quia iuramentum quâdoque vilipendi facit simplicem assertionem: nec iâ reputant multi simplex mendacium, ex quo non est ibi periurium. Sicut multi hodie iuramenta sine solennitate facta non reputant propter iuramēta solēnia. Deus ergo volens suos veritate ferre in simplici sermone, sicut in sermone iurato, voluit ut nō iuraret quantum esset in eis. Aug. super episto. ad Gal. Nō est contra Dei præceptū iuratio: sed ira intelligitur Deus prohibuisse iuramento, ut quantum in ipso est quisq; nō iuret: quod multi faciunt, in ore habentes iurationē tanquam mēgnū suave aliquid. Idem in sermone Domini de monte: iuramentū faciendū est in necessariis, quum pigri sunt homines credere quod est eis verum. Iuratio non est bona non tamen mala, cum est necessaria: ideo non est appetenda, ut bona, nō tamen fugienda tāquā mala, cum necessaria est. Gl. super Matth. 5. Sermo fidelis pro iuramento debet haberi: & meritō, tanquam verbū dictum in templo corā altari, imō corā Deo. Templum enim in baptismo deductum, est ipse fidelis. Deus autē est in hoc templo sancto suo, sedes verō altare est. ¶ Secunda causa potuit esse periculum idolatrie, & tertia periculum periurij. Ex frequenti enim iuratione frequens sequitur periurium. Et hæc duo pericula sequentur præcipue ex iuratione creaturarū: ideo talē iurationē præcipue dissuadet Dominus. Gl. Illi vel cælū plus aliquid suspicabantur, vel per illud iurantes non putabant se iuramento teneri: ideo iuramentū sic tēperat, ut cælū & creatura Dei credatur non plus aliquid, & quia thronus eius est, periuriū timeatur. Aug. In nouo testamento dictū est, ne omnino iuremus: quod mihi quidē propterea dictū esse videtur, non quia verū iurare peccatum est, sed quia peierare immane peccatum est, à quo nos lōgē esse voluit, qui omnino ne iuremus admonuit. Idem in quodam sermone: Qui iurat, iuxta præceptum periurij est: qui nō iurat, longe est. ¶ Quarta causa potuit esse perfectio mansuetudinis, quā voluit esse in discipulis suis, quibus dixit illud verbū sicut in Evangelio Mat. patet, qui illud verbum ponit. Iuramentum verō frequenter est ex ira & impatiētia: ideo voluit Dominus eos à iuramēto cauere. ¶ Septem verō dissuadentur circa iuramentū. ¶ Primo, appetitus iurandi. Iac. 5. Ante omnia fratres nolite iurare. ¶ Secundo, assiduitas iurandi. Ecclesiast. Iuratione affluat os tuū. Ibidē: Vir multum iurans replebitur iniquitate. Chryso. Nemo est qui frequenter iuret, qui non aliquando

periuret
iurabun
sunt illa
reum est
Exo. 20
infonē
verō Ma
est: Ego
erā per
cut oppo
subditur
cælum e
dum, sed
peierand
Dei sit, &
Iud Mat.
nihil est
tar in tēp
ledet sup
& super f
no abcir
no valet
nūquā iu
duplex p
tū q; aliq
ne iurādi
si nō cre
cūdo pot
suetudin
mos est C
qui erāt i
nonica e
clesia qua
Indegē &
licitā pas
quedā ali
Itequi cau
cet alia n
qui tribu
frequēter
nes q; in
pet

periret. ¶ Tria alia innuuntur per oppositum. Iere. 4. vbi dicitur Iurabunt, Viuit Dominus in veritate, & iudicio, & iustitia. Et sunt illa tria, falsitas, defectus deliberationis, & iniustitia. ¶ Secundum est, iurare per creaturas. ¶ Septimum est, iurare pro nullo. Exo. 20. Nō assumes nomē Dei tui in vanū. Non enim habebit insontē Deus eum qui assumpserit nomen Dei sui frustra. Illud verō Matt. Ego dico vobis non iurare omnino, sic intelligendū est: Ego dico vobis vt non iuretis omnino (id est, passim) neque etiā per cælū &c. Nec sequitur ex hoc, Ergo nunquā iuretis, sicut opponendo ostendebatur. Et hoc innuitur per causam quæ subditur: Neque per cælū, quia thronus Dei est: hoc enim, quod cælum est thronus Dei, nō est causa quod per cælū non sit iurandum, sed est causa quod per cælū non est passim iurandum, ac si peierando per illud Deus non offendatur, cum cælum thronus Dei sit, & in cælo Deus contēnatur. Ad idē videatur pertinere illud Mat. 23. Væ vobis qui dicitis, Quicūque per tēplū iurauerit, nihil est &c. Et subditur: Qui iurat in tēplo, iurat in eo qui habitat in tēplo: & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet sup eū. Sicut nō valet hoc argumētū: Iste qui vult se radi, & superfluitatē capillorū præscindi, nō vult vt capilli sibi omnino abscindantur: ergo ipse nihil vult de capillis suis præscindi. Ita nō valet hoc argumētū, Dico vobis nō iurare omnino, ergo vt nūquā iuretis. Ad illud verō Ia. 5. Ante omnia nolite iurare, quadruplex potest esse respōsio. ¶ Primò, vt prohibeatur ibi iuramentū quod aliquis facit quā citò incipit loqui, illud enim est ex libidine iurandi: prius enim debet esse sermo vester, est, est, nō, non, quod si nō credatur vobis quod vtile est credi, potest sequi iuramentū. ¶ Secūdo potest intelligi esse dictū illud cōtra illos qui habēt in cōsuetudine ante vnūquodq; verbū ponere iuramentū, sicut modo mos est Gallorū. ¶ Tertio potest dici quod Iacobus loquebatur illis qui erāt in tribulatione. Sicut enim dicit gl. super principiū canonice eius, occiso Stephano facta est persecutio magna in ecclesia quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudæe & Samarię præter apostolos. His dispersis qui propter iusticiā passi sunt, mittit epistolā: monēs ergo eos ad paciētiam & quædā alia, ante omnia vult vt à iuramentis quę impatiētia solēt sequi caueāt. Sicut febricitanti prohibetur specialiter bibere, licet alia multa magis sint nociua, quia ad illud magis pronus: sic qui tribulatur, magis pronus est ad iuramenta. Et illa iuramenta frequētē sunt Dei blasphemie: & quādoq; tātū illaqueāt homines quod in magna seruitute est homo, vt impossibile videatur sibi

quandoque seruare quodcumque iurauit. Vnde sequitur, vt non sub iudicio decidatis, scilicet à libertate vestra per obligationem. ¶ Quarto potest intelligi, q̄ affectio siue voluntas iurandi prohibeatur. Vnde non dicit, Non iuretis: sed, nolite iurare: nequitur ex hoc, q̄ iurare sit mortale sicut ex illo verbo domini. Mat. 23. Patrē nolite vocare vobis super terrā, nō sequitur quod mortaliter peccet qui aliquē patrē vocat super terrā. Voluntati ergo iuramentū prohibetur ibi. Sed duplex est vtilitariū. Quoddā quod est purē volūtariū, & quoddā q̄ habet aliquid cogit exteri⁹, licet nō sufficiens: & primū hic prohibetur, secūdū nō. Verbum verò Aug. dicendū est, q̄ sicuti transire mare nunquam est securū, & tamē quandoque est necessārium, & quādoque sine naufragio aliquis illud transit: sic iuratio nūquam est securū, tamē quādoque est necessāria, & quādoque sine peccato iuratur.

De fide, prout fides idem est quod fidelitas. PARS XVI.

Est etiā Fides virtus, qua promissa cōplentur. Vnde Isid. lib. Etymol. Fidelis dicitur quis, pro eo, quod fit ab eo illud quod dicit vel promittit bonū. Et sicut veritas seruat hominem ne aliquem fallat in verbis: sic fides seruat hominem ne aliquem fallat in factis. Fides tamē quādoque largē sumitur: & sic ad illud pertinet seruare hominem ne fallat alium verbo vel facto, & sic sumit Aug. fidem in lib. de doct. Christi. dicens: Nemo mentitur in eo quod mētitur seruat fidē. Homo fidelis cōfidentem de se non fallit. Fides prout est virtus theologica, est virtus qua res bona credimus. Fides verò prout hic de ea loquimur, est virtus cui bona nōstra in præsenti credimus. Ad hāc virtutem monemur Apo. 2. Esto, inquit, fidelis vsque ad mortē, & dabo tibi coronam vitæ. Hæc virtus multum cōmendabilis est. Pro. 23. Vir fidelis multū laudabitur. De hāc cōmendatur Abraham Eccl. 44. Abraham, inquit, in tentatione inuentus est fidelis. Itē Moyses. Numer. 12. Moyses inquit Deus, in omni domo mea fidelissimus est. Et Dauid 1. Reg. 22. Quis in omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis? Fidei virtus est valde rara & valde chara. Pro. 22. Virū fidelē quis inueniet? 1. ad Cor. 4. queritur inter dispensationes vt fidelis quis inueniatur: queritur, inquā, & vix inuenitur. In primitiua ecclesia inter duodecim apostolos inuentus est vnus infidelis, & alij fideles fuerunt. Hodie vndecim inueniuntur infideles, quādo vnus inuenitur fidelis. Huic virtuti cōmittit dominus bonorum suorum dispensationē. Matt. 24. Quis putas est fidelis seruus & prudēs, quē constituit dominus super familiā suā, vt det illis cibū in tempore? Itē huic virtuti dat dominus augmentum gratiæ. I. pore stat minus g. pra mul. dum q. Amico fi. mentū v. bi seruu. eū. Specie. fidelis fa. quā mitt. frigus ni. gus niuis. mittitur. line in p. tio. Prou. in die ang. vulgaritē. ergo num. occasio e. tū afflig. tudine n. qui mori. alij in qu. strina Cl. arcanum. seuelat a. 27. Qui d. aduersis. paupertat. tionis ill. sibi com. tas verò. ¶ Primus vt ea stu. lueri qua. na sibi co. mico ei. Inc. 16. F. illius. & fit hæc d.

gratia. Luc. 19. Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris
 potestate habens supra decem ciuitates. Idem huic virtuti dat do-
 minus gloria suam. Mar. 25. Quia super pauca fuisti fidelis, su-
 pra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. ¶ Et nota-
 dum quod fides specialiter commendabilis est in amico. Eccl. 6.
 Amico fideli nulla est comparatio. In eodem. Amicus fidelis medica-
 mentum vite. Item valde commendabilis est in seruo. Eccl. 33. Si est ti-
 bi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic tracta
 eum. Specialiter etiam commendabilis est in nuntio. Prou. 13. Legatus
 fidelis sanitas. Econtrario legatus infidelis pestilentia est terrae ad
 quam mittitur: malo enim exemplo multos corrumpit. Prou. Sicut
 frigus niuis in die messis: ita legatus fidelis est qui misit eum. Fri-
 gus niuis in die messis refrigerat, & legatus si fidelis sit ei a quo
 mittitur, quasi quoddam refrigerium est: a cura enim & sollicitu-
 dine in parte eum liberat. Econtrario vero dicitur de infideli nu-
 ntio. Prou. 25. Dens putridus & pes lassus qui sperat super infideli
 in die angustiae. Dens putridus ori graue dolorem ingerit. Vnde
 vulgariter dicitur, quod non est dolor sicut dolor dentis. Infidelis
 ergo nuntius est ei qui in eo sperat, ut dens putridus, quia est
 occasio ei magni doloris. Est etiam ut pes lassus. Sicut enim mul-
 tum affigitur qui desiderat peruenire ad locum aliquem, & praeter las-
 situdinem non potest: sic affigitur ille qui expectat nuntium infideli-
 tem, qui mora nimiam facit. ¶ Et notandum quod aliquis fidem debet
 alij in quatuor. Primo, ut eum verbo non fallat. Aug. in li. de do-
 ctrina Christiana: Omnis qui mentitur, iniquum facit. Secundo ut
 arcana eius non denudet. Prou. 11. Qui ambulat fraudulentem,
 reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. Eccl.
 17. Qui denudat arcana amici, fides perdit. ¶ Tertio in hoc ut in
 aduersis eum non deserat. Eccl. 22. Fidem posside cum amico in
 paupertate illius, ut & in bonis illius lateris. In tempore tribula-
 tionis illius permane illi fidelis. ¶ Quarto, in hoc ut in donorum
 sibi commissorum administrationem fideliter se habeat. ¶ Fidelitas
 vero quantum ad bona commissa in quinque attenditur. ¶ Primum
 est, ut ipse bona sibi commissa non dissipet. ¶ Secundum,
 ut ea studiosum multiplicet. ¶ Tertium, ut eum qui tradidit, parte
 meriti quae ad eum pertinet non defraudet. ¶ Quartum est, ut bo-
 na sibi commissa, proditoriose sua non faciat. ¶ Quintum est, ut ini-
 mico eius qui sibi ea commisit illa non tradat. De primo legitur
 Luc. 16. Hic diffamatus est apud ipsum, eod quod dissipasset bona
 illius. & Esa. 14. Tu tertiam tuam disperdidisti. ¶ Tripliciter autem
 fit haec dissipatio. ¶ Primo, quando aliquis vitam suam qua de-
 buit

buit ei pendere ad honorem Dei & utilitatē animæ suæ, expendit in Dei cōsumeliā & damnationem animæ suæ, cōsumendo eam in seruitio diaboli. Prou. 5. Non des alienis honorē tuū & annos tuos crudeli. Item intellige de his qui res suas in seruitio diaboli expēdunt, seruos diaboli instantissimē inuitantes, filios verò Dei durissimos se exhibentes. ¶ Secundo, quando quis desistit ab opere incepto ante consummationem. Prou. 10. Qui mollis est, dissolutus est in opere suo, frater est sua opus dissipantis. Mollis & qui cedit duris. Dissolutus est qui nulli amore ad opus bonum ligatus est, & talis reputatur dissipans operū suorū. ¶ Tertio, quādo aliquis quod ædificat verbo destruit exēplo. Eccl. 33. Vnus ædificans & vnus destruens: quid proderit illis nisi labor? Circa secundum notādum quòd circa multiplicationem triplex potest esse infidelitas. ¶ Prima est, cū pecunia Domini absconditur. vnde Matt. 25. reprehēditur seruus malus & piger, qui pecuniam domini sui abscondit. ¶ Secunda est, cū pecunia domini in mercibus quæ minoris lucri sunt ponitur. Hæc infidelitas est in illis qui legem domini per quam lucra animas possent contēnunt, & physicā vel leges per quas temporalia lucrātur addiscūt. Nunquid infidelis esset nūtius alicuius mercatoris, qui domino suo emere posset scarlatā eodē pretio quo emit burellū, si eam non emeret? ¶ Tertia infidelitas est in eis qui merces domini vendunt vbi minus vēdebiles sunt. Sic accidit in eis qui Parisiis docēt, vbi doctrina eorū vix audiretur & alibi nolūt docere, vbi doctrina eorū chara haberetur. ¶ Circa tertium notandum quòd lucrum bonorū operum in tres partes diuiditur. ¶ Prima pars est gloria quæ ad Deū pertinet, vnde illud apostoli, Soli Deo honor & gloria. ¶ Secunda pars est exemplum bonū quod pertinet ad proximū. Vnde Matth. 5. Sic lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. ¶ Tertia pars est utilitas mercedis, quæ pertinet ad Deum, qui opera bona facit. Deū ergo defraudat parte sua lucri, qui gloria quærit de bonis operibus quæ agit. Ber. Fidelis te vera famulus es, si de multa gloria domini tui, & si non exeunte à te, ramentis transeūte per te, nihil manibus tuis adhaerere cōingat. ¶ Circa quartum verò notandū quòd illi qui bona sibi cōmissa profectuose sua faciunt, quum infideliter se habeant in paucis, ipsi constituentur super multa. vnde Luc. 6. Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrū est quis dabit vobis? Alenum vocat bonum transitorium, nostrū verò æternum. Et ibidem: Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus

in maiori iniquus est. ¶ Circa quintum notandum quòd velut castrum nostræ bonæ fidei commissum est corpus nostrum vel anima nostra. Vulgariter dicitur quod bonum castrum custodit qui corpus suum custodit. Sed melius castrum custodit qui animam suam custodit. Hoc castrum corporis diabolus sibi quærere reddi, quando peccata spiritualia suggerit. Castrum verò animæ sibi quærere reddi, quando peccata spiritualia suggerit: quando verò nos suggestioni eius cõsentimus, castrum nobis à Deo commissum hosti eius aequam proditores tradimus. Et valde infideles sumus, præcipuè si non præmittamus nuntium ad dominum nostrum pro succursu, cum ipse possit nobis subuenire, & etiã velit. Non enim vult exhæredari. i. ad Cor. 10. Fidelis est Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Nuntius qui ad Deum mittendus est in tentatione, est oratio. Vnde super illud Psal. Intret in conspectu tuo oratio mea, dicit gl. Magna virtus orationis ostenditur, quæ quasi quædam persona ad Deum intrat, & illuc mādatur peragitur quòd caro peruenire nequit. Inexcusabilis est qui prius castrum suum reddit, quàm pro succursu miserit, vel qui nō expectat succursum pro quo misit.

Tractatus V I. tertiæ partis principalis unum continens capitulum, est de diuisione Virtutum cardinalium, secundum Macrobius.

Mltimo de quatuor Virtutibus cardinalibus ponenda est diuisione, quam ponit Macrobius his verbis: Qui estimant nullis nisi philosophantibus inesse virtutes, virtutum officia sic dispensant. Prudentiæ dicunt esse mundum istum, & omnia quæ in mundo sunt diuinorum contemplatione despiciere: omnemque animi cogitationem in sola diuina dirigere. Temperantiæ omnia relinquere in quantum natura patitur quæ corporis vsus requirit. Fortitudinis, non terrent animam à corpore quodammodo ductu philosophiæ recedentē: nec altitudinē perfectē ad superna ascensionis horrere. Iustitiæ, ad vnam sibi propositi huius cõsentire viam vniuscuiusque virtutis obsequium. Atque ita fit vt secundum hoc tam rigida diffinitionis abruptū, rerū publicarū rectores beati esse nō possint. ¶ Sed proinus gradus virtutum sic dirigit: Quatuor, ait, sunt quaternarum genera virtutū. Ex his primò politicæ vocantur. Secundæ, purgatoriæ. Tertiæ, animi iam purgati. Quarta exemplares, & sunt politicæ hominis, quia sociale animal est. His boni viri reipublice cõsulūt, vrbes tuentur, his parentes venerantur,

tur, liberos amat, proximos diligunt, his civium salutem gubernant, his socios circumspiciunt providentia protegit, iusta libertate decernunt, hisque sui memores alios fecere meredo. Et est politica prudentia, ad rationis normam, quae cogitat quaeque agit universa diligere, ac nihil praeter rectum velle vel facere, humanisque actibus tanquam divinis arbitris providere. Prudentiae insunt ratio, intellectus, circumspectio, providentia, docilitas, cautio. Fortitudo animam supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere, tollerare fortiter vel adversa vel prospera. Fortitudo praestat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Temperantiam nihil appetere poenitendum, in medio moderationis legem excedere, sub iugo rationis cupiditatem domare. Temperantiam sequuntur modestia, verecundia, abstinentia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, prudentia. Iustitiam servare unicuique quod suum est. De iustitia veniunt innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. Secundae purgatorias vocant, hominis sunt qui Dei in se capax est, solus eorum quae animam eius expediunt qui decrevit se a corporis contagione purgare, & quaedam humanorum fugam solum se inferere dicitur. Haec sunt otiosorum qui a reipublicarum actibus se sequestrant. Harum quid singula velint, superius expressimus, cum de virtutibus philosophantium diceremus. Tertiae sunt purgatione defecantur animi, ab omni mundi huius aspergine deterrunt. Illa prudentiae est divina non quasi in electionem praeferre, sed solum nosse, & haec tanquam nihil aliud sit intueri, temperantiae terrena cupiditates non reprimere, sed poenitentiam obliuisci. Fortitudinis passionem ignorare, non vincere, ut nesciat irasci, cupiat nihil. Iustitiae itaque cum superna & divina mente sociari, ut servet perpetuum cum ea foedus imitatio. Quarta exemplares quae in divina mente consistunt, a quarum exemplo reliquae omnes personae ordinata defluunt. Nam si rerum, aliarum multo magis virtutum ideas esse in mente credendum est. Illic prudentia est mens divina. Temperantia quae in se perpetua intentione convertitur. Fortitudo quae semper eadem nec aliquando mutatur. Iustitia quae perpetua lege a sempiterna operis sui continuatione non deflectit.

Quarta partis principalis, de Donis, Tractatus

De ordine dicendorum de donis: & quae vocentur dona. PARS I.

Dicendum est de donis quae Christus in se habuit. Et in requiescit super eum Spiritus domini, &c. Quae etiam fidelibus dedit, ad Eph. 4. Ascendens in altum captivum duxit captivitatem dedit dona hominibus. De donis veniunt